Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIOGRAPHI LIBRI NOVEM, MVSARVM NOMINIBVS INSCRIPTI, INTERPRETE LAVRENTIO VALLA.

Acceſſerunt huic editioni plus minus nouem folia, quæ in primo libro à Laurentio exemplaris fortè vitio prætermiſſa, iam primùm à Conrado Heresbachio è Græco ſuis locis ſunt adiecta, cùm alia haudquaquam pœnitenda in cæteris libris acceſſione, caſtigationeque ad Græcum exemplar facta, id quod diligens Lector conferendo facilè deprehendet.

ITEM

De genere vitaque Homeri libellus, iam primùm ab eodem Heresbachio è Græco in Latinum conuerſus.

COLONIÆ,
Apud Maternum Cholinum. ANNO
M. D. LXII.

HERODOTI VITA È SVIDA.

HERODOTVS historicus ex Halicarnasso claris ortus parentibus, nempe patre Lyxo, matre Dryone, fratrem etiam habebat Theodorum. Relegato in Samum à Lygdame Halicarnasseorum tyranno, ibi & Ionicam linguã didicit, scripsitq; ea lingua libros historiarum nouem, exorsus à Cyro & Candaule Lydorum rege. Postea reuersus Hallicarnassum, vbi exosum se popularibus suis vidisset, vltro Thurium concessit Italię oppidum, iam tum Athenienſium coloniam, vbi reliquũ vitæ finiuit, sepultus in foro, vt aliqui memorant. Sunt qui tradant eundem in Pella obijsse. Claruit anno ab vrbe condita trecentesimo, vt scribit Plinius libro duodecimo. Idem tradit Thurijs historiarum libros condidisse, quas musarum nominibus inscripserit. Ipse alibi scribit Homerum & Hesiodum quadringentis non amplius annis ante se claruisse. Scripsit & Homeri vitam, vt testatur idem Suidas ὁ τοῦ Ὁμήρου.

AMPLISSIMO VIRO D. IOHANNI GOGRAVIO PRINCIPIS CLIVENSIS CANCELLARIO, CONRADVS HERESBACHIVS S. D.

MAGNA ſanè gratia habenda eſt ijs vir clariſsime, qui Græcorum monumenta eleganter bonaq; fide in linguam latinam tranſtulêre, cùm quòd horum beneficio adiuti illius linguæ rudes, quicquid eſt apud illos vel rerum geſtarum, vel philoſophiæ tam prophanæ quàm diuinæ, legant percipiantque: tum quoſdam inuenias qui etiamſi vtriuſq; linguæ probè periti, tamen eadem patrio magisque vſitato ſermone quàm Græco legere malint. Adde nonnullos, Græcos ſic expreſsiſſe, vt interpretes, ipſos penè vicerint auctores: id eſt quod Cicero, potius inquit, Synephebos Cęcilij, aut Andriam Terentij, quàm vtranque Mænandri legam. Quin hodie quoque ſunt qui Politiani conuerſionẽ, quàm Græcum Herodianum lubentius legant. Atqui horum pleroſque noſtris temporibus ſic certatim corrupit cacographorum auaritia, vt eorum, quæ ab illis bene verſa erant, nullus propemodum ſit vſus. Id quod cùm in alijs permultis animaduertere licet, tum in Herodoto facilè apparebat: vt qui cùm à Laurentio eleganter verſus eſſet, ſic circunferebatur impreſſorum negligentia mancus atque corruptus, vt nullus eſſet planè verſus, nullus orationis contextus, qui non luculento errore deformatus, vix vlla dictio quæ non cacographia ſimilibusq; mendis fuerit vitiata. Taceo quàm multa fuerint vel tranſpoſita vel prætermiſſa, quàm multæ lacunæ, quàm nuſquam emendatè aut certè inoffensè neque legi, neque intelligi potuerit. Porrò cùm viderem huic malo aliter mederi non poſſe, quàm vt ad archetypôn fidem exemplaria emendarentur, ſuperioribus annis cùm adhuc Friburgi agerem, auctores aliquot Græcos, quos alioqui priuatis ſtudijs legeram, cum latina verſione cõtuli, atque caſtigaui. E quibus iam tum Strabonem Curioni permiſeram, viro quidem & erudito, & de literis ſedulitate ſua benemereti: verùm cùm ipſe ad manum non adeſſem, miniſtri caſtigationes noſtras in marginem adſcriptas, fortè non ſatis percipientes, parum è ſententia noſtra emendatè vulgauerunt: ſed quæ tamen non perinde multa, nemo arbitror tam inſyncerus, qui nobis imputanda putet. Mox noſtro exemplo M. Bentinius iuuenis ſimul & linguarũ eximia peritia inſtructus, & iudicio exquiſitiſsimo idem feliciſsimè aggreſſus præſtitit in Laertio. Iam verò cùm Herodotũ atque Thucydidem adhuc apud me latitantes popoſciſſet Typographus, eidem amabilius vrgenti codicem noſtrum non potuimus denegare, quò minus publicis ſtudijs communicaretur. Interim cùm mihi aulæ affixo adeſſe non concederetur, fortè Arnoldus Veſalienſis Theologus linguarum ac in vniuerſum omnium diſciplinarum peritiſsimus, interueniens pro ſuo exactiſsimo iudicio grauiter etiam acuteque nonnulla animaduertit, atq; reſtituit. Cęterùm quantum omnino in hoc opere præſtitum ſit, nemo rectius iudicauerit, quàm qui hanc editionem cum veteri contulerit. Nam vt ea præteream quæ cacographia, tranſpoſitione, diſtinctioneque turbata erant, & id genus minutiora, quæ per totum librum ſparſa vel Augiæ ſtabulum conſpurcatione viciſſent, omniaque à nobis ſunt repurgata: ad hæc in primo libro à nobis adiecta plus minus nouem folia, à Laurentio haud ſcio qua occaſione prætermiſſa: quæ certè nemo inficiari poterat quin illuc pertinerent, vt quod Græcum exemplar atque adeò contextus ipſe narrationis teſtentur. Aut ſi cui hoc ſatis non ſit, ipſe Herodotus quarti libri initio locum citat de Scytharum exercitu, cuius meminerit in primo. Quinetiam Stephanus de vrbibus, & Strabo atque Athenæus pleraque indidem citant ad verbum, omniaque ad eum Herodoti referunt locum. Proinde nos certis perſuaſi argumentis, ea hactenus deſiderata non dubitauimus inter conferendum tumultuario quæ deerant conuertere, ſuisque locis intertexere. Poſtremò de vita Homeri libellum iam ante à nobis conuerſum tibique dicatũ, huic operi adiunximus, vt qui non ita malis hiſce Muſis adhæreret. Verùm enimuero cùm hæ noſtræ Muſæ patronum ducemque flagitarent, hoc eſt muſageté, qualem vetuſtas memorat fuiſſe Herculem, nimirum cuius defenſione ſuffultæ prodirent in publicum, tu in primis occurrebas ornatiſsime Gograui, cuius verè nobilibus virtutibus concredantur nuncupenturque: partim quòd iam inde ab incunabulis magnis & laboribus & ſumptibus domi ac peregrè hiſce virginibus ſeruieris: partim etiam quòd cùm alijs melioribus diſciplinis pulchrè inſtructus, tum re-

rum geſtarum memoria maximè vales, neque eſt aliqua lectio qua ſecundũ diuinas literas plus afficiaris quàm hiſtoria. Nec id abs re. Nempe quæ ſit teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis, vt eleganter apud Ciceronem tuum diſſerit Antonius. Adde quòd natu maioribus rerum experientiam ſubminiſtrat, priuatos imperio dignos efficit, iuniores ſenioribus æquat prudentia. Et tu iam ob eximiam eruditionem paremq́; integritatem iuuenis nondum trigeſimum ingreſſus annum, reip. principumq́; conſilijs admotus, in hoc noſtro hiſtoriæ parente non rarò reperies, quæ vſui tibi etiam præſente ſeculi ſtatu eſſe poterunt, tam publicè quàm priuatim, vt interim taceam admirabilẽ quandam narrãdarum rerum amœnitatem atque eloquentiam, ſi Luciano credimus cenſori alioqui ſatis naſuto, inimitabilẽ. Atque verò vt alios prætermittã, qui omnes Herodoti elogia plenis (vt aiunt) buccis canunt, duorum duntaxat grauiſsimorum linguæ latinę procerum cenſuras proferam, nempe Ciceronis & Quintiliani: Quorum alter in illuſtrium oratorum catalogo, hoc eſt Bruto, & ea diſputatione quam de oratore inſcripſit, vtrobique Herodoti ſcripta magnis laudibus vehit: Alter verò inſtitutionum oratoriarum lib. decimo, de Herodoto eiusque diſcipulo Thucydide ſic ſcribit: Hiſtoriam multi ſcripsêre præclarè: ſed nemo dubitat longè duos cæteris præferendos, quorũ diuerſa virtus laudem penè eſt æqualem conſecuta. Dẽſus & breuis & ſemper inſtans ſibi Thucydides, dulcis & candidus & effuſus Herodotus. Ille concitatis, hic remiſsis affectibus melior: ille concionibus, hic ſermonibus: ille vi, hic voluntate. In tantis laudibus mirum eſt non defuiſſe: qui vel editis libris hunc ſcriptorem ſugillarent. Sed tale eſt hominum ingenium, vt nullus ferè quantumuis præclarus ſcriptor, omnem reprehenſionis notam effugerit. Quod ſi cubi fortè parum credibilia narrare Herodotus videatur ijs, qui externas easque regiones non luſtrauerint, de quibus ipſe ſcribit, non ea mythiſtoria (vt quidam falſius cauillatur) protinus exiſtimãda eſt, ſed gẽtiũ potius regionũq́; peculiari naturæ donandũ. Siquidẽ ipſe cùm de Babylonis fertilitate ſcribẽs, milij & ſeſami inſtar arborũ proceritatẽ tradat: tamẽ (inquit) quanq̃ meis oculis viderim, memorare ſuperſedeo, quod pleriſq; q hæc nõ viderint, fabuloſa tradere videbor, ἐκ δὲ κέγχρου ἢ σησάμου ὅσον τι δένδρα μέγεθος γίνεται, ἐξεπισάμενος μνήμην ὁ ποιήσομαι, εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν βαβυλωνίην χώρην ἢ, τὰ λεγόμενον κάρπον ἔχοντα ἐς ἄπιστίην πολλὴν ἀπίξεται. Quoties verò ea ſcribit quæ aut ipſe non viderit, aut certo non conſtẽt, veluti quæ aliorum commemoratione acceperit, ſubinde fidem ſuam liberat: idque cùm aliâs, tum hoc loco, μέχρι μὲν τῆς ἐλεφαντίνης πόλιος αὐτόπτης ἐλθὼν, τόδε ἀπὸ τοῦδε ἀκοῇ ἔσεσθον. Et alibi, ταῦτα μὲν νῦν μέχρι ἐμοὶ ἐλπὶς ἦν εἰδέναι, τὰ δὲ λέγεται χρήσω. Ijſdem penè verbis ſe excuſat in narratione de Pacha, quã quam eam Plutarchus ad calumniam rapit, adeò vt mirer virum alioqui grauiſsimum eò deſcendiſſe, vt περὶ τῆς ἡροδότου κακοηθείας librum ſcríberet. Ioſephus quoq; arbitratur non tam Herodoto imputandum, ſi quid fortè ab alijs aliter referatur, aut non voluntarium mendacium dicatur, quàm illorum errori qui illi narrauerint. Accedit huc quod Cicero etiam cùm Gorgiam, Traſimachum, atque Theodorum mendaciorum ineptiarumque arguat, ſolum Herodotum etiam ſi in eorum incideret ætatem, longiſsimè tamen ab illorum abfuiſſe ineptijs ſcribit. Sed ne nos quoque inepti videamur, ac epiſtolæ prolixitate moleſti, in tempore finem faciemus. Tu ornatiſsime Gograui, haſce muſas tuo patrocinio concreditas dicatasque, ea fide auctoritateque tuere, qua olim ſub tutela fortiſsimi numinis fuiſſe creditæ ſunt. Ita demum fiet, vt tuæ virtutes harum aliquando voce viciſsim celebrentur. Bene vale, & nos quod facis mutuiter amare perge. Ex Duſſeldorp. pridie Idus Februarias.

Abantes Ioniæ populus 30
abaris fabula 113
abdera vrbs à Teijs cõdita, vbi 33 & 199. & 239.
abæ oppidum Phocenſium 224 & 225. & 241
abrocomes & Hyperanthes Darij filij. 217.
abronychus Athenien. 223
abſinthij populus 164
abydus vrbs 158 & 189 & 191
Accipiter Aegyptijs ſacer 55
accipitrum ſepultura vbi ibidem
aces fluuius 99
aceratus propheta 225
achæmenidarum cognatio vnde 26
achæmenes Darij filius Aegypti præſes 183. & 197
achæmenes ab Inaro interimitur ib.
achæorũ duodecim genera & partes 30
achelous fluuius 45 & 201
acheæ Cereris templum 148
acheron fluuius vbi 155 & 226
achilleius curſus vbi 116 & 118
achilleum oppidum 155
acinacis à Xerxe in mare deijcitur 192
acræphia oppidum vbi 241
acriſij progenitores qui 167
acrothoon vrbs vbi 188
Adicran Pœnorum rex 131
adimantus Corinthiorum dux 234
adraſtus Phryx ob fratricidium à Cœſo expiatur 7
adraſtus cuſtos Atys 8
adraſtus Gordij filius, Mydæ nepos 7. 9
adraſtus ſibijpſi mortem conſciuit 9
adraſti calamitoſi monumentum 149
adria à Perſis occupatur 32
adyrmachidæ Pœnorum primi vbi 133
Aeaces Syloſontis, Sami tyrannus 161
Aeaci fanum 153
æacides Samius 128
ædes hoſpitæ Veneris vbi 62
ædificium è ſolido ſaxo vbi 76
ægaleus mons vbi 233
ægæ Ioniæ ciuitas 30
ægæa Aeoliæ ciuitas ibid.
ægea vrbs in Pallena 200
ægeum mare 120
ægeus Oilyci filius 129
æginea (aliàs Argia) Ariſtodemi vxor 167
ægilia Styreorum inſula 176
ægicores Iouis filius 149
ægiales ab Aegialao dicti ibid.
ægialees Pelaſgi 196
ægion ciuitas 30
ægiroeſſa Aeoliæ ciuitas ibidem
ægidæ tribus 129
ægila locus 133 & 135
æginetarum nomen vnde 226
æginetarum ſtrenuitas 233
æginetarum odia in Athen. 151. 152
æginetæ ab Athen. ſuperantur 174
ægis vnde appelletur 136
ægli populus 96
ægyptij thoraces Perſis vſui 28
ægyptiacæ Thebæ 36
ægyptij duodecim deorum primi inſtituores 44
ægyptij aras, ſimulacra, delubra primùm dijs ſtatuerunt 44
ægyptus fluuij donum ibid.
ægyptiacæ regionis natura & deſcrip. 44 & 49
ægyp. agrorum cultura ſpontanea 48
ægyp. ſementis ibidem
ægypti diuiſio ſecundũ Iones 45 & 74
ægypti diuiſio ſecundum Herodo. 46
ægypti ambitus & deſcrip. 61
ægyptus, Aſiæ & Africæ terminus. 46 & 95
ægyptij qui ſint ex Iouis Ammonis oraculo 46
ægypti miracula 49
ægyptiorum inſtituta & mores ibid.
ægyptij ſacerdotes raſi 50
ægyptij cum feris veſcuntur 50
ægypti. circunciſio, & huius rei cauſa 50 & 61
ægyptiorum veſtitus 50. & 57
ægypt. ſcriptura & literarũ duplex vſus 50
ægypti. religio, cultus erga deos maximus 50. 51
ægyp. piſcib. & fabis abſtinent 50 57
ægyp. ſacrificandi ritus 50
ægyp. maximus deus quis 50
ægyp. victimæ 50 & 52
ægyp. ablutiones poſt cõtactũ ſuem. 52
ægyptium ſubulcum ingredi templũ nefas ibidẽ
ægyp. quo tempore ſues immolent, & ſuilla carne veſcantur 52
ægyp. quorũ deorũ noſa neſciat 53
ægypti. præcipui conuentus 54
ægyp. fuſtuaria pugna 55
ægyptus Africæ finitima 55 95
ægyptiæ ferę ſacrę 55
ægypt. cura circa feras 55
ægyptijs crocodili ſacroſancti 65
ægypt. phœnix ſacroſancta ibid.
ægypt. purgamina 57
ægyptij Afrorum ſaluberrimi ib.
ægyp. panis colleſtus appellatus ib.
ægyp. aër immutabilis ibi.
ægyp. vinum ex hordeo ibidẽ
ægyptus vitibus caret ib.
ægyp. cantilena ib.
ægyptij prodigiorũ diuinationũq; obſeruantiſimi ib.
ægypt. quorũ deorum oracula habeat. ibidem
ægyp. medicina quõ ſit diſtributa ib.
ægyp. lugendi ritus ibidẽ
ægyp. mos in condiẽdis cadauerib. 58
ægyp. vnguenta qualia 59
ægyp. naues ibi
ægyp. reges 60. 62. 64. 66. 69 70. 73. 74. 79
ægyp. linum 61
ægyp. ferię 67
ęgyp. immortalitatem animarũ primi aſſeuerauerunt ibi.
ægyptiorũ calamitas 68
ægyp. progenies 70
ægyptus in XII. regulos diſtributa 71
ægyp. caſtra, locus vbi 72
ægyptiorum myſteria 75
ægyptijs pluuia portentoſa 79
ægyp. capita cur dura ibid.
ægyptiorum fuga ibi.
ægyptij ignem animal aſſerunt 80
ægyptius quidam vocaliſsimus 128
ægyp. clades apud Iraſam 131
ægyptiorum à Perſis defectio 182
ægyptij à Dario ſubacti 183
ægyp. ab Aprie rege defectio 131
ægroti Babyloniorum quõ curentẽ 39
ægotos Indi epulantur 97
ænus vrbs & vbi 193 121
æneſidemus Hippocratis ſatelles 206
ænea oppidum vbi 200
ænigma piſcatorum 273
ænyri, Cœnyri 166
æoles à Crœſo ſubacti 2. 5. 6
æolũ in Xerxiano exer. armatura. 196
ęolicę ciuitates 30
ęolus tributarius Dario. 95
ęoles olim Pelaſgi appellati 196
æolũ mos in ſacrificijs 274
æoles ab Hymea capiuntur 159
æorpata Scythis quid 124
ęris copia apud Maſſagetas 42
ærius Iupiter & Neptunus vbi 258
ęropus, Gauanes & Perdiccas, fratres 241
aëris mutatio in hoſibus cã morbi 57
æs alienum debere apud Perſas turpiſſimum 81
ęs apud ægyp. pręcioſiſsimum
ęſtatis & hyemis ſimulacra vbi 64
ęſopus fabularũ ſcriptor, genere Iadmius 68
ęſchines Eretrienſium dux 175
ęſchylus poeta 73
ęſchrionia trib. Samiorum vbi 82
ęthiopum circunciſio 61
ęthiopum victus vitaq; longiſſi. 81
ęthiopes vbi 187
ęthiopum in Xerxiano exercitu armatura 194
ęthiopum diſcrimen 194
Africę terminus quis 46
africus & auſter venti oĩm pluuioſiſsimi 47
africus mons vbi 66
afrorum deditio 79
africa Aegypto contermina 95
africa arboribus nuda 134
afri paſtoritij & eorum victus 135
afrorum paſtoritiorum ſacrificia 135
africę paſtoralis regio feras gignit 136
Agaſicles Halicarnaſſeus 30
agathyrſus Herculis filius 109
agathyrſi populus 115 123
agathyrſorum mores & amicitię ibi.
agariſtię proci 179
agariſtię ſomnium 180
ager Caicus 163
agina vrbs vbi 30
aglaurię Cecropis filię templum 227
aglomachi turris 132
agora locus 193

Agreſtium boum vbi ingens multitudo 101
agrianes fluuius 121
agrianæ populus 140
agriculator vbi contẽptui habeat 139
Ahena citra ignem feruentia 11
Aiax Telamonius 229
aimneſtus Spartiata 255
Alabanda vrbs 241
alalia à Phocenſibus ædificatur 33
alarodij populus 96
alarodiorum in Xerxiano exercitu armatura 95
alati ſerpentes vbi 98
alazer Barcæorum rex 132
album littus vbi 18
alcæus Herculis filius 2
alcæus poeta 155
alcenor & Chromius Argiui 17
alcmęonidæ, genus Athenien. 148
alcmęonidæ an ſcutum Perſis prodiderint 178
alcmęonidarum generis claritas 179
alcmæon Megaclis filius ibid.
alcmæonis in auferendo auro callidũ commentum ibid.
aleæ Mineruæ templum 13 256
aleæ ludus & teſſerarum à Lydis primum inuentus fertur 20
alebadæ Theſſaliæ reges 183
aleuandæ populus 209
alexander Macedo aureus 239
alexandri tyrannidis origo 241
alexandri progenies 242
alexander Amyntæ dux, & Macedonũ rex 252
algæ Achaię 210
alitta Venus Arabibus dicta 27
alilat Vrania Arabibus dicitur 79
alizones populus 115
aliarchus Arceſilaum ſtrangulat 132
aliarchus dolo interficitur ibid.
alopecæ inſula 148
alpis fluuius vbi 115
alpeni vicus 210
alpenus vrbs vbi 216
alpheus & Maroń fratres 218
alyſomi populus 95
Amaſis rex 51 68 70 74 75
amaſis regis monumentum 75
amaſis rex Saitanus ibid.
amaſis regis mos 76
amaſis Mineruæ veſtibulũ erexit ibi.
amaſis amicitiæ cũ Cyrenæis 77
amaſis varia donaria ibid.
amaſis Cyprũ primus oĩm cœpit ibid.
amaſis regis mors 79
amaſis cadauer verbetib. cæditur. 80
amaſis cadauer crematur ibid.
amaſis epiſtola ad Polycratem 85
amaſis picturati thoraces 86
amaſis Maraphius 133
amathuſij populus 157
amaxampeus fons amarus 115
amazones populus 124
amazonum cum Sauromatibus commixtio ibid.
amazonum ſedes vbi ibidem
amazonum nuptiæ 135
ameſtris Xerxis vxor 193 199 & 263
ameſtris crudelitas in Maſiſtæ vxo. 263
amici deploratio 80
amiantis Lycurgi filius 179
aminoclis fortuna 212
aminias Palleneus Athenien. 232
amompharetus Pitaneti 253
ammonis oraculum de Aegyp. 46
ammonij populus vbi 51 134
ammon Aegyptijs quid 51
ammonis oraculi origo 53
amorges Perſarum dux 159
ampa vrbs vbi 162
ampelon 200
amphiarao aureus clypeus à Crœſo donatus 10
amphilytus Acarnan ariolus 12
amphilyti vaticinium 12
amphiarai expeditio in Thebas 267
amphiarai templum apud Delphos & oraculum 19 241
amphicrates rex 89
amphilochus Amphiarai filius 95
amphion 153 148 241
amphimneſtus Epidamnius 179
amphictyonidis Cereris fanum 214
amphictyonis fanum & ſedilia ibi.
amphictyones populus 148
amphiſſa vrbs vbi 224
amphicæa oppidum 225
amphictyenſes populus vbi ibid.
amyrtæus 69
amyntas 140 155
Anactorium templum 255
anacreon Teius 100
anacharſis 114
& eius cædes 119
anaphlyſtia tribus 113
anaphanes Ciſsiorum dux 194
anaua vrbs Phrygiæ 189
anaxandrides Lacedæmoniorũ rex 13
anaxagoręopinio de Nili incremẽto. 47
anaxandrides & eius vxores 144
anaxilaus Rhegiorum tyrannus 163
& 208
anachimoli Aſteris, & eius cædes. 148
ancora Sophanis 257
androphagi populus vbi 110 123
androphagorum mores 123 74
andrus inſula 143
andrum Greci obſident 237
androcratis fanum vbi 248
andromeda Cephæi filia 193 205
anderica vbi 178
angarion Perſis quid 234
angites fluuius vbi 199
angrus fluuius 115
anguilla Aegyptijs ſacroſancta 56
animarum immortalitas atque tranſanimatio 66
animalia Indica grandiora cęteris 98
anaſis vrbs 68
aniſis Aegypti rex ibi.
aniſis imperiũ Aegypti recuperat 69
anni humanæ vitæ ſeptuaginta 7
annus ab Aegyptijs primùm inuentus, in quinq; duodecim menſes ab eiſdem diſtinctus 44
anopæa mons & vicus 216
antacæi vbi 115
antandrus locus 142
antandros vrbs vbi 191
anthela vrbs 210
anthela vicus vbi 214
anthylla oppidum 60
antichares Cleonius 145
antidorus Lemnius 222
anticyra vrbs 213
Apaturia ab Ionibus Athenis celebri ſolita 30 272
aper immenſus Myſorum opera deuaſtatis 8
aper in Africa nullus 136
aphetæ loci nomen 214
aphiſtiæ Pallenæ vrbs 200
aphlyſtij Iouis templum 213
aphrodiſias inſula vbi 133
apia vrbs vbi 46
apidanus fluuius Theſſaliæ 202
apollinis Iſmenij templum 10 19 148 241
apollinis imbre Crœſus è pyra liberatur 18
apoll. Triopij ſacrũ atq; certamen 30
apoll. oraculum apud Aegyp. 57
apoll. Aegyptijs Orus dictus 70 73
apollinis templa vbi 72 73
apis aula vbi 72
apis Græcorum lingua quid ibi.
apollinis & Dianæ parentes 73
apoll. ara ab Ariſteo extructa 110
apollo Scytharum deus 116
apollo Oetoſyrus apud Scythas 116
apoll. oraculum Batto redditum 131
apollinis fons vbi 133
apollinis ſimulacrum 178
apoll. delubrum apud Abas 225
apoll. oraculum apud Delphos ibid.
apoll. arma ſponte apparentia ibid.
apoll. Ptoi fanum 241
apollonia vrbs vbi 121. 260
apolloniates ager 260
apolloniatis oraculum redditur ibi.
apparytæ populus 96
apries rex Aegypti 74. 131
aprijs bellum cum Sidonibus & Tyrijs. 74
apries ſtrangulatur 75
Aqua diuerſarum qualitatum vbi 134
aqua Stygis vbi 171
Ara duodecim deorum vbi 44
aræ à quibus primũ dijs conſecratæ 44
ara Dianæ 121
ara forenſis Iouis 145
ara Herculis 210
ara ventorum in Thyia 211
arabia vbi 98. 113
arabiæ mons 44 113
& humus 45
arabici ſinus deſcriptio 45
arabum fides conſtantiſs. 78
arabia tributorum immunis 95
arabia quæ producat 98
arabum in Xerxiano exercitu armatura

tura 194.196
ararus Scythiæ fluuius 115
araxes fluuius 40
& in eo insulæ 113
araxis accolæ quo victu & vestitu vtan
tur 40
arborea lana mollissima vbi 98
arcades 30.146
arcesilaus rex 131
arcesilaus rex strangulatur 132
arcesilaus eijcitur Samo ibidem
arcesilaus Samum recuperat ibidem
arcesilai mors ibidem
archandri vrbs 60
archander Pthij Achæi filius ibid.
archilochus Parius 3
archidice meretrix 68
archias Samius 88
archidemus zeuxidemi filius 170
arcis Athenien expugnatio 150
ardys rex filius Gygis 4
ardys Priemias expugnauit ibidem
areius pagus 227
arenæ maxima vis 92
argathonius Tartessiorum rex 32
argathonius moritur 33
argades Iouis filius 149
argentum & aurum primùm à Lydis
signatum 20
argentũ in vsu Scythæ non habẽt 118
argiui 146
argiuorum cum Spartis de agro Thy-
rea contentio 17
argiuorum fines ditioque ibidem
argiuorum rasura ibidem
argiuorum mulieribus vetitum aurũ
ferre ibidem
argiuorum oraculum 205
argiui Xerxi subdi maluerunt, quàm
Lacedæmonijs esse inferiores 205
argiuorum cum Persis affinitas ibi.
argippæi populus vbi 111
argis dea 113
argi lucus à Cleomene incenditur 173
argilum Græca vrbs vbi 199
argiopius locus quidam 254
argos ciuitatum Græciæ nobilis. 1
argon Heraclidarum primus, Sardium
rex 2
argûs ædificatio 134
argos à seruis occupatur 172
ariabignes Darij filius 197.233
ariantes rex 120
aridius Nerbalus Arbali filius 197
aridolis Alabandensium tyrannus 213
arienæ & Astyngis nuptiæ 15
arietes cur non immolentur 91
arietes Thebanis sacrosancti ibidem
arimaspi viri vnoculi vbi
& 110. & 112 99
arimaspij versus 110
arion Methymnæus delphino insidẽs
ad Tænarum euectus est 5
arion Methymnæ. dithyramborũ pri-
mus autor ibidem
arij populus 96.194
ariorum in Xerxiano exercitu armatu
ra 194
arionis ingens donarium in Tænaro 5
ariomardus Caspiorum dux 194
ariomardus Moschorum dux 195
aripithes Scytharum rex 119
arisba Lesbi ciuitas 30
ariston rex 13
aristodicus Heraclides Cymæus 32
aristophilides Tarentinorum rex 103
aristeus Proconnesius versificator 109
aristei Proconnesij ara & statua 110
aristagoras Cyzicenus 128
& 144
aristagoras Cymæus 128
ariston Byzantius ibidem
aristagoras Mileti tyrannus 140
aristagoras Ionicę rebellionis autor 146
aristagoræ oratio ad Cleomenem ibi.
aristagoræ mors 159
aristocyprus Soliorum rex 158
ariston rex 169
aristides Lysimachi Athenien. 231
aristidis nobile facinus 234
arizanti populus Medicæ nationis 21
armenij pecuarij 39.146
arma Martia sponte apparentia 225
armeniorum in Xerxiano exercitu ar-
matura 105
arpoxais Targitai filius 108
arsamenes Vtiorum dux 194
arsamenes Aethiopum dux 194
artabanus Hystaspis filius, Xerxis pa-
truus 184
artabani oratio de inferendo Græciæ
bello ibidem
artabani somnium 189
artabanus Susa dimittitur 192
artabazus Pharnacis Parthorum dux
artabazi mors 240 (184
artabazi fuga cum Persis 254
artaba mensura Persica 38
artachæes Achæmenides genere, & eius
proceritas 199.200
artacia vrbs 110
artæus Artachæi filius 188
artaphernes Hystaspis filius 142
artaphernes Sardium præfectus 150
artap. Ionib. vectigalia imponit. 166
artaxerxes quid Græcis significet 175
artaxerxes Xerxis filius 198.208
artayctes Sesti præfectus stipiti viuus
suffigitur 189
artayctes Macronum dux 195
artayctes Xerxis prętor 264
artayctes captus. 264. suspenditur 265
artayntes Aetachei 240
arteatæ Persarum genus 26
artembaris Medus 24
artemidis, id est, Dianæ templum 210
artemisia Lydanis filia, Xerxis exerci-
tum secuta 197
artemisium vbi 210
artemisiæ glorioſa pugna 233
artemisiæ capiendæ præmium 234
artibij equus 158
artibij cædes ibidem
artimpasa Venus apud Scythas 116
artiscus fluuius vbi 121
artochines Armeniorum dux 95
artontes Mardonij filius 258
artozostra Darij filia 105
artyphius Artabani Gãdario. dux 194
artystona Darij vxor 93
artystona Cyri filia 194
ariandes Aegypti prætor 132
aryandis mors 133
aryandicum argentum ibidem
Asbystæ populus vbi ibidem
ascalon vrbs Palæstinæ 22
aschi liquoris genus 111
asia à Phraorte subacta 22
asiam omnem trans Halym fluuium
Cyaxares sibi subiecit ibidem
asiæ imperium ad Scythas transfert 22
asiæ termini quot & vbi 113
asiæ vnde sortita nomen 114
asias familia 114
asini apud Scythas non visuntur 127
asinorum vox Scythis insueta ibidem
asini vbi cornibus præditi 136
asini non potantes vbi ibidem
asina Dryopum vrbs 230
asmach populus vbi 48
asopus & duæ eius filiæ 151
asopus fluuius 176.214.246
asphaimes Persa 91
asphaltus lacus 35.178
assa vrbs vbi 200
assesiæ Mineruæ templum 4
assyriorum imperium 20
assyriorum bellum cum Phraorte 22
assyrij à Medis subiguntur ibidem
assyrijs Venus Mylitta vocatur 27
assyriorum bellum cum Cyro 35
assyriæ siccitas 38
assyriæ seges quomodo irrigetur, fru-
mentumque proueniat ibidem
assyria quæ & vbi 46.113
assy. armaturaï Xerxiano exerci. 194
assyrij Græcis Syrij dicti ibidem
astyages Cyaxaris Medorum rex 9.15
astyages à Cyro capitur 15
astyagis cum Crœso affinitas ibidem
astyagis cum Ariena nuptiæ ibidem
astyages Crœsi auus maternus 15
astyages à Persis capitur 27
astyages patre defuncto, Scytharum re
gnum suscipit 22
astyagis somnia 22
astyages Cyrum agnoscit 24
astyages Harpagi filium mactat 25
astya. Harpagen proditorẽ arguit 24
asylum Herculis vbi 62
asychis Aegyptiorum rex 68
asychidis regis pyramis lateritia ibi.
Atarneus ager vbi 32.29.236
atarbechis vrbs vbi 51
atarnes fluuius 115
atarnes Darij regis frater 191.217
atembaris oratio ad Persas 265
athamantes Aeoli filius 213
athenien. sanctimonia iurisiurandi a-
dacti seruare Solonis leges 6
athenien. Græcorum potentiss. 11
athenæ Græciæ insignis vrbs. 29
athenæ tyrannis liberatæ 149
athenien. præstantia 151

athenien.mutua cædes 152
athenienſis quidam fibulis à mulieribus confectus ibid.
athenien.cum Aeginetis bellum 174
athenien.XII.dij 176
athenien.panagyriæ 177
atheni.apud Marathonẽ victoria ibid.
atheni.vxores à Pelaſgis raptæ 181
athenien.laus 184
atheni.ſolum cur à Perſis vaſtatũ 202
athenien. Græciæ liberatores 203
athenien.oraculum ibid.
athenarum arx 204
atheni.nunquã ſolũ verterunt 208
atheni.vnde dicti 226
athenæ captæ 227
atheni.virtus in propugnã.arce ibi.
athenarum arx incenſa ibi.
athenarum incendium 248
atheni. præclara facta 241
athenæ ab Homero celebratæ 275
athenades Trechinius 217
athos mons effoditur 188
athos mons vbi 185
athres fluuius vbi 110
atlanticum mare vbi 45 39
atlas fluuius 115
atlantes populi vbi,& vnde dicti 132
atlas mons vbi ibid.
atoſſa Darij vxor 95 102
attaginus Phrymonis filius Theba.246
atticorum lingua 11
atticarum mulierum vnà cum liberis cædes 181
atticus medimnus quid ſit 78
atramyttium vrbs vbi 191
atrayntes dux Pactyenſium 194
atridæ exercitus aduerſus Ilium 187
atys Lydi pater 2
atys Crœſi filius 7
atys orat o ad Crœſum patrẽ ſuũ 8
atys Adraſto cuſtodiendus datur ibi.
atys cuſpide ictus,paternum ſomnium implet 8
atys Crœſi filij mors 8
atys rex Thuſcorum 20
Auchatæ Scythæ 108
augurium expulſionis magorum 92
auri immẽſa vis à Gyge Delphis dicata 3
aurũ & argen.à quo primũ ſignatũ. 20
aurum Indicum 96
aureacea arena vbi,& quõ diripiat. 97
auras fluuius vbi 115
aurea platanus atq; vitis vbi 188
aureorum metallorum certamen 257
aureus tripes apud Delphos 258
auſes populus vbi 134 136
auſter & Africus venti omnium pluuioſiſsimi 47
auſchiſæ populus 133
autonous & Phylacus Delphorũ heroes,& eorum delubra 225
auxeſiæ & Damiæ ſimulacra 151
Axius fluuius Mygdoniam à Bottiæide dirimit 200
Azanes Artæi Sogdorum dux 194
aziriſtus locus vbi 131
aziris portus vbi 133
azotus vrbs Syriæ à Pſam.expugn. 73

Babyloniorum fœdus cũ Cyro 16
babylo. tyrannus Labynetus ibi.
babylon Aſſyriæ vrbs celeber.nominis. 35
babylonis ſitus & magnitudo ibi.
babylonis centum æreæ portæ ibi.
babylonis conſtructio 35. 36
babylonis duæ plagæ 36
babylon à Cyro capitur 38 40
babylonis regionis potentia quãta 38
babylonis principatus Perſis ſatrapia dicitur ibi.
babylonica regio foſsis diſtincta ibi.
babyloniæ fertilitas 38
baby. palmæ vſus & diuerſitas ibi.
baby.nauicula orbiculata ibid.
baby. cultus 39
baby.comata capita ibid.
babylonijs ſceptrum geſtare ſine inſigni nefas ibid.
baby.leges & inſtituta ibid.
babylonicarum virginũ auctio ibid.
baby. medica cura erga ægrotos ſuos 39
baby.mellea ſepulcra ibid.
baby.ablutio poſt coitum ibid.
baby.victus 40
baby.talentum 95
baby.mulieres ſtrangulant 106
babylonis obſeſsio à Dario ibid.
babylon ſecundò à Dario capitur 107
bacchus Aegyp. Oſiris dictus 51
bacchi feſtum apud Aegyp. 52
bacchici ſacrificij inuentor quis ibi.
bacchica Orphica 57
bacchi delubrum 121
bacchantium vox 229
bacidis oraculum 223 231 234
Bactriorũ in Xer.exer.armatura 194
bactriorum dux Hyſtaſpis 194
bactriana natio 31 96
badra genere Paſargadi 133
badres Hyſtanis filius Mylear.dux 195
bageus Artotis filius 101
bagaſſaces Teucrorum dux 195
barba ſacrificę ominoſa 235
barbarorum vociferatio 254
barbarorum apud Marathonem ingẽs ſtrages 170
barbarorum fuga cum Artabazo 256
barbarorum cędes 256
barcęorum deditio 79
barca oppidum 95 131 133
barcę obſidio 137
barcęorum expugnatio 138
barcę vicus ibid.
barcęorum fœdus cum Perſis 137
baris nauigij genus 60
battus Arceſilai filius 77
battus generis Polymneſti 130
batto vnde nomen inſtitutum 131
batti claudi regnum 131. 132
Beatus qui diem ſuum rectè obierit 7
beccus quid ſit 43
belides portę 106
bellorum Grecorum initia 1
belli inter Cambyſen & Amaſim occaſio 77
bellum ſeruorum 172
bellum Peloponnẽſium 257
benemeriti Oraſangę Perſis dictę 232
bermius mons vbi 342
Biantis Prienęi reſponſio ad Crœſum 5
biantis Prienęi conſilium ab Ionibus ſpretum 34
bibli quid Ionibus 148
biſaltia regio vbi 199
biſalt. regis crudele facinus in filios 238
biſantes oppidum vbi 202
biſtonis lacus Dicęę contiguus 199
biſtones Thracię populus ibid.
bithyni à Crœſo ſubacti 6
bithyni populus quis 195
biton & Cleobis beat. 6
bitonis & Cleobis Argiuum genus.ibi.
bitõ & Cleobis in certaminib. victores ibidem
bitonis & Cleobis feliciſs.exitus ibid.
biton.& Cleo. effigies apud Delph. ibi.
Bœotia terra 53
bœbeis lacus vbi 202
bogis ampliſsimę laudes 198
boges Eionis vrbis prǫfectus 199
bolbitinum oſtium Nili 46
boliſſus locus 270
boues mares Aegyptij immolant 50
boum ſepultura apud Aegyp. 51
bos lignea ſepulcri loco vbi 67
bobus vbi cornua ſuccrefcant 112
boues prǫpoſterę paſcentes vbi 135
boum agreſtium ingens vis vbi 202
boryſthenes fluuius vbi 110 116
boryſthenes fons huberrimus 115
boryſthenitarum emporium 110
boryſthenitę populus vbi 110 6
boryes vbi gignantur 136
boreę vxor Orithyia Erichtei filia 212
boreę delubrum apud Athen. ibi.
boſphorus Cimmerius 109 123
bottięis terra vbi 200
Branchidę populus 9
branchidarum oraculum de Pactya 31
brauron inſula vbi 129 181
brongus fluuius 115
brunduſium vrbs 122
brygi populus 166
Bubaſtis oppidum 54 69
bubaſtis quid Aegyptijs 69 73
bubaſtis, hoc eſt,Dianę templum 69
bubares Megabyzi filius 188. 241
bucolicum oſtium Nili 46
budi populus 21
budini populus vbi 118 123
budinorum mores 123
bulis Spartiata Nicolai filius 202
bura Ionię ciuitas vbi 30
buſę Medicę nationis populus 21
buſiris oppidum 54
butis vrbs 72
Byblefia vbi 35
byzantium 121 164

Cabalij populus 95
cabales Pœni vbi 193
cabeleos Męones quem cultum in Xerxia-

Xerxiano exercitu tulerint 195
cabelees Lasinij (aliâs Lâsonij) dicti ib.
cabyrorũ orgijs Thraces initiantur 53
cadauera Pers. quomodo humẽtur 29
cadaueris paterni oppignorãdi lex 68
cadauera vbi non cremantur 80
cadaueris regij lustratio apud Scyt. 118
cadmæi Dryopes 30
cadmæa victoria Phocensib. obtigit 33
cadmus Tyrius 53.147
cadmææ literæ 148
cadmæorum ab Argis eiectio ibidem
cadmus Scythæi Cous 208
cadmi iustitia ibidem
cadytis vrbs Syriæ 73.78
caira Halyattis vxor Crœsi mater 20
caira vestis 153
cairus ager vbi 163. & fluuius 190
cayster fluuius 156
calasiris vestis genus apud Aegyp. 52
calasiries Aegyptij 74
calasirium Aegyptiorũ plagæ quæ ibi.
calandiæ Indiæ populus 96
calatibus vrbs vbi 189
callatiæ Indi parentibus vescuntur 85
callista insula 129
callias Hele' Iamideorũ vaticinus 145
callimachus Aphidneus 177
callimachi cædes ibidem
callias Phænippus Hipponici pater 178
calliæ filiæ tres ibidem
callias Hipponici 206
calliopolitani populus ibidem
callipodæ populus 110
calyndici montes vbi 34
caleſtra vrbs 200
calui à natali vbi 111
caluitiei causa 79
Cama mons vbi 191
camarina vrbs 206
camarinei populus ibidem
cambysis nuptiæ cum Mandane 22
cambyses Cyro patre defuncto regnũ susc. 43
cãbysis expeditio aduersus Aegyp. ibi.
cãbyses aduer. Amasim bellũ mouit 77
cambysis ortus 78
cambysis expeditiones 80
camby. dona ad regem Longæuor. 81
cambyses impetum in Apim facit 83
camby. somnium 83.90
camby. parricidia 83
cambyses sororem interimit ibidem
camby. morbus ibidem
cambyses vinolentus 84
camby. crudelis. facinora ibidem
camby. fatum, imprecatio, mors 90
cameli formidini sunt equis 16
cameris oppidum 30
campus Nisæus Mediæ regionis 190
cameli Indici forma 97
camici oppidi obsessio 209
camicum Acragantini incolunt ibid.
caminus Homeri 272
Candaules Græcis Myrsilus dictus 2
Candaules Sardium tyrannus 2 (undus 2
candaules ab Alcæo Herculis filio ori- 2
candaules Sardium nouiss. rex 2
candaulis amor in vxorem suam 2
candaulis vxor Gygi nuda visa ibid.
candaulis interitus 3
canabum Nili ostium vbi 46.62.73
canales miræ longitudinis 79
canastreum promontorium 200
canisa oppidum ibidem
cappadocib. à Cyro bellũ inferẽ 14.15
cappadoces Græcis Syri noiantur 14
cappadoces populus 15.146
caprarum immolatio vbi 51
capripedes homines vbi 111
caput sine sutura 258
capita Aegyptiorum cur dura 79
capita Persarum cur fragilia ibidem
carcinitis oppidum 116.122
cardamyla nunc Asia dicta 230
cardia vrbs 164.165.193.264
cares in potestatem à Cyro subacti 6
cares populus 34
caria pars Ioniæ 29
caricarum mulierum lex aduersus maritos 30
cares insularum habitatores 34
carum inuenta tria memorantur ibid.
cares indigenæ & Aborigines ibidem
carij Iouis templum apud Mylassos 34
cares Aegyptij 54.72.95
carius Iupiter 149
carum cum Persis prælium 159
cares Pedasenses 162
caria à Persis capitur 163
Carum in Xerxi. exer. armatura 196
cares olim Hœtines appellati ibi.
carina vrbs vbi 191
carmen orthium 5
carnia festa 214
carpathium mare 86
carpis fluuius 116. 122
carthaginiensium bellũ cũ Phocen. 33
carystus vbi 112
carystus obsessa & capta 175
casambus Aristocratis 170
casiæ collectio 98
casi' mõs Aegy. & Syriã disterminat 73
casius mons 78
casmena vrbs 206
caspatyrus oppidum 97. 114
caspium mare 40.113
caspij maris long. & latitudo 40
caspij populus 96
caspiorũ in Xerx. exer. armatu. 194. 196
cassandanes Cambysis filius 78
cassiterides insulæ vbi 99
casius mons vbi 44
casthanea vrbs vbi 211
castorum testiculorum medica vis & operatio 123.124
castor & Pollux Tyndaridæ 129
castratio iuuenum 164
catadupa 46
cataractæ fluuius vbi 188
catiari Scythæ 108
caucasus mons 22.40
caucasij populus 96
caunus vrbs vbi 157
Cebrenia à quibus ædificata 270
cecropidæ, Cranai, Pelasgi 226
celorum oraculum 113
celenæ vrbs vbi 188
celtæ populus vbi 49. 115
centum insulæ 30
cephenis Beli filius 193
cephisus amnis 225
cercasi populus vbi 46. 60
cercopon hedræ 216
cereris templum 66. 115
cereris & Liberi principatus apud inferos 66
ceres Aegyptijs Isis dicta 73
cereris Achææ templum 148
cereris templo adhærẽs, manibus truncatur 174
cereris Amphictyonidis fanum 214
cereris & Proserpinæ sacra 229
cereris Eleusinæ templum 254
260. 261
certamen Triopij Apollinis 30
ceruus in Africa nullus 136
Chalcedonius populus vbi 164
chaldæi inter Assyrios ibidem
chalybes in potestatẽ à Crœso subacti 6
champsæ crocodili dicti 56
charadra oppidum Phocen. 225
charaxus Mitylenæus 68
charopinus 156
chemmis insula vbi 73
chemus oppidum 58
cheopes Aegyp. rex 67
cheopes Aegyptijs ne sacrificarent interdixit ibidem
cheopes filiam suam prostituit 67
cheophrenis regis Aegypti pyramis 67
chersonesum opp. à quibus cõditũ 109
chersonesus vbi 128. & eius præstantiores vrbes 182
chersonesus Athenien. ditionis
chiorum bellum 4
chius oppidum 29.76
chij Pactyam Persis tradunt 32
chiorum cædes & constantia 162
chiorum prodigia 163
chidori aqua Xerx. copijs deficit 201
chidori fluuij origo 201
chileus Tegeata 245
chilonis Lacedæmo. consilium 11
chilo Lacedæmo. vir præstans 219
chœnix quid 168
chœreæ locus 175
choaspes fluui. 37. 146. 147
choraspij populus 96. 99
choraspiorum in Xerxiano exercitu armatura 194
chorus iuuenũ pestilẽtia absumpt' 163
chromius Argiuus 17
Cicones Thraciæ populus 199
cilicia vbi 46. 49. 95
cilices populus 95. 146
cilicum in Xerxi. exer. armatura 196
cilices vnde dicti ibidem
cilix Phœnix Agenoris filius 196
cilix Cyenensis Horomedontis fil. 197
cilla Aeoliæ ciuitas 20
cimmeriorum aduersus Ioniam expedi tio, Crœso vetustior 2
cimmeriorum è sedibus suis eiectorum in Asiam

in Asiam transitus 4
cimmerij ex Asia per Halyat. exacti. 4
cimmerij ex Europa pulsi 22
cimmerij vbi 109
cimmerij muri ibidem
cimmeriorum sepultura ibidem
cimmerius bosporus vbi 109.123
cimmerium mare vbi 114
cimonis cædes & sepulchrum vbi 175
cinnamomum quomodo colligat 98
cineas rex Thessaliæ 148
cinyps fluuius vbi 115
cippi Herculis vbi 49. 51
cippi Sesostris nomine inscripti 60
cippi Darij regis vbi 121
cippus Crœsi regis vbi 189
cippis Midæ regis Gorgij, epigramma ab Homero inscriptum 267
circuncisionis Aegyp. causa 50
circuncisio quibus communis 61
cisseis Cisiorum regio 96. 146.147
cissiæ portæ 106
cisiorum in Xerx. exer. armatura. 196
cius fluuius vbi 115
cius vrbs capitur 159
Clazomenæ vrbs 29.76
clazomenæ vrbs capitur 159
cleander Phygaseus vates 172
cleander Patareus Gelæ tyrannus. 206
cleobis & Bitō à Solone beati habiti. 6
cleobis & Biton Argiuum genus 6
cleobis & Biton in certaminibus victores ibidem
cleobis & Bitonis felicis. exitus ibid.
cleobis effigies apud Del. ibidem
cleombrotus & Leonides gemini. 145
cleomenes Spartiatarum rex 105.167
cleomenes virorum iustiss. 105
cleomenes nascitur 144
cleomenis regnum 145
cleomenis ad Aristagoram oratio 146
cleomenis profugium 171
cleomenis insania 171. & vnde. 172
cleomenes seipsum laniat 171
cleomenes lucum Argiū incendit 172
cleonæ vrbs vbi 188
clinia Athenien. 222
clisthenes Alcmæonidis 149
clisthenes Athenis ejicitur 150
clisthenes Sicyonis tyrannus 179
clisthenis oratio ad Agcos filiæ suæ 180
clytiades ex Iamideorum genere 250
Cnidus ciuitas 30.76
cnidij Lacedæmoniorum coloni 35
cnidiorum regio ibidem
cnydij de Isthmo fodendo Pythiā consulunt ibidem
cnidorum deditio ibidem
Cobaxais Argitai filius 108
cobon Aristophanti 169
codrus Athenien. rex 151
coës Erxandri filius lapidibus interemptus 144
cois Erxandri filij oratio ad Dar. 122
coitus hirci cum muliere 32
coitus in templo 55
coitus Indorum in propatulo 97
coitus & partus viperæ 98
coitus Nasamonum in propatulo 133
colchi vbi 22.61.96.113
colchorum circuncisio 61
colchicum linum ibidem
coliadis ora 234
collestis Aegyp. panis 57
colophon vbi 29
colophon à Gyge capitur 4
colonos in Thusciam quis primū deduxerit 20
colossi concubinarum Mycerini regis 76
colossi androsphyngis vbi 76
colossus Vulcani ibidem
colossa Phrygiæ oppidum 189
colubri ab equis deuorantur 16
columbæ Dodonææ 53
columnæ Herculis vbi 109.130.135
columnæ albæ vbi 158
colus cum fuso fœminis tractanda, nō arma 132
coma Lacedæmoniorum 17
coma Babyloniorum 39
combria vrbs 200
cōmētarij Homericę profectionis 267
cōpedes Lacedæm. apud Tegeatas 13
compsacus flu. iuxta Abderam 199
consultant Persæ inter pocula 28
consultationis vsus quis 185
conchylia in montibus vbi 45
contadesdus fluuius 121
copais palus vbi 241
coquendi modus citra lebetem 116
corcyra vrbs. corcyræi popu. 87
corcyræorum oratio ad Xerxem 209
coresum vbi 156
corinthia vestis 152
corint. mulieres à Periādro denudatæ 155
corobius 150
coronæi populus 151
corona pleagina Olymp. præmiū 224
cornua quibus in locis maturius proue niant, aut serius 112
corys fluuius Arabiæ 79
corycium antrum 225
cotyle quid sit 168
Crater in ostio ponti 120
crater Samiorum 130
crathis fluuius vbi 30
craſtis, Craſtia Minerua 145
cranai Pelasgi nominati 226
cratalli Cappadociæ 188
crobizi populus Thraciæ 115
crocodili natura 55
crocodilus animal ἀμφίβιον ibidem
crocodilus, solus animalium inferiorem mandibulam non mouet ibi.
crocodilus animalium soli trochilo pacatus 56
crocodili Aegyp. sacrosancti ibidem
crocodili capiendi modus 56
croco. tricubitali magnitudine vbi 136
crœsi genus altius repetitur 2
crœsi pater Halyattes ibidem
crœsus quarū regionū tyrā. fuerit. ibi.
crœsus ad pēdendū tributū Græcos coēgit 2.5
crœsus Ionas, Aeolas, Dores iubegit 2.5.6
crœsus Lacedæmoniorum amicus 2
crœsi regnum 5
crœsus Græcorum primus Ephesijs bellum intulit ibidem
crœso vrbs Dianæ ab obsessis Ephe. do natur ibidem
crœsus quas gētes in potestatem suam redegerit 6
crœsi somnium de filio Atys 7
crœsi liberi ibidem
crœsus Adrastū ob fratricidiū expiat 7
crœsus ob mortem filij duos annos in luctu transigit 9
crœs. tētata oracula, vera deprehē. 9
crœsus donaria & hostias Pythio consecrat ibidem
crœsus potētissimos Græciæ sibi conciliat. 10
crœsi legati de ineunda pace 14
ad Lacedæmio. 14
crœsus aduersus Cappadociam exercitum parat 14.15
crœs. affinitas cum Astyage 15
crœsus exercitum Halym fluuium transijcit ibidem
crœs. Pteriorum vrbem expugnat ibi.
crœsus Syrorum prædia deuastat 15
crœsus Syros exterminat ibidem
crœsi & Cyri regum pugna ibidem
crœsus capitur 16.17.18
crœs. oraculū de muto filio redditur 17
crœsi filius vocalis factus 18
crœsi regnum quot annorum ibid.
crœsus super ingentem lignorū strue impositus, Solonis recordatur ibi.
crœs. Apollinis ibre è pyra liberatur ib.
crœsus abaui sui crimen luit 19
crœsus Cambysi traditur 41
crœsi crater 86. & pecuni. 144
crœsi in Alcmęoniden munificētia 179
crœsi cippus vbi 183
creston oppidum 11
crestoniatarum lingua 11
cressea regio 200
crestonicus ager 201
cremmi emporium vbi 118
cretensium oracula 209
crex animal 56
crios Polycrati 170
crisæus campus 224
crophis mons vbi 48
crotoniatarum genus 226.
Cubitus regius quid 35
cubitus Aegyptius, Samius 75
culicum vis ingens apud Aegyp. 59
cultus Babyloniorum 39
cuma ciuitas Aeoliæ 30.166
cuma capitur 159
curienses Argiorum coloni 158
currus aureus Xerxis 238
currus sacer Iouis ibidem
Cyaxares Medorum tyrannus 15.22
cyaxari puer trucidatus, in morēq; vencionis apparatæ offertur à Scy. 15
cyaxares Phraortis filius 22
cyaxares Asiæ populos primus in prouincias distinxit ibidem
cyaxaris prælium cum Lydis ibidem
cyaxares Asiam sibi subijcit ibidem

cyaxares Ninum ciuitatem obſidet 22
cyaxares XL. imp. ſui anno moritur 22
cyaneæ inſulæ vbi 120
cybeles templum concrematur 156
cyclades inſulæ vbi 143
cydra vrbs vbi 189
cydippa Terilla Anaxilei vxor 208
cydonia vrbs à quibus condita 88
cilices Crœſus in ptãté ſuã redegit 6
cylon Athenien. 150
cyllyrij Syracuſarum ſerui 206
cymurij populus 230
cyneſij populus 49
cynipis fertilitas 137
cynocephali vbi 136
cynthij populus 226
cyprij verſus Homeri 63
cyprus à quo primum capta 77
cyprus tributaria facta ab Amaſi ibid.
cyprus inſula 146
cypriorum defectio à Medis 157
cyprij claues ibidem
cypriorum oratio ad Iones 158
cyprij in ſeruitutem redacti ibidem
cypriorum in Xerxiano exercitu armatura 196
cypriorum varia genera ibidem
cypſelus Eetionis filius 4
cypſelus Periandri pater 154
cypſelus vnde appellatus ibidem
cypſela quid ibidem
cyrenæorum deditio 79
cyrena vrbs 95
cyrenæi populus 130
cyrenæorum pugna cum Aegyp. 131
cyrenæorum 7000. à Pœnis cæſi 132
cyrenæ. fœminarum ſuperſtitio 135
cyrenaicæ regionis fœcunditas 137
cyres fluuius 115
cyrmianæ, al. Scyrmiadæ, Thraces 121
cyranis inſula vbi 136
cyrenenſium diſtributio 132
cyrus cambyſis filius 9.22
cyri & Crœſi pugnaï regiõe Pteria. 15
cyri fœdus cum Babylon. 16
cyri nobile ſtratagema ibidem
cyrus ſeipſum cognoſcere incipit 42
cyri mater Aſtyages 19.22
cyrus infans morti deſtinatus clàm nutritur 23.24
cyri nutritius pater Mitridates 23
cyrus rex puerorum eligitur 24
cyrus à magis regnaſſe dicitur 25
cyrus à cane educatus fertur 26
cyrus Aſſyrijs bellum infert 35
cyrus in Babyl. exercitum ducit 37
cyrus Gyndẽ fluuiũ vlciſcitur. 37.147
cyrus Babylonem capit 38
cyrus in Maſſagetas expeditionem parat 40. 41
cyri ſomnium & eiuſdẽ interpre. 41.42
cyri caſus in pugna cõtra Maſſage. 42
cytherea inſula vbi 17.219
cytiſſorus 213
cyzicus vrbs vbi 164

Dadicæ populus 96
Dadicarum in Xerxiano exercitu armatura 194
dai Perſarum genus 26
damas Siritanus Samyris filius 179
damaſithymus Calyndenſium rex. 232
damiæ & Auxeſiæ ſimulacra 152
danaus & Lynceus Chemmitani 58
daphnæ Peluſiæ 48. 61
daphnis Abydemius 127
darius Hiſtaſpis filius 36. 41. 91. 182
darij regis auaritia 37
darij regis ſtatua 62
darij ad monarchiam exhortatio 94
darius quo machinamẽto imperio Perſarum potitur 95
darius rex Perſarum declaratur ibi.
darij matrimonia 95. 182
darij lapideum ſimulachrum 95
darius inſtitor ibidem
darij theſaurus & annuum tribu. 96
darius Cambyſis ſatelles 104
darius Babylonẽ obſidione cingit 106
darij elogium celebre de Zopyro ibid.
darij expeditio in Scythas ibidem
darius Indos ſubegit 114
darius quas vrbes in Scythia condiderit 126
darij crudele factum 120
darij moneta 133
darius quid Græcis ſignificet 175
darij liberi de imperio diſceptãtes. 182
darij obitus 183
darianus exercitus aduerſus Scy. 187
darij legati in puteum cõijciuntur. 202
darij vxor & duo filij 217
dardanæi populus 37
dardanus vrbs vbi 191
dardanus vrbs capitur 158
daritæ populus 96
daſis vrbs 82
datis Medus natione 174
datis oratio ad Delios ibidem
dauriſes Perſarum dux in ſeruitutem redactus 158
Decimæ Ioui neceſſario reddũtur 19
deiphomus vates 260
decelenſium immunitas vectigaliũ 257
deliæ puellæ ſacræ 112
delij ſacri 174
delos tremuit 175
delius Thebanorum 178
delus inſula à Piſiſtrato expiatur 12
delphici oraculi reſponſum 9
delphicum oraculum verax à Crœſo deprehenſum ibidem
delphorum ſuga 225
delphorum indigenæ heroës ibidem
delubra à quibus dijs primùm conſecrata 44
delubrum Iouis Olympij vbi ibidem
delta Nili 45. 46
demaratus Spartiatarum rex 150
demarati nomen 169
demarati eulogium 170
demarati ſtratagema 219
demarati pugillares 220
Dæmon maximus Aegyptiorum 50
democides Crotonien. medicus 101
democles ſplendidis muneribus donatur 202
democlis in medicina profectus ibi.
democides explorator in Græciã mittitur 103
democidis nuptiæ 103
demonax Mantineus 132
demophilus Diadromei 217
dentes ex vno oſſe 258
deorum oracula apud Aegyp. 57
deorum acres vindictæ 138.236
depoſiti reddendi argumentum 173
deruſiæi Perſarum genus 26
derſei Thraciæ populus 199
detractio importuniſs. rei 185
Dianæ oracul. apud Aegyp. 57
dianæ templum vbi maximum 69. 72
dianæ & Apollinis parentes 73
diana Aegyp. Bubaſtis dicta ibid.
dianæ puluinar 86
dianæ regiæ ſacra 112
dianæ ara vbi 121
dianæ templum 210
diacœle via 175
diactorides Cranonius 179
dicæi diuinatio 229
dicæa vrbs Græca 199
dictynes delubrum 88
dictyes vbi gignantur 136
dies repente nox facta Lydorum Medorumque bello 15.22
diei natalis obſeruatio ab Aegyp. 57
diei in horas diſtributio à qb. facta 62
dienecis Spartani præſtantia 217
dioces Phraortis filius 20
diocem Medi ſibi iudicem cõſtituũt 21
dioces Medorum rex declaratur ibi.
dioci regia à Medis ædificatur ibidem
dioces in exercẽda iuſtit. incorrup. ibi.
dioci defunct. Phraortes. in regi ſuc. ib.
dionyſius Aegyptijs Oſiris dictus 70
dionyſius Vrotalt Arabibus appell. 79
dionyſij educatio 98
dionyſij Phocenſis oratio ad Iones 161
dionyſij oraculum 199
dionyſiophanes Epheſius 258
dion vrbs vbi 188
dipæenſes populus 250
dithyrãborũ primus autor qs fuerit 5
dithyrambus Harmatideus 218
dies quis dicatur 7
doberæ populus 140
doberes populus vbi 199
dodona 53
dodonææ columbæ ibidem
dodonæum oraculum apud Græcos vetuſtiſs. omnium ibidem
dolonci Thraces 164
doloncorum oraculum ibidem
domus ex ſale vbi 135
donaria à Gyge Delphis conſecrata 3
dores Aſiæ populus à Crœſo ſubacti 2
dorica gens 11.30.34 (& 6.196
dorico genere excellentes 11
dorus Hellenis filius ibidem
dorum demigratio ibidem
dorienſium ſacra 30
doriæi necis cauſa 245
dorum in Atticam expeditiones 151
doricum veſtimentum 152
dorienſium principum origo 167

dores

dores vnde propagati 196
dorienſium ciuitates 230
dorum Aſianorum in Xerxiano exer.
doriſcus Thraciæ lit- (armatura 196
tus 188. & ingens campus 193
doris Anaxandrides 207
dotus Megaſidi filius Matienorũ dux
Dropici Perſarum genus 26 (194
dryopes populus 224. 230
drymos vrbs 225
Duodecim deorum inſtitu. Aegyp. 44
duodecim deorum ara vbi ibidem
Dyamanates 149
dyma vbi 30
dyras fluuius vbi 213
dyſenteria in Xerx. exercitu 238
dyſorus mons vbi. 140

EBenum vbi naſcatur 99
Ecbatana quid 21 31
echenadum inſularũ mare vbi 45
echemmis inſula 73
echines genus murum apud Afros 136
echenus Europi filius Hyllũ interemit
eclipſis ſolis 190 (248
Eetion Cypſeli pater 4
eetion Echecrates 154
eetioni oraculum redditur ibidem
Effigies argentea piſtricis Crœſi 10
Eion vrbs ſupra Strymonem 188. 199
Elbo inſula 69
elatea oppidum 225
electrum vbi 99
elephantina vrbs 44. 46. 76
elephantes Aethiopiæ 99
eleuſij inuaduntur 150
eleuſinæ Cereris templum 254. 260
elorus fluuius 206
Enagees qui dicantur 150
enarees theliæ morbi curatores apud
enarees androgyni 117 (Scythas 22
enipeus Theſſaliæ fluuius 201
Epaphi boues 50
epaphus Aegyp. lingua apis dicitur 72
epaphi figura 82
epaphus è vacca genitus ibi.
epidaurij 30
epigrammata Spartiatarum 218
epheſus 29. 45
epheſijs à Crœſo bellum infertur 5
epheſij obſeſsi Crœſo vrbem Dianę do
epium oppidum 129 (nauerunt 5
epizeli prodigioſa cæcitas 178
Equi colubros vorant 16
equi camelos reformidant ibidem
equorũ & canũ numerus regis Bab. 38
equi à Maſſagetis ſoli immolantur 43
equi fluuiales Papremitanis ſacri 56
equorum fluuialium natura ibidem
equi ſylueſtres candidi 115
equæ Olympicæ victrices 175
equa leporem enixa 193
equarum iubæ pro criſtis quibus 194
equæ Theſſaliæ omnium optimæ 213
equeſtriũ Perſarũ copiarũ numer⁹ 196
Eraſinus fluuius 171
eretria capta direpta, incenſa 175
eretrienſes populus 226
erechtheios tẽplũ in ara Athen. 227
ereſione Homeri 273
eridanus fluuius vbi 99
erixo Arceſilai vxor 132
erochus oppidum 225
erophantus Parieneus 128
erythræa inſula 29. 62
erythræi populus 160
erythræorum cum Chijs bellum 4
erythia inſula 108
erytis regio Heraclidarum 145
Etearchus Ammoniorum rex 49
etearchi regis ſermo de Nili ortu ibid.
etearchus Oaxi rex 130
eteſiæ vẽti cã inflatiõis Nili flumis 47
Eualcides Eretriorum dux 156
euagoras Lagonis 175
euboicum pondus 95
euboica plebs venundata 207
euboij populus vbi 207
euclides & Cleander Hippoc. filij 206
euelthon 132
euheſperides vbi 133. 137
euenetus Lacedæmoniorum dux 210
euenius vates excæcatur 260
euphrates in rubrum mare ex Armenijs
decurrit 36
euphratis ductus atque anfractus ibi.
euphrates Armeniam à Cilicia diſter-
minat 127
euphorbus, Philagrus proditores 175
eupalinus Megarenſis 89
eunuchi in precio habiti 236
euripidis opinio de Nili incremẽto 47
euriſthæi genus 144
eurimachus à Platæenſib. interfi. 218
europa Agenoris Phœnicũ regis filia 1
europa à Græcis rapitur ibidem
europæ filij Sarpedo & Minoẽ 34
europæ extrema 99. 114
europa vbi & vnde dicta 113. 114
europæ laudes 183
europei Macedonum accolæ 195
euryleon obtruncatur 145
euryſthenis familia 167
euryſthenes vnde dictus ibidem
eurydame Leutychidis vxor 170
eurybates Aeginetarum dux 174
eurypus 210
eurytus & Ariſtodemus 218
eurybiades Euryclidæ 220. 226
euxinum mare 2. 15
euxinus pontus 114
Exampæus locus vbi 220
exampæi ahenum ibidem
exemplum iuſtæ vindictæ corrupti iu-
exercitu donari apud Per (dicis 142
ſas eximium 263
exitus rerum inſpiciendus 9
experimenti compendia 184
expiandi ritus apud Lydos idem qui
apud Græcos. 7

FAbis Aegyptij abſtinent 50
fames mira 264
famis diſcutiẽdæ inuẽtũ à Lydis 20
fames Xerx. exercitum excipit 238
fanum Panionium 29
fanum Iouis Beli apud Babylo. 36
fanum Thebani Iouis ibid.
fanum Protei regis Aegyptiorum 62
fanum Dianæ vbi maximum 69
fanum Latonæ vbi 72
fatis fruſtra obſiſtitur 90
fax Vulcani apud Græcos 234
Feles prolis amantiſsima 55
felium ſepultura vbi ibidem
fẽrri cõpactionẽ qs primus excogi. 5
feræ Aegyptijs ſacræ 55
ferarum cura apud Aegyptios ibidem
ferarũ interfector apud Aegypt. morte
feſtum theopha. 10 (multatur 55
feſtũ accenſionis lucer. apud Aegyp. 54
Fides Arabum conſtantiſs. 78
filiorum Iouis cognomina 149
Flamma è Iunonis ſimulacro 172
fluminum veneratio apud Perſas 29
Fœderis ineundi ritus apud Medos &
fœmina ſemiuipera 109 (Lydos 15
fœminæ virili virtute 233
fœminæ agreſtes vbi 136
fontes Mæandri vbi 188
fontis mirum 81
fons amarus 115. 120
fons Apollinis 131
fons ſolis vbi 135
formicæ Indiæ, Græciæ 79
formæ in Xerxe dignitas 212
fortunatus quis ſit 7
fortunatus circus eoſdem fortunatos
eſſe non ſinit 41
fortuna Aminoclis Cratanei 212
Frigoris mira vis vbi 212
fructus ebrios reddens 40
Fulgura & tonitrua in Xerxianum ex-
ercitum ingruunt 191
funerum luſtra. apud Scythas 118
furis apud Aegyptũ callidiſs. cõmẽ. 65
fuſtuaria pugna apud Aegyp. 55

GAdes vbi 109
Gæſon 260
Galaica olim, nunc Eriantica 199
galipſus vrbs Græca 200
gamori Syracuſani appellati 206
gandarij populus 96
gandariorũ in Xerx. exer. armat. 194
garamantes populus 133. 135
gargaphius fons 247. 253
gauanes, Aẽrop⁹ & Perdiccas frẽs 241
Geboleizes dæmon Getarum 121
gela oppi. à Lindijs conditum 206
gelonis Herculis filius 189
gelonus vrbs 123
geloni populus ibid.
gelonorum regio, mores, victus ibi.
geloni agriculturæ operam nauant ib.
gelon Dinomenis filius 204
gelon Syracuſana vrbe potitur 206
gelonis magna imperandi libido 207
genitura Indorum qualis 97
geometriæ ortus ab Aegyptijs 62
gephyrei populus 147
gergithæ vbi 158
gergithæ ab Hymea capiuntur 159
germani Perſarum genus 26
gerrus flu & locus 111. 115. 116
gerra Perſica 255
geryonis vaccæ 108

Gigonus oppidum vbi 200
gillus Tarentinus 103
gindanes populus 134
gindanarum mulierum fimbriæ 134
Glauci Chij inuentum 5
glauci Epicydidis æquitas 173
glauci ſtirps extrita ibidem
glaucus caprarius 270
gliſantem Thermodon interfluit 252
Gnomonis & poli inuentio ab Aegy. 62
Gobryes Darij filius Syrorū dux 194
gobryas Perſa 19
gonnus vrbs vbi 201 210
gorgonis caput 58
gorgo Cleomenis filia 146
gorgus Salaminiorum rex 157
gorgus ad Medos transfugit ibid.
gratiarū collis nemoribus frequens 134
græcorum bellorum initia 1
græcorū reſpon. ſuper raptu Medeæ 2
græci imperium Priami euerterunt 2
græci ante Crœſi imperium liberi 2
græcorum oracula 9
græci eadem ſemper lingua vſi 11
græcæ gentis laudes 11 197
græcorum Athenien. ſapientiſs. 11
græci Ionum nomen refugerunt 29
græcorum feſtiuitatum nomina 30
græcorum negociationes 31
græcorum literæ & ſcriptura 50
græci ab Aegypt. pleraq; ſumpsêre 53
græcorum dij 70
græcum fanum apud Aegyp. 76
græcanicorū operū tria maxima apud 111
græcorū natalitia (Samios 59
græcorum literæ ex Phœnicib. 147
græcor. imbecillitas in bello ineūdo 184
græcorum iuliurandum 202
græcorum de conſpirando contra Barbaros conſilium 204
græcorū ſpecul. à Xerxe capiuntur 204
græcorum oratio ad Gelonem 207
græcorum Perſam opperiētiū catal. 214
græcorū in bellando virtus 217
græcorum mores 219
græcorū claſſes aduerſus Xerxem 220
græcorum claſsica victoria 222
græ. de inſequēdo Perſa cōſultatio 236
græc. ad Platæas exercitus ſumma 249
græcorum præda è Perſarum clade 258
græcorum ſepultura 259
grinus Theræ inſulæ rex 130
gruum pelles in locum clypeorum 194
grumi grandes ſalis in montibus 134
gryphes vbi 99
grues Scythicæ vbi hybernent 47
gryphes vbi 99
grynia Aeoliæ ciuitas 30
Gygamæ Pœni vbi 133
gyges Daſcyli filius 2
gyges Candaule interempto vxore eius & regno potitur 3
gyges ſuffragio Delphici oraculi, Lydorum regnum poſſedit ibidem
gygis atnepos de Candaulis morte pœnas dedit ibidem
gygis donaria Delphis conſecrata ibid.
gyges barbarorum primus apud Delphos munera poſuit 4
gygis tribunal ibidem
gyges Mileto & Smyrnæ arma iutulit 4
gyges Colophonem cepit ibidem
gygis crimen Crœſus luit 19
gyges Heraclidarum ſatelles ibid.
gygeus lacus proximus Halyattis ſepulcro 28
gygea Alexandri ſoror 141
gygea Amyntę filia 241
gymnici certaminis inſtitutio 57
gyndis fluminis ortus 37.147
gyndis fluuij riuuli 36.37.40

Hagetorides Antagoræ filius 257
halicarnaſſus ciuitas 30.76
haliacmon fluuius 201
halizones populus ubi 110
halys amnis 2.6.14.22.27.147
halys amnis in mare Euxinū voluit 2
halys amnis Medicum imperium & Lydum diſterminat 14
halyattes ſucceſſor Sadyatti 4
halyattis bellum cum Cyaxare & Medis ibi.
halyattes Cimmerios ex Aſia exigit 4
halyattes Smyrnam capit ibi.
halyattes ad tibiarum fiſtularūq; cantū in expeditionem procedebat 4
halyat. paternū bellū adminiſtrat ibi.
halyatti oraculū à Pythia redditur ibi.
halyattis cum Mileſijs fœdus 5
halyattes Mineruæ duo delubra ædifi. 5
halyattis regnum & mors ibi.
halyatti defuncto Crœſus in regno ſuccedit ibi.
halyattis dona Delphis cōſecrata. 5.225
halyattes fugientes Scythas recipit 15
halyattis vxores Caïra & Iade 20
halyattis ſepulcrū apud Lydos ibi.
halyattis ſepulcrum ab emptitijs homi nibus & ancillis conſtructum ibi.
hamaſus rex Cyro confœderatus 16
hamilcar Carthaginien. rex 208
hamilcaris genus & mors ibi.
harmamithres Perſici equitatus præfectus 196
harmocydis oratio ad Phocenſes 246
harpagus Medus 16
harpagus Aſtyagis familiaris 23
harpagi corā Aſtyage expurgatio 24
harpagi filium Aſtyages mactat 25
harpagus propriū filiū comeſt. 25.32
harpagi ad Cyrum literæ intra leporē reconditæ 25
harpagus exercitui Aſtyagis contra Cyrum præficitur 27
harpagus Ionia ſubacta, in Cares exercitum traduxit 34
harpagus Cyrum in poteſtatē regni inuexit 32
harpagus inferiorem Aſiam ſubigit 35
harpagus Perſa 163
harpagus in Mazaris defuncti locū ſufficitur 32
Hebes teſſera 261
hebrus fluuius ubi 121.193
hecatæus hiſtoriographus 70
hecatæus Egeſandri 159
hecatæi Egeſandri ſermones 181
hector ſucceſſor Troiani regni 64
hedoni Thraciæ populus 199
hedonorum nouem uiæ 199
hegeſicles Spartiatarum tyrannus 18
hegeſipyla Miltiadis vxor 163
hegeſiſtratus tyrannus 155
hegeſiſtratus Telliadeus aruſpex 250
hegeſiſtrati interitus 250
helenæ ab Alexan. raptus 2.62.63
helena Menelao redditur 64
helenæ templum 168
heleus vaticinus 102
heleus Agæi Peloponneſius 179
helice vbi 30
heliopolis ſolis vrbs 54
heliopolitani Aegyptiorum ſolertiſsimi 43.54
heliorum certamen 73
helis Aetolorum ciuitas 230
helleſpontij populus 95
helleſpontus 128
helleſponti pons 189
helleſponto Xerxes cōpedes inijcit ibi.
helleſpont. ſtig. à Xerxe inuruntur ibi.
helleſpontū, Xerxes muneribus don. 192
helleſpontias, uentus ſubſolanus 212
helles filiæ Athamantis ſepulcrum 193
hemus 115
heneti populus 39.139
heraclidæ Sardium reges 2
heraclidarum genus ibi.
heraclidarū imperiū quot annorū ibi.
heraclidarū ultio in atnepotem Gygis 5
heraclides Ibanoleus 159
hercules unus è XII. dijs 51
herculis parentes ab Aegyp. oriundi 51
hercules uetuſtus deus ibi.
herculis cippi ubi 49.51
herculis templum ubi 51
& 62.148.176.178.
hercules geminus 52
herculis fabūla ibi.
herculis oraculum apud Aegyp. 57
herculis columnæ ubi 109.130
herculis tres filij 109
hercules Scytharum deus 116
herculis veſtigium ubi 120
herculis ara ubi 210
hercules ab Iaſone derelictus 219
hermus fluuius 16. 156. 264
hermus fluuius iuxta Phociam vrbē in mare effunditur 16
hermotybies Aegyptij 74
hermotybiorum Aegyp. plagæ ibi.
hermophantus 156
hermippus 160
herma ubi 211
hermionenſes Dryopes ſunt 226
hermonia Dryopum ciuitas 230
hermotimus Pedaſenſis genere 235
hermeus ſinus 266
herodoti peregrinatio 43.48.51
herodoti ſnia de incremento Nili 47
herodoti de origene oraculorū ſnia 54
herodoti de raptu Helenæ ſententia 64
herodotus Baſilidis filius 240

heroicum conditorium 170
hephæſtienſes, populus 182
heſiodus & Homerus deorũ opifices 53
hexapolis olim Pentapolis dicta 39
Hillus herculis filius 214
hiperocha 113
hipparchi inſomnium 147
hipparchi interfectores ibidem
hippias tyrannus Athenien. 148
hippias Piſiſtrati filius 175
hippiæ ſomnium 176
hippiæ dens tuſsiendo excuſſus ibidem
hippoclides Tiſandri filius 179
hippoclidis proci præſtantia 180
hippoclus Lampſacenus 128
hippocrati portentum ingens viſum 11
hippocrates pater Piliſtrati 149
hippocrates Gelæ tyrannus 163
hippocratis Pataræi mors 206
hippophoræ naues quæ 166
hippotoxotæ quid 253
hirci coitus cum muliere 52
hirus mons vbi 16
hiſtiæus Milesius 128
hiſtiæi ad Scythas oratio ibidem
hiſtiæi callida oratio ad Darium 157
hiſtiæus à Chijs in vincula cõjcitur 160
hiſtiæi literæ produntur ibidem
hiſtiæi vulnus ibidem
hiſtiæus capitur 163. & in crucem tollitur 164
hiſtiæus Tymnis filius 197
hiſtieotis ora ſuper Artemiſium 210
hiſtiæa vrbs capitur 223
Hoarus fluuius vbi 126
homerus & Heſio. deorum opifices 53
homerus de raptu Helenæ 63
homeri Epigoni 112
homericæ profectionis cõmentarij 267
homeri cæcitas ibidem
homeri epigramma pro Mida Phrygum rege ibidem
homeri nomen vnde 268
homeri minor Ilias ibidem
homeri Phocais 269
homerus apud Chium 270
homeri Cecropis, Batrachomyomachia, Epicichlides ibidem
homeri vxor & filiæ 271
homeri Caminus 272
homeri Ereſione 273
homeri mors & ſepulcrum ibidem
homerici ſepulcri inſcriptio ibid.
homerus Aeolicus ibidem
homeri ætas 274
homini ſapus mori quàm viuere 6
hominis calamitoſa conditio 7
hominis prima & natu. vox 43
homo fato functus vbi per lætitiam ter læ demandetur 139
homines in fortuitorum arbitrio & non contrà 191
hoples Iouis filius 149
horæ diei à quibus inuentę ſint 62
horti Midæ Gordij 242
hoſtię Pythio à Cræſo conſecratæ. 9. 10
hoſtaſpis Artachæi filius Aſſy. dux 194
Humanarum rerum inconſtantia 2
humanæ vitæ anni lxx. 7
humanæ vitæ breuitas & calamitas. 191
Hyampolis vrbs 225
hyampeus vertex ibidem
hyacinthia Lacedæmo. ſolennia 244
hybla vrbs 206
hydarnes Perſa 91
hydarnes Hydarnis filius Perſ. dux 195
hydrias regio 159
hyela ager Oenotriæ 33
hyenæ vbi naſcantur 136
hygennenſes populus 95
hylæa locus 109. 118
hylleæ 149
hyllus interimitur 248
hymees Perſa 158. 159
hymeæ obitus 159
hymeſſus 181
hymni deorum ab Home. cõſcripti 267
hypachei iam Cilices appellati 196
hypacyris Scythiæ fluuius 115. 116
hypanis fluuius impotabilis 110. 115. 120
hyperãthes & Abrocomes Darij filij. 217
hyperborei vbi 110
hyperboreorum ſacra 112
hyppoleo promontorium 115
hyrcani populus vbi 99
hyrgis fluuius 116
hyria vrbs à quibus condita 209
hyſies populus vbi 150
hyſtaſpes Arſamenis filius 41
hytaſpes Darij filius 194
hyſtriches vbi gignantur 136

I

Admon Samius 68
ialiſſus vbi 30
iapygia 103. 122
iapyges Meſſapij 122. 289
iardanna ancilla 2
iatragoras 134
iatragoras 144
Iberiam Perſæ occupant 32
ibidis forma 56
ibidum duplex genus ibidem
ibis Aegyptijs ſacer 55. 56
Ichnæ vrbs terræ Bottiæidis 200
Ida mons 191
Ieiunia & feſtus dies Iſidis 135
ienyſus vrbs vbi 98
Ignem Perſæ deum arbitrantur 80
ignis Aegyptijs aſata bellua dictus ibid.
Iyrcæ populus vbi 111
Ilias minor Homeri 268
ilienſis ager 155. 191
ilienſi Mineruæ mille boues à Xerxe immolantur 191
ilium vbi 45
ilij obſeſsio & expugnatio 64
iliſſus fluuius 212
Imbecillitatis fortiſsima neceſsitas 210
imbrus 142
imbribus vacantes 135
imperium Priami à Græcis euerſum 2
impoſsibile ſortem fato deſtinatã poſſe effugere 19
impoſsibilitatis numen 237
Inarus Pſammetichus vir Pœnus 183
inconſtantia rerum humanarum 2
indi Callatiæ parentib. veſcuntur 85
Indorum multitudo 96
indi Calandiæ ibidem
indicum aurum ibidem
indicæ regionis deſcrip. & ſitus ibidem
indi pecuarij & eorum mores 97
indorum nauigia ibidem
indi ægrotos ſuos epulantur ibidem
indorum coitus in propatulo ibidem
indorum genitura atra ibidem
indicæ formicæ ibidem
indici cameli forma & pernicitas ibid.
indica animalia grandiora cæteris 98
indis ſol matutinus ardentiſs. 97
indus fluuius 114
indi à Dario ſubacti ibidem
indorum in Xerxiano exercitu armatura 194. 196
indathyrſus filius Saulij reg. 119. 125
ingenium Perſarum quale 318
inopiæ & impoſsibilitatis numina 237
inſtitores primi Lydi extitêre 20
inſtitutio Perſarum 28
inſomniorum ludibria 186
inſulani Iones qui 29
inſulæ Oenuſæ 33
inſulæ Echenades vbi 45
inſula natans vbi 73
inſulæ beatorum vbi 82
inſulæ rubri maris 96
inſulæ Caſsiterides vbi 99
intaphernis facinus & mors ibidem
intercalationis menſis à quibus introductus 7. 44
Io filia Inachi regis 1
io à phœnicibus rapitur ibidem
io ſtuprata ibidem
iones à Cræſo ſubacti 2. 5. 6
ionico genere excellentes 12
ionum ciuitates 29
ionum linguæ 4. 29
iones inſulares qui 29
ionum nomen refugerunt Græci ibid.
ionum cur XII. ciuitates 30
iones ab Achiuis ſuis ledib. pulſi ibi.
ionum reges qua progenie oriundi ibi.
iones veri & genuini qui ibidem
ionum qui ab Apaturijs arceantur. ibi.
ionum Panonium ſacrum ibidem
ionum inſulanorum deditio 33
iones Biantis conſilium ſpernunt 34
ioniam Harpagus ſubigit ibidem
Iones quomodo Aegyptũ diuiſerint 46
iones vbi & vnde dicti 95. 226
iones ignauiſsimi hominum 128
ionicæ rebellionis occaſio 142
& initia 146
ionum fuga 159
ionicarum nauium catalogus 161
ionibus Perſarum minæ intentatæ ibi.
iones laborum inſueti ibidem
iones tertiò in ſeruitutem redacti 164
iones Dario tributarij 166
ionum in Xerx. exer. armatura 196
iones Pelaſgi Aegialees appellati ibid.
ionia Græcis iterum reſtituta 262
ioniæ tranſlatio ibidem
ioui decimæ neceſſario redduntur 19
iouis Carij fanum apud Mylaſſum 34

Iouis Beli templum & ſimulacrũ 36 134
Iouis Thebani templum 36
Iouis cultus apud Meroën 48
Iouis fanum apud Theſprotos 54
Iouis oraculum apud Aegypt. 57
Iouis Ammonij templũ à Cãbyſe accẽ- (ſum 82
Iouis Beli puluinar 107
Iouis forenſis ara 145
Iouis filiorum cognomina 149
Iouis militaris templum 159
Iouis Olympij delubrum 44
Iouis currus in Xerx. exercitu. 190. 238
Iouis Amphlyſtij templum 213
Iphigeniæ apud Tauros cultus 123
Ipni locus quidam 212
Iraſa locus vbi 131
Is vrbs & flumen 25
Is fluuius in Euphraten ſe inuoluit 35
Isagoras Tiſandri 149
Iſidi vaccæ ſacræ 50. 135
Iſidis ſimulacrum 50
Iſidis tẽplum maximũ i vrbe Buſiri 54
Iſis Δημήτηρ, id eſt, Ceres dicta 54. 73
Iſidis & Dionyſij filij 73
Iſidis ſacra & feſta 153
Iſmares lacus famoſiſsimus 199
Iſmenij Apollinis templum 10
Iſſedoni populus 40
Iſſedones populus 110. 111
Iſſedonum mores 111
Iſtri ortus & fluxus 49
Iſter vbi 115. 122
Iſter ſemper par 115
Iſthmus Cnidiæ 35
Iſthmus muro præſept' à Miltiade 165
Iſtiæotis locus proxim' Oſſæ & Olym. (ii 35
Iſtiæi populus
Itanus oppidum 130
Iudices regij apud Perſas 83
iudicis corrupti iuſtæ vindictæ exem- (plum 142
iuncus eſui aptus 59
Iunonis feſtum 6
iunonis duæ imagines vbi 77
iunonis templum vbi 121. 253. 255
iupiter expiator hoſpitalis 9
iupiter apud Perſas 27
iupiter Bel apud Babylonios 36
iupiter arietina facie apud Aegyp. 51
iupiter Ammon 51. 134
iupiter Thebanus 53. 134
iupiter liberator, & eius templum 104
iupiter Scytharum deus 116
iupiter Papæus apud Scythas ibid.
iupiter Lycæus 138
iupiter Carius 149
iupiter Lacedæmonius 167
iupiter cæleſtis ibidem
iupiter ſub nomine Xerxis 193
iupiter Xuthi filius 196
iupiter æreus decem cubitorũ vbi 258
iurare per aquam Stygis 171
iuſti principis officium 18
Kiki quid ſit 59
Labdia Amphionis filia 153
Labynetus Babylon. tyrannus 16
Labynetus Aſſyriæ rex 37
lacedæmonij potentiſs. Græcorum 11
lacedæmon. leges à Lycurgo 13
lacedæ. bellum Tegeatib. inferunt 13
lacedæ. compedes apud Tegeatas ibi.
lacedæ. quibus artibus Tegeatibus fa- (cti ſunt ſuperiores 14
lacedæmoniorum Argiuorumq; pro (agro Thyrea dimicatio 17
lacedæmon. coma poſt victoriam de (Argiuis ibidem
lacedæmoniorum expeditio aduerſus (Polycra. 86
lacedæ. in Samum expeditio ibidem
lacedæ. mos in ſumendis ſupplicijs 129
lacedæmon. de ſeipſis opinio 167
lacedæmon. regum funera 158
lacedæ. lis de ꝓgrediẽdo ad bellũ 176
lacedæmo. oratio ad Platæenſes ibid.
lacedæmon. virtus 197
lacede. oratio ad Hydarnẽ Perſam 202
lacedæmoniorum conſuetudo 215
lacedæmon. oratio ad Athenien. 242
lacedæmoniorum frugalitas 258
lacedæmon. occiſorum ſepultura ibi.
lacmon mons vbi 260
lacrines Aeolus 31
lactis mulgendi mos apud Scythas 108
lacus Tritonidis 135
lacus vnde pix hauritur 136
lacus Stymphalius vbi 171
lacus famoſiſsimus 199
lacus piſcoſus & ſalſus ibidem
lacus Bœbeis vbi 201
lacus Gygeus vbi 20
lada inſula vbi 160
ladice vxor Amaſis 77
ladices votum ibidem
laij delubrum 130. oraculum 145
lais & genus 148
lampato Leutychidis filia 170
lamponium vbi 142
lamplacum vrbs 158
lana arborea vbi 98
laodamas Phocenſis 128
laodamas Eteoclis filius 148
laodice 113
laos oppidum 162
laphanes Euphorionis filius 183
lapidicinæ pyramidum 44
lapis Porinus, Parius 148
lapidum aceruus à Dario cõgeſtus 121
lapis Melampygus 216
lapideus leo vbi 217
lariſſæ Aeoliæ ciuitas 30
laſus Hermionis filius 183
laurcorum corõna 190
laxij Sauromatæ vbi 111
Lebæa vrbs 241
lebotus Spartiatarum rex 13
lebedus 29
leænæ partus 98
ledanum, aliàs Ladanum ibidem
ledanum quo modo colligatur ibid.
ledani medica virtus ibidem
legati Darij in puteum coniecti 202
legati non violandi ibidem
leges Athen. à Solone conditæ 6
leges & inſtituta Babylon. 39
lemnum oppidum 142. capitur 182
leocides Phidonis Argi. tyrã. filius 179
leonis ex auro effigies 10
leon & Hegeſiclis Sparti. tyranni 12
leo Sardius 17
leonides 145. in crucẽ tollitur 213
leonidis regis Spart. genealogia 214
leonidæ mors ibidem
leonidæ cædis vindicta 238
leonum natura atque loca 201
leones vbi gignantur ibidem
leo viri nomen 211
leontini populus 206
leo lapideus 217
leporis fœcunditas 98
lepreum oppidum 129
lepus ex equa natus 193
leros inſula 159
lesbus inſula vbi 32. 46
lesbus quando habitari cœpta 274
lesbij à Polycrate victi 85
leucadius Hippomachus aruſpex 251
leucadij Dorica gens 226
leucon oppidum Aſiæ 131
leutychides Menaris filius 169
leutychides Spartiatarum rex ibidem
leutychidæ fuga & mors 170
leutychidis oratio de depoſito reddẽ. 172
leutychidis genealogia 248
leutychidis ſtratagema 261
lex Caricarum mulierũ in maritos 36
lex oppignorãdi paterni cada. vbi 68
lex omnium rex & domina 198
Liberi cultus apud Meroën 48
liberi nomen quando apud Perſas 53
liber Aegyptijs Oſiris dictus 70
libya vnde ſortita nomen 114
liches Delphici oraculi coniector 13
liliorum ingens vis vbi 59
liliorum radices eſui aptæ ibid.
limeneium regionis Mileſiorum 4
lindos oppidum 30
lindi populus è Rhodo 206
linus modulatiõis gen' apud Aegy. 57
linum Colchicum, Sardicum, Aegy. 61
lipaxus vrbs vbi 208
lipoxais Targitai filius 108
lipſydrium oppidum 148
liſſus fluuius vbi 199
liſi flu. aquæ copijs Xerx. non ſuffece- (runt 199
liſſæ oppidum vbi 200
literæ Hiſtiæi produntur 160
literatum mira occultatio 226
literę Themiſt. ad Iones lapi. inciſę 223
literarum per ſagittã tranſmiſſio 239
literæ capiti impreſſæ 144
literæ Græcorum ex Phœnicib. 147
littus pulcherrimum vbi 163
Locri epizephyrij populus ibidem
Locri Ozolæ populus vbi 224
lotophagi populus vbi 134. 135
lotos vbi plurima 58
loti radix eſculenta ibidem
loti fructus deſcriptio 134
lotij muliẽris vſus 62
Lucern. accẽſarũ feſtũ apud Aegyp. 54
lucernarum incenſio 216
lucus platanorum 159
lucinæ tributum 113

Iudorum primi inuentores Lydi 20
Iunæ festum 52
Iuna Persarum præses 190
Iuporum sepultura 55
Iupi ex hominibus 123
Iutræ vbi capiantur ibidem
Iuxus Persarum 258
Lycij in potestatem Crœsi subacti 6
Lyciorum è Creta origo 34.196
Lycus Pandionis filius à fratre pellitur
Lyciorũ nomẽ & leges 34 (Aegeo. 34
Lycij ab Harpago victi 35
Lycij populus Dario tributarius 95
Lyciorum in Xerx. exer. armatura 196
Lycij quondam Termilæ vocati ibi.
Lycius Cybernisçus Sacæ filius 197
Lycidas cũ vxo. & liberis lapidat. 244
Lycophronis Periã. filij interitus 87. 88
Lycus fluuius 126.189
Lycurgus Aristolaidi filius 11
Lycur. et Megacl. Pisistratũ eijciunt ibi.
Lycurg. Spartiata integerrimæ vitæ 13
Lycurgo oraculũ à Pythia redditur ib.
Lycurgus legum lator apud Laced. ibi.
Lycur. Leoboti Spartarũ regis tutor ib.
Lycurgi delubrũ apud Spartiatas ibid.
Lycæus Iupiter 138
Lycaretus Mæandri germanus 142
Lydus Atys filius 2
Lydi populus antea Meon vocatus ib.
Lydorum expiandi ritus idẽ qui apud
Lydorum partes primæ in (Græcos 7
consulendis oraculis 10
Lydo. Medorũq; quinquẽnale bellũ 15
Lydo. Medorũq; bello dies repẽte nox
Lyd. Medorũq; fœdus 15 (facta 15.22
Lydorum ritus ineundi fœderis 15
Lydorum strenua gens 16
Lydorum gens equitandi peritiss. ibid.
Lyd. cum Persis conflictus, & fuga ibid.
Lydia auri ramẽta è Tmolo prouenien
Lydia Halyattis regis (tes habet 20
sepulcro se nobilem iactat ibidem
Lydorum filiæ omnes prostituũtur 20
Lydorum mores & leges ibidem
Lydi primi oĩm aureum argenteumq; nummũ ad vtendũ percusserunt ib.
Lydi primi caupones institoresq; ibid.
Lydi primi inuentores ludorum ibid.
Lydi in Thusciam primos colonos de-
Lydorum diuisio 20 (duxerunt 20
Lydorum cum Cyaxare prælium 22
Lydi è Sardibus per Cyrum exacti 31
Lydi Caribus germani 34
Lydi pop. tributum Dario pendens 95
Lydorum in Xerx. exer. armatura 195
Lyda mons à Pedasijs extructus 35
Lydeus fluuius 20
Lygdamus Naxius 12
Lygies quam armaturam in Xerxiano
exercitu tulerint 194

Macæ populus 134. 145
Macedones à Dario subacti 166
Macedo Amyntę filius 241
machlyes populus 134
macrobij pop. Aethiopiæ 80. 96
macrones populus 61
macrones quam armaturã in Xerxia-
no exercitu tulerint 195
Macrij Persarum genus 26
Mactorium vrbs supra Gelam 206
madyes filius Protothiæ Scyth. rex 22
madytus vrbs 189
mæandri campus 4.45
mæandri campos Mazares incursat 32
mæander fluuius 100. 159. & eius
fontes vbi 188
mæandrius Polycratis scriba 100
mæandrius Sami procurator 104
mæandrij oratio ad Samios ibid.
mæotis palus vbi 22. 108. 114. 116
120. 123. 125. 126
mæotici populus vbi 126
magdolus oppidum vbi 73
magi populus Mediæ 21
magi Persarum 29
magorum commentum vt Persarũ imperium occupent 89
magi chiusdã imperiũ apud Pers. 90
magorum cædes 93
magophonia Persarum festum ibid.
magistum oppidum 129
magnarum iniuriarum vindictæ 64
magnetes populus 95
magnesia vrbs vbi 100.212
magna cum periculis suscipiunt 192
malæa promontorium vbi 17
malæ dextræ in contumeliã derasæ 65
malena 164
males Aetolus 179
mandanes Astyagis filia 22
mandanes Cambysi nuptum datur 22
mandrocles Samius 120 & eius monumentum 121
mantieni po. vbi 6 (mentum 121
mantieni montes 37. 40
mantiena vrbs 132
maneros Aegyptijs quid 57
marathonem occupat Pisistratus 12
marathon locus 175
marathonia clades 178
mardonius Gobryis filius 166. 183
mardonius vulneratur 166
mardon. à præfectura semouetur 174
mard. orõ de bello Græcię inferẽdo 184
mardonij in Lacedæ. obiurgatio 252
mardonij cædes 255
mardanus Xerx. exercit. imperator 195
mardus Heræades Sardium muros primus conscendit 17
mardi Persarum genus 26. 96
mariandini populus 95
mariandini à Crœso subacti 6
mariandinorũ in Xerx. exerc. armatura 194
mare Sardonicum vbi 33
mare Caspium 49
mare atlanticum, rubrum 40. 73. 113
mare Echinadum insularum 45
marea vrbs vbi 46
mariandicus sinus vbi 113
maris fluuius 115
mares quã armat. in Xerx. exerc. tulerint 195
maronea Græca vrbs 199 (rint 195
martis oraculum vbi 57 195
martis sepulcrum apud Scythas 116
marsya fluuius 158. 159
masanges Aorizi filius Pœnorum dux 194
mascamis elogium 198
massistes Darij, Xerx. exercitus imperator 195
massistij cædes 247 (tor 195
massistius à Græcis Macisius dictus 247
massistij cædes 247
massistæ & liberorum eius cædes 163
massagetæ populosissimus & robustus 40
massagetarum deus sol 41. 42
massagetarum victus 42.43
massagetarum vxores communes 42
massagetarum senes immolantur 43
mastyes populus 139
maternũ genus nobilius paterno apud
matris Martis templũ vbi 55 (Lycios 34
matieni populus 14
matien. in Xerx. exerc. armatura 194
maxyes Pœni vbi 136
mazares Medus 31
mazares Prienẽses subigit 32
mazares Mæãdri cãpos incursat ibi.
mazares moritur ibid.
Meci populus 96
mecyberna Græca vrbs 200
medea Colchorum regis filia 1
medeæ raptus à Græcis 1
medicum imperiũ Halys fluuius termi-
medicum nomen Græcis terro- (nat 14
rem incutere solitum 177
medici singuli singulorũ morborum
apud Aegyptios 57
medicæ nationis gentes quæ 21
mediDiocẽ sibi iudicẽ cõstituunt ibid.
medi regi suo regiam ædificant 21
medi à Scythis plio fusi, Asiæ imperiũ
amittunt 22.27
medi Ninum ciuitatem expugnant 22.
medi inebriatos Scythas interimũt ibi.
medi Assyrios subigunt ibidem
medis canis spaca dicitur 25
mediæ regionis facies ibidem
medimnus Atticus mẽsurę gen' 38. 168
medorum bellum cum Halyatte 4
medorum tyrannus Cyaxares 15
medo. bellũ quinquẽnale cũ Lydis 15
medorum & Lydorum bello dies repẽte nox facta 15. 22
medo. & Lydo. mos ineundi fœderis 15
medorum ab Assyrijs defectio 20
medo. imperiũ ad Pers. translatum 27
medorum à Dario defectio ibid.
medo. i Xerx. exer. armatura 193.196
medorum appellatio vnde 194
medi vbi 113
megabates Persa 143
megabazus Megabatis filius 197
megabizus Persa 91
megabizi oratio ad Oligarchiã 93
megabizus Zopyri filius 107
megabizi elogium 129
megabizes i Pœnos exercitũ ducit 140
megabiz. Xerx. exercit' imperator 195
megacles Alcmeonis filius 11. 179
megacles & Lycurgus Pisistratũ imperio Athenien. pellunt 11
megacles Clisthenis gener factus 180
megacles Hippocratis filius ibidem
megacreon Abderites 200
megapanus Hyrcanorum dux 194

megarensis

megarenſis populus 206
megarenſis plebs venundatur 207
megiſtiæ extiſpicia 216
megiſtias Aearnas à Melãpode proge- (nitus 217
megiſtæ epigramma 218
melampodis poſtulata ab Argijs 250
melampus Bacchici ſacrificij inuentor apud Aegyp. 52
melampygus lapis 216
melanchlæni populus 123
melanchlæn. mores & nomẽclatura ib.
malanchlæno. victus humana caro ib.
melana ſinus quidam & fluuius 193
melanopus Ithagenæ 226
melas, aliâs Pirus, fluuius 30
melas fluuius vbi 213
meles primus rex Sardium 17
melibœa vrbs 212
melienſis ſinus vbi 112
meleſigenes vnde appellatus 266
meliſſa Periandri vxor 87. 115
meliſſa à Periandro occiſa ibid.
melites fluuius 266
mellis vbi maxima copia 136
meldis amnis 254
melyenſes populus 95
memnonia regio 147
memnona vrbs vbi ibidem
memnonia Suſa 206
memphis vrbs 74
memphis vrbs à Mene primũ cõdita 60
memphis vrbis ſitus & deſcriptio ibid.
menalippus Aſtaci filius 149. 155
mendacium dicere quãdo expediat 92
mendeſium oſtium Nili 46
mendeſij populus 51
mendeſij cur oues immolẽt, capris abſtinentes 51
mendeſij capras venerantur 52
mendeſij caprarios pcipuo honore affi- (ciunt ibidem 5
mendetis templum 5
mendes quid lingua Aegyptiaca 52
menelaus Helenam recuperat 64
menelai portus vbi 133
menes primus regnaſſe fertur 44. 60
menſa ſolis 81
menſis intercalaris 7
mẽſis intercal. à Græc. alijs additus 44
mentes nauicularius 266
mentiri apud Perſas turpiſſi. 28
mentor Ithacenſis abi Homero celebra (tur 267 271
mentulæ portentum apud Aegy. 52
mœreos ſtagnum 56. 71
& eius deſcriptio 95
mœris Aegyptiorum rex 60
mœris pręclara opera ibid.
mœnia lignea Budinorum 126
mœones antè Lydi appellati 2
meraphij Perſarum genus 26
mercurij ſtatua 53 & templum 69
mercurius quibus gentibus colatur 139
mermnadæ populus 2
mermnadarum tyrannus 3
meroẽ oppidum vbi 48
meſambria vrbs vbi 121. 199
meſambriã vrbem quis condiderit 164
meſſana olim Zancla 308
metalla aurea atque argẽtea vbi 199
metallorum aureorum certamen 257
metallum ſalis 135
metapontini populi vbi 110
metiochus Olori filius 165
metra venus 127
Mycithus Anaxilai famulus 209
midas Barbarorum ſecundus apud Del (phos munera poſuit
midæ ſella apud Delphos
midas Gordij filius Phryg. rex 267
midæ Gordij horti 242
midæ Gordij epigramma ab Home. 267
mileſiorum cum Halyatte bellum 4
mileſiorum duo acerba vulnera. ibidẽ.
mileſiorũ oppugnatio per XI. annos 4
mileſiorum cum Haliatte fœdus 5
mileſij Cyro confœderati 29
mileſiorum correctio 142
mileſiorum & Carum fuga 159
miletum oppugnatur 4
miletus vrbs Ioniæ 29. 141
miletus capta diripitur 162
militiæ ordo à quo primũ diſtribut' 22
militum Cambyſis depaſtio 82
milo Crotoniates luctator 103
miltiades Athenien. dux 128
miltiades Cimonis filius tyrãnus 164
miltiades victor in Olym. certam. 165
miltiades capitur ibidem
miltiades Cherſoneſo potitur ibidẽ.
miltiades Parum obſidet 180
miltiadis accuſatio & obitus 161
milyada Milyæ Solymi 34
mineruæ templi deflagratio 4
mineruæ templũ cognomine Aſſeſia 4
mineruę duo templa apud Aſſeſum 5
mineruæ Pallenidis templum 12
miner. Aleæ tẽplũ apud Tegeat. 13 256
miner. tutelaris tẽplũ adud Chios 32
miner. oraculum ad Aegyp. 57
miner. veſtibulum apud Saios 76
miner. inaurata ſtatua vbi 77
miner. lapidea duo ſimulacra ibidem
miner. parentes 134
miner. ægis 136
miner. Craſtia 145
miner. vrbana 152
miner. templum in Sigeo 155
miner. Iliacæ 1000. boues immolantur (à Xerxe 191
miner. fanum 225
miner. protemplaris ibid.
miner. Sciradis templum 234
minoë & Sarpedo Europe filij 34
minoa Selinuſiorum colonia 145
minois cædes 209
minyæ populus 30. 129
minyæ commento ſuarũ vxor. lib. 129
miraculum maxim. Perian. oblatum 5
mitradatos paſtor Cyri nutritius 23. 26
Mneſiphilus Athenien. 227
Modus ineundi exercitus numerum 193
malosſi populus 30
momemphis oppidum 74
mons Arabicus 44 Punicus 44
mons Africus vbi 66
mons Atlas vbi 135
mõs ingẽs euerſus indagãdis metal. 166
mophis mons 48
mortis ſtatua exẽplaris apud Aegyp. 57
mortuorum apud Aegy. condituræ 58
mortuorum lætitia vbi 139
mors optatiſsimũ perfugiũ ærumnoſæ (vitæ 191
moræ compendia 185
moſchi populus 96
moſchorũ in Xerx. exer. armatura 195
moſynœci populus 96
moſynœcorum in Xerx. exer. armat. 195
mula mulum peperit 193
mulæ partus 106
muli vbi non gignantur 112. 127
mulorum ſpecies Scythis horrendę 127
mulier exuendo tunicam & verecundi (am pariter exuit 3
mulieris ſimulacrũ ex argento 10
mulieres à Dodonæis cur colũbæ vocẽ- (tur 54
mulierum pudenda cippis à Seſoſtre inſcripta 68
mulieres Corinthiorum denudatæ 155
mulier ex turpiſs. ſpecioſiſs. facta 168
mulier. Attic. vnà cum liberis cædes 181
mulieres ſtuprando extinctæ 225
murychia 231
murium auxilia 69
murichides Helleſpontius 244
mus Europœus 240
murium tria genera apud paſtorales Pœ (nos 136
murus ligneus Perſarum 255. & eiuſdem (expugnatio 256
muſici Argiui 103
muſtelæ Africæ 136
muſæi ſortes & earumdẽ ediſertator 183
Mycalę promontorium 30
mycerinus rex Aegypti 68
mycerini clementia & iuſtitia ibi.
mycerini filiæ mors & ſepultura ibid.
mycerini concubinæ 67
mycerini oraculum ibid.
& pyramis 68
mycorum in Xerx. exer. armatura 194
mygdoniam à Bottiæide Axius dirimit (200
mylaſſorum fanum 34
mylaſſa oppidum vbi 159
myliarum in Xerx. exer. armatur. 195
mylitta Aſſyriis Venꝰ appellata 27. 40
myrſilus, aliâs Caudaules dictus 2
myrnia Aeoliæ ciuitas 30
myrios ſtagnum 44
myris rex 45
myſi Caribus germani 34
myrſus Gygis filius 100
myrſes perſarum dux 159
myrcinus vrbs vbi ibi.
myrenæi populus 182
myrias quid ſit 163
myſi à Crœſo ſubacti 6
myſi populus vbi 95
myſia ab Hymea capitur 159
myſorum in Xerx. exer. armatura 95
myus vrbs Ioniæ 29
myuſij populus vbi 160

NAcæ populus vbi 134
naparis Scythię fluuius 115

naſamones populus 49. 133
naſamonum coitus in propatulo ib.
naſamo. iuſiurandũ & diuinatio ibi.
naſamonũ cadauerum ſepultura 136
naſcentium deploratio 139
natho inſula vbi 74
naturæ ſolertia 98
natura leonũ atque eorundẽ loca 201
nauib. lõgis qui primi vſi fuerint 22
nauiculæ Babyloniorum 39
naues Aegyptiorum è ſpino 59
naues rubrica delibutæ 88
naues quinis drachmis addictæ 173
nauiũ Perſicarum catalogus 196
naucrates oppidum 60. 77
naufragi vbi immolentur 123
nauplia 171
naxus inſula 142 143
naxus inſula à Piſiſtrato ſubacta 12
naxij populus 206. 226
Nebris 115
necus rex Aegyp. Pſamniti filius 73. 113
necus à quo interemptus 72
neci victoria contra Syros 73
neceſsitatis numen 237
neleus Codri 261
neon vrbs vbi 224. 225
neptuno Helicoñio Panioniũ locus ſacer 30
neptunus Afrorum deus 53
neptunus Thaminaſades 116
nept. liberator & eius templum 213
neptu. templũ apud Potidæatas 240
neptunus æreus ſeptem cubitorum 258
neſtus fluuius Abderorum 201
neuri populus & eorum mores 110. 125
Nicandra Dodonæorũ ſacerdos 54
nicodromus Cinœthi 173
niger ſinus vbi 165
nili fluminis origo 46. 49
nili fluminis oſtia 46
nili flu. natura & incrementũ 46,47
nilus ſolus amnium aura caret 47
nili fontes ignoti 48. 49. 115
nilus ſcopuloſus 48
nilus Africam mediam diuidit 49. 60
nilus Aegypti fluuius 114
ninum ciuitatem Cyaxares obſidet 22
ninũ ciuitatem Medi expugnant ibi.
nini oppidi ſitus 38
ninus Aſſyriorum urbs 71
nipſei Thraces 121
niphraga unus Pierum murus 199
niſa oppidum ubi 96
niſei equi 98. 190
niſeus campus grandes fert equos 190
nitetis Aprijs regis filia 77
nitocris reginæ Babylon. egregia monumenta 36
nitocris ninum oppi. ſibi ſubegit 36
nitocris epitaphium 37
nitocris Aegyp. regina fratrem vlciſcitur 60
nitri ingens vis 58
Noas fluuius 115
noctes in dies commutatæ 68
nocranis oppidum 171
nomades Scythiæ 415
nomadarum Scytharum ſeditio 15
nomades Pœni 134
nomades ſagittarij 195
nouem fontes vbi 181
nouus murus ciuitas Aeoliæ, & Cumanorum colonia 30 267
noua vrbs oppidum in Pallena 200
nox pro die vbi extitit 190
Nudium oppidum 129
nummi primum à Lydis percuſſi 20
numina Perſarum 27
Nymphodorus Pythij filius 202

OAſis vrbs vbi 82
oaxus oppidum Cretę 130
Obeli pheronis donaria 62
obeli Trochoides 75
Oceani ortus vbi 109
ocioſus pro honeſtiſsimo habitus 203
octamaſides Scyalis frater 119
oculos in pectoribus geſtantes 136
Odomanti populus vbi 140
odryſes vbi 121
Oebares Darij equiſo 94
œbazus Perſa 167
œbaſi liberi occiduntur 120
œbarus Megabizi filius 164
œcetor Gelonis progenitor 206
œdipodę delubrum 138
œa locus vbi 152
œnuſæ inſulæ vbi 33
œnotriæ ager vbi ibi.
œnoen Bœotij occupant 150
œnone inſula 226
œroe inſula vbi 253
œtoſyrus Apollo apud Scythas 116
œtæi montes vbi 316
œtyni à Crœſo ſubacti 6
Oſia ſalſuræ reſilijt 264
Oilycus vnde appellatus 129
olenus 30 (um 224
oleagina corona Olympicorũ præmiorum
olea in arce Atheni. 228
olen Lycius 113
oliatus 144
olorùs rex Thraciæ 169
olbiopolitæ populus vbi 110
olophyxus vrbs vbi 188
ollas pulſandi mos 168
olympus Myſtæ 8
olympus & oſſa Theſſaliæ mõtes 11 201 210
olympij Iouis delubrum 44
olympieni à monte olympo dicti 195
olymp. præmiũ corona oleagina 224
olympiodorus Lamponis 247
olynthiorũ ab Artabazo obſeſsio 139
olynthij ab Artabazo trucidantur ib.
oneſylus Gorgi frater 157
oneſyli dolus, & mors 157. 158
oneſyli caput in portas ſuſpenſum 158
oneſyli ſacrificia ibidem
onetes Phanagoræ 216
onochonus Theſſaliæ fluuius 201
onochonus Xerx. exercitui defecit 213
onomacritus ſortileg. Ath. eijcitur. 183
Opæa Spargapithis vxor 119
ophryneus vrbs vbi 191
opificum ignobilitas vbi 75
opiniones de Nili fluminis natura & incremento 47
opis ciuitas 37 & dea 115
oraculum Halyatti à Pythia redditũ 4
oraculum Delphicũ Crœſo redditur 9
oracula Græcorum ibid.
oraculum Delphicum Crœſus verum deprehendit ibide.
oraculũ Lycurgo à pythia redditur 13
oraculũ captioſum Spartiat. redditũ 13
oraculũ Pythiæ de oſsibus Oreſtis ibi
oraculũ Crœſo redditum de muto filio 17
oraculum Branchidarum de Pactya 31
orac. Ammonis Iouis de Aegyptijs. 46
oraculum Dodonæum omniũ vetuſtiſſimum 53
oracula apud Græcos prima, eorumq; origo 53
oraculi Ammonis origo ibidem
oraculorum origo ſecundum ſententiam Herodoti 54
oracula apud Aegyptios quæ 57
oraculum Pherori regi redditum 62
orac. Mycerini regis ex vrbe Buti 67
oraculum de ærea phiala 72
oraculum Latonę ibi.
oraculum Siphnijs redditum 88
oraculum Corinthijs redditum 154
orac. promiſcuum Argijs redditũ 162
oraculum Doloncorum 164
oraculum Martis vbi 195
oraculum Dionyſij vbi 199
oraculum Athenienſium 203
oraculum Argiuorum 205
oraculum Cretenſium 209
oraculum Spartiatarum 217. 251
oraculum Bacidis 223. 231. 234
oraculum & delubrum Amphiarai 242
oraculum Perſis à Bacide redditũ 258
orati. prexaſpis ad Perſas 92
oratio Otanis de ſtatu populari 95
oratio Cois Mitylenæorũ præfecti 122
oratio Hiſtiæi Mileſij ad Scythas 128
oratio Ariſtagorę ad Cleomenem. 146
orati. Soſiclis 153
oratio Hiſtæi Darium 157
oratio Cypriorum ad Iones 158
oratio Perſarũ ad Ionum tyrãnos 162
oratio Leutychidis de reddendo depoſito 172
oratio Datis ad Delios 174
oratio Cliſtenis ad procos filiæ ſuę 180
oratio Xerxis de inferendo bello Græciæ 183
oratio Xerxis ad Perſas 192
oratio Corcyræorum ad Xerxem 200
oratio Harmocidis ad Phocenſes. 246
orbelus mons vbi 140
orbis partitio ſecundũ Herodotũ 113
oroſangæ quid perſica lingua 232
orchomenij populus 30
orchomeniorum ager 225
orci filius 173
ordo militię à quo primũ diſtribut' 22
ordiſſus Scythiæ fluuius 115
orœtis dolus 100
orœtes indignã Polycratis affixi cruci mor-

ei mortem luit 101
oricus portus 260
orneatæ populus 230
oropus 175
oreſtes Agamemnonis filius 13
oreſtis proceritas & ſepulcrum 14
orithyia Boreæ vxor 212
orphea vnde ortum duxerint 57
orus Oſiris filius rex Aegypti 70
orus Græcis Apollo dicitur ibid.
oryes vbi gignantur 136
orthocorybantes populus 96
oſſa & olympus Theſſaliæ mõtes. 11. 201
oſſa quinque cubitorum 258
oſtenta Xerxi oblata 193
oſtenta Delphis repreſentata 225
oſyris Aegyptijs Bacchus & Dyoniſius dictus 51. 70
oſtia Nili ſeptem numero 46
Otanes Pharnaſpis filius 90
otanis oratio de ſtatu populari ad Perſas 93
otanes Amaſtris pater, dux Perſarum.
otanis morbus 105 (113
othrys mons Theſſaliæ 201
Ouium mira genera 98
oues ſacræ Solis vbi 260
Orthium carmen 5. & A. Gellius capite 19 libri 16

PActyas Lydus à Cyro deficit 31
pactyas Perſis traditus 32
pactyca regio vbi 96. 97. 114
pactyes quã armaturam in Xerxis exercitu tulerint 194
Pactolus fluuius 156
Pæan carmen quale 138
Pæoniæ ſitus 140
Pæones populus 156. 199
Pæoplæ in Aſiam abducti 140
peones tranſportati 156
pæonius ager vbi 201
pæſus vrbs vbi 158
pæti Thraciæ populus 199
Palæſtini Aſſyrij dicti 78
palladis barba 35
pallenæ Phlegra prius appellata 200
pallenidis Mineruæ templum 12
palmarum Babylo. diuerſitas 38
palmarum ſpathæ 194
palmæ Babyloniæ vſus quis 38
palmæ vbi multæ 133. 135
pamiſus Theſſaliæ fluuius 201
pãphyliorũ i Xer. exer. armatura. 196
pamphylij populus 95. 149
pan vnus inter VIII. deos 52
pan Aegyp. nouiſsimus deorum 70
panos templum vbi 176
panos ſimulacrum 52
pan quibus parentibus ortus ibi.
panagyriæ Athenien. 177
panes Perdiccæ dupli effecti 241
panetius Soſimenis 232
pangæus mons vbi 140. 199
panionius Chius 235
panitis Meſſenij cõſilium in diſcernendis gemmis 176
panionium locus 29. 30. 34
panionium ſacrum 29. 30
panormus lacus vbi 32
pantagnotus polycratis frater 85
pãthaleon Halya. filius, Crœſi frater 20
panthelæi Perſarum genus 26
pantherę vbi gignantur 136
pantimachi populus 96
panticapes fluuius 110. 115. 116
pantita ſeſe ſtrangulat 218
papæus Iupiter apud Scythas 116
paphlagones populus 2. 15. 95
paphlagones à Crœſo ſubacti 6
paphlago. in Xer. exer. armatura. 194
papraces piſces 140
papremus oppidum 54
papremitanis equi fluuiales ſacri 56
parapotami populus 225
paraſangæ quid 44. 147
Paralatæ Scythæ vnde 108
paretaceni populus Mediæ 21
paris Alexan. ad Proteum ducitur 63
parius lapis 148
parios vrbs 158
parmys Smerdis Cyri filia 195
parnaſsi vertex vbi 224
parorcatæ populi 129
parthenius fluuius vbi 61
parthenius mons vbi 176
parthi populus 96. 99
parthorũ in Xer. exer. amatura 194
partus viperæ & leænæ 98
partus diuerſa tempora 170
parus inſula 143
parus à Myltiade obſidetur 180
parycani populus 96
parycanorũ i Xerx. exer. armatura 194
palargadæ Perſarum genus 26
pataici dij 84
Patarbeni aur. naſusq; pſcindunt 94
patarum oppidum Lyciæ 36
paterę au. Delphis à Crœſo miſſæ 4. 10
pateræ aheneæ mira capacitas 14
paternorũ opificum ſucceſsio vbi 168
patirãphis Xerxiani currus auriga 190
patizithes magus 89
patrenſes populus vbi 30
patumus oppidum Arabiæ 73
pauſanias Cleombroti filius 120
pauſanias Embroti filius 245
pauſaniæ exercitus ordo 252
pauſanię victoria aduerſ. Mard. 255
pauſanias ſagitta p latera ictus interijt
pauſaniæ præda 258 (256
pauſaris Amyrteus 80
pauſicę populus 96
Pecuarij Armenij vbi 39
pecuarij Indi 92
pecuariæ Perſę 26
pedaſij pop. ab Harp. expugnati 35
pedaſenſes populus vbi 235
pedicę oppidum vbi 225
pedunculorum comeſtores 123
pedunculorum pręmorſus 133
pelaſgi po. 30. 35. & eorum lingua 11
pelaſgi Aegialeos nunc Iones dicti 196
pelaſgi, Cranai, & Cecropidę 226
pelaſgi ex Attica exacti 18
pella vrbs Bottięidis terrę 200
pellena Acheorum pars 30
penus mons vbi 134. 201
peleon Iouis filius 149
pelopis Phrygis ſerui, regio 184. 186
peloponneſi gentes ſeptem 230
peloponneſium bellum 257
peluſium oſtium Nili 46. 92. 79
peneus fluuius Theſſalię 187. 201. 201
pennis oppletus aër 112
pẽtapolis antè Hexapolis appellata 30
penthylus dux Paphyus 213
peræbi populus 201
percotes vrbs vbi 158
perdiccas, Gauanes, & Aerop. frẽs 241
perdiccę panes dupli effecti ibid.
pergamum unus Pierum murus 199
perialla vaticina 169
periander Cypſeli filius Corinthiorũ tyrannus 5. 86
periandro maximũ miracu. oblatũ 5
periander cũ defuncta concubuit 155
periãdri de nõ recipiẽdo filio edictũ 87
periandri duo filij ibid.
perinetades Demarmeni filia 145
perinthus vrbs vbi 121. 164
perinthij à Perſis ſubacti 138
perinthiorũ cũ Pęonib. ſingulare cer-
perinthi expugnatio 138 (tamen 138
perſarum victus habitúsq; priſcus 14
perſarum aſpera regio ibi.
perſarum cum Lydis conflictus 16
perſarum ingenium 18
perſę in ptãtem Medorum redacti 22
perſis à Phraorte bellum infertur ibid.
perſarum complura genera 26
perſarum à Cyro defectio 26. 27
perſarũ præſtantiſsimi paſargadæ 26
perſę aratores. Perſæ pecuarij ibid.
perſę gyrum cæli Iouem appellant 27
perſæ deos ex hominibus ortos eſſe negant ibid.
perſarum ritus dũ Ioui immolant ibi.
perſarum numina quę ibid.
Perſę Vranię Veneri ſacrificant ibid.
perſis Venus Metra appellatur ibid.
perſarum natales ibid.
perſę inter pocula conſultant 28
perſ. neceſsitudo vicinitatis maxima 28
perſarum φιλοτιμία 28
perſę externarũ rerum ſtudioſiſs. ibid.
perſarum inſtitutio qualis ibid.
perſis flumina religioſiſsimè colũt 29
perſarum mos in ſepeliendis cadauer-ibus defunctorum 29
perſarum magi ibid.
perſarum clementia 80
perſarum capita cur fragilia 79
Perſę ignem deum arbitrantur 80
perſarum victus viuendiq; ſpatium 81
Perſ. vxores per vices concũbunt 95
perſarum ſatrapię ibi.
Perſarum conuiuia 140
perſicum mare vbi 113
perſarum cędes in conuiuio 141
perſarum bellica arma 156
perſ. cum Caribus conſertum bellũ 159
perſarum 6000. cæſa à Caribus 150
perſarum obtruncatio 159
perſæ criniti 162

perſ.oratio ad Ionum tyrannos 161
perſarum minæ Ionib.intentatæ ibid.
perſ.ornatus in Xerx.exercitu 193
perſæ Cephenes appellati ibidem
perſæ immortales qui 195
perſarum equeſtrium copiarum numerus ibidem
perſici equitatus præfecti ibidem
perſicarum nauium catalogus 196
perſarum origo vnde 205
perſarum cum Laced.congreſsio 215
perſa.naufragium ad Eubœam 222
perſ.tabellionum curſus & modus 234
perſic.copiarũ apud Plat. ordo 249
perſis oraculum redditum 251
perſarum luxus 256
perſei ſpecula 46
perſei templũ,ſimulacrũ,ſandaliũ, vbi perſeus gymn. ludo. inſtitutor 58 (58
perſei profectio in Aegyp. ibidem
perſeus Aſſyrius 167
perſeus Danaes & Iouis filius 193 205
petra tribus 154
petræ Trechiniæ locus 213
phalerus vrbs 148. 151
phalli 52
phanes Halicarnaſſeus genere 78
phanem vlciſcuntur Aegyp. 79
phanazatres Indorum dux 194
pharandates Theaſpis filius 257
pharenſes populus 30
pharmiches præfect.ſubmouetur 196
pharnaſpes Achæmenid. 98
phaſelis vrbs 76
phaſis 22 61 172
pheatria quid 292
phedima Otanis filia 90
phemius Smyrneus Homeri præceptor
pheneum vrbs 171 (266. 271
pherendates Sarangar.dux 194.195
pheretima Arceſilai regis mater 131
pheretimæ in Barcæos crudelitas 136
pheretimæ miſeranda mors ibidem
pheron rex cæcus 62
pheroni oraculum redditur ibidem
pheronis donaria ibidem
phiala in balneis Scytharum 109
phidippides Athenien. 176
philaon Gorgi filius 222
philagrus & Euphorbus prodit 175
philæus Aeacis filius 164
philippus Butacides Olympionic. 145
philitionis pyramides 67
phillis Pangeorum regio 199
philocyprus à Solo. verſibus celebratus
phirmus Athenien. 211 (158
phla inſula 134
phocais Homeri 269
phocæa regio 29. 33. 76
phocæa quõ capta & à Perſ.occupata 32
phocenſes 30
phocen.primi longis nauib.vſi ſunt 32
phocenſium murus ibidem
phocenſi.demigratio in Corſicam 33
phocenſium execratio ibid.
phocenſium cum Tyrrhenis & Carthaginienſibus nauale bellum ibi.
phocenſes prælio victi Corſica inſula ſecedunt. 33
phocenſibus Cadmea victoria obtigit ibidem
phocenſes in Rhegium demigrant ibi.
phocenſes capti lapidantur ibidem
phocenſium in Theſſalos eruptio 224
phocen.regio à Barb. vaſtatur ibidem
phocia oppidum 16
phœbi fanum vbi 168
phœnic.diſſenſionũ auctores cũ Græ. 1
phœnices Palæſtini 61.196
phœni.ad Afric.cognoſc.miſsi 113
phœnices literæ 147
phœnix Aegypt.ſacroſancta auis 56
phœnicis auis deſcriptio ibidem
phœnix fluuius 210 214
phraortes filius Diocis 21
phraor.patre defun.ſuccedit in reg. 21
phraort.bellum Perſis intulit 22
phraor.Perſ.in poteſtatẽ Medorũ redi- ibi.(git.ibi.
phraor.Aſiam ſibi ſubegit ibidem
phraortis interitus apud Aſſy. ibid.
phraorti Cyaxares in reg.ſuccedit. ibid.
phrataguna Darij regis vxor 217
phrunima Etearchi filia 130
phryges à Crœſo ſubacti 6
phryges populus vbi 14.95.146
phryges antiquiſsimi 42
phrygum in Xerx.exer.armat. 194
phryges Bryges dicti 194
phrynichi comœdia 162
phthiotis ora 11
phya mulier ex tribu Pæaniea ibidem
phya Piſiſtrato vxor ducitur 12
phylacais & Autonous Delphorum heroés,& eorum delubrum 225
pidorus vrbs vbi 200
pieria pix 136
pierum muri vbi 199
pieria oræ Bœotiæ 226
pigres Pæon 139
pindus mons vbi 201
pinus locus.270.pini natura quæ 165
pirus,aliàs Melas,fluuius 30
piromis Græcis quid 70
piſa vrbs vbi 44
piſcibus Aegyptus abſtinet 50
piſcium qui Aegypto ſacri 56
piſciũ genitura in ſtagnis apud Aeg. 59
piſces pabulum equorum vbi 140
piſcium mira copia ibidem
piſces Papraces & Tilones ibidem
piſcatorum ænigma 273
piſiſtratus Hippocratis filius, Atheni. tyrannus 11
piſiſtrati nobile commentum 11
piſiſtra.Athenarũ imperio potitur ibi.
piſiſtratus Athenis eijcitur ibidem
piſiſtrati vxor Phya 12
piſiſtratus illegitimè cũ vxore coit ibid.
piſiſtratus Marathonem occupat ibid.
piſiſtrati in Athenien.copiæ ibid.
piſiſtr.tertiò vrbe Athenis potitur ibi.
piſiſtratus Naxum inſulam ſubigit ib.
piſiſtratus Delum inſulam expiat ibid.
piſiſtratidæ Athenis pulſi 149
piſſyrus vrbs,& lacus in ea ſalſus & piſcoſus 199
piſtricis Crœſi effigies apud Delph. 10
pitana ciuitas Aeoliæ 30
pittaci Mitylenæi reſponſ.ad Crœſ. 5
pituitæ fluxus remedia 135
pix Pieria vbi 136
pixodoras Cindyenſis 159
Platæanorum lingua 11
platæa inſula Africæ 139. 133
platæa vrbs 131. Incenditur 227
platæenſium ingens clades 255
platæarum pugna 261
platanorum ingens lucus 159
platanus aurea atque vitis 188
plata.aureo monili à Xerx. donata 189
plinthinetes ſinus vbi 44
pluuia nulla apud Theræos per ſeptem annos 139
pluuia apud Aegyp. portentoſa 76
plynis portus vbi 133
Podion Doridis 224
pœnæ modus apud Perſas 28
pœni Aegyptijs ſe dedunt 131
pœnorum variæ nationes 133
pœni Nomades.i.paſcuales 134.135
pœni ſaluberrimo corpore 135
pœnorum paſtoritiorum ſacrificia 135
pœni vbi 137 pœnorum in Xerxiano exercitu armatura 196
pogon Trœzeniorum portus 226
polichnitani populus 206
poli & gnomonis inuentio 62
polycratis prodigioſa fortuna 85
polycratis ſmaragdus ibid.
polycratis callidum commentum 88
polycratis cædis occaſio 100
polycratis filiæ ſomnium ibidem
polycrates cruci affixus 101
Polynices 129
polymneſtus Theræus 130
polyas Anticyrenſis genere 225
pollux & Caſtor Tyndaridæ 129
pons funeſtus à Seſoſtre 61
ponticum genus arboris 111
pontus Euxinus 114
ponti amplitudo 120
portentum ingens Hippocrati viſum 11
portentum Crœſo viſum 16
porata,al.Pyreton,Scythiæ fluuius 115
porinus lapis 148
poſideum vrbs vbi 95
potidæa, & eius ab Artabazo obſeſsio 200.239
potidæatarum à Barbaris defectio 239
Praſiadis paludis inhabitatores 140
præda Græcorum è Perſarum clade 258
præda Pauſaniæ ibidem
prælium circa Maſiſtij cadauer 247
præſidij populus vbi 209
præſepe Mardonij à Græcis diripiẽ 256
prexaſpes Perſa 83
prexaſpes ſe præcipitem dat è turri 92
prexaſpis oratio ad Perſas ibidem
prexaſpes Aſpathinis 194
priene vrbs Ioniæ 29
prienas Ardys expugnat 4
prienenſes populus 160
prienenſes à Mazare ſubiguntur 32
primogenit' ex lege ſuccedit i reg. 167

procles Epidauri tyrannus 87
procles capitur ibidem
prodigiorum maxima obſeruatio 57
prodigioſa cæcitas 178
prodigium 229
promenæa Dodonæorum ſacerdos 54
propontidis longitudo 120
proſopitis inſula & eius latitudo 51.74
proteus Pheroris ī regno ſucceſſor 62
protei fanum apud Memphim ibidem
proteſilai templum vbi 189
protemplaris Minerua 225

PROVERBIA.

Animus in auribus habitat 190
Cadmea victoria 33
Doloſi homines, doloſa & eorum veſtimenta 81
E tripode oraculum 134
Hunc calceū tu quidē conſuiſti, Ariſtagoras autem ſibi induit 160
In frigidum furnum panes ingerere 155
Iſthmum fodere 35
Longæ regum manus 242
Lemnia facinora 181
Molles viri ex mollibus regionib⁹ 265
Mulæ partus 106
Muliere ignauior 262
Non eſt illud curæ Hippoclidæ 180
Non ſtatim ab initio exitus omnis eſt manifeſtus 192
Ouem lupis relinquere 129
Scythiſſato 172
Syloſontis amiculum 104
Ver ex anno exaruiſſe 208
Prytaneum 175.213
Pſammitichus Aegypti rex 22 43 48 72
pſammis rex Aegyp. Pſammit. filius 73
pſammis mors 74
pſammenitus Cambyſis filius, rex 79
pſammenitus deponitur ibidem
pſammenitus epoto taurino ſanguine 80
pſylli populus vbi 133. (obijt
pſyllor. expeditio aduerſus auſtrū. 133
pſyttalea inſula vbi 231
Pteria locus Cappadociæ munitiſs. 15
pteria vrbs à Crœſo expugnatur diripiturque ibidem
ptoon 241
ptoi Apollinis fanum vbi ibidem
Pugna inſtructa reſtibus 195
punicus mons 44
punica humus 45
puluinar Dianæ 86
pute⁹ trifarias rerū ſpecies exhibēs 178
Pygres Belidonij filius 197
pylus 209. Pylæ 210. 214
pyramidum lapidicinæ vbi 44
pyramides Mœris regis Aegyp. 60
pyramis regis Cheopis 66
pyramis è quæſtu meretricio vbi 67
pyramis Chephrenis Aegy. regis ibi.
pyramides Philitionis vbi ibidem
pyramis Mycerini regis 68
pyramis Rhodopis mulieris pſtātis 68
pyramis regis Aſychi lateritia ibidem
pyrene vrbs vbi 49
pyreton fluuius Scythiæ 115
pyrgus oppidum 129
pythagoras monarchus 145
pythagoras Mneſarchi filius 122
pythagoras Mileti curator. 159
pythiæ 3000. pecorū à Crœſo immolata 9
pythiæ oraculū Lycurgo redditum 13
pythiæ orac. Lacedæm. redditum ibid.
pythiæ oraculū de oſsibus Oreſtis ibi.
pythiæ oraculum ad Crœſum 19
pythiæ orac. de Iſthmo Cnidijs datū 35
pythij qui 168
pythius Atys filius Lydus 188
pythij facultates ibidem
pythij Lydi filius diſſecatur 190
pythij Ichenoi præſtantia 211
pythermus Lacedæ. auxilium rogat 31
pythogenes in Inycū op. relegatur 163

RAſura Argiuorum 17
Regem vbi conſpici nefas 21
rex vbi maximus ſtatura deligit 81
rerum humanarum inconſtantia 2
rerum omnium inſpiciendus exitus 7
res diuinitùs futuræ ſignis declarantur
reſtibus inſtructa pugna 195. (261
Rhadanece genus olei & eius vis 178
rhamſinitus rex Aegypti 64
rhamſiniti regis ſimulacra ibidem
rhamſiniti filia proſtituitur 63
rhampſi. pecuniæ ditiſsimus ibid.
rhampſi. regis deſcenſus ad infernas ſedes 65
rhapſodi Homericorum carminum exploſi 149
rheginorum maxima cædes 209
rhenea 174
rhegium 33
rhetium vrbs vbi 191
rhœcus Phílei filius 89
rhodium mare vbi 35
rhodopis pyramis 68
rhodopis monumentum in templo Delphico ibidem
rhodus ciuitas vbi 76
rhodope mons 115
rhyſes populus vbi 30
Roſæ ſexagenum foliorum 242
Rubrum mare 40 44 78
ruinæ hominibus diſciplinæ ſunt 41

SAbacus rex Aethiopum 68 72
ſabaci regis iuſtitia 69
ſabaci viſum ibidem
ſabyllus Gelous 206
ſacæ populus 31.96.194
ſacarū in Xerx. exer. armatura 194
ſacarum dux Hyſtaſpes ibidem
ſacrum Panionium 29
ſacra Dorienſium 30
ſacra Triopij Apollinis ibidem
ſacra Cabyrorum à Perſis ſumpta 53
ſacerdotes Aegyptiorum raſi 50
ſadyattes ſucceſſor Ardys 4
ſadyatti Halyattes ſuccedit ibidem
ſadyattis imperium apud Lydos ibidem
ſagartij Perſarum genus 26.96
ſagitta ad Iouem excuſſa 157
ſai vrbs vbi 48.54
ſaitanorum regum ſepultura 75
ſaiticum oſtium Nili 46
ſal ſua ſponte creſcens 115
ſalis fons vbi 135
ſala vrbs Samothraciæ 193
ſalamis Athenien. profugium 228
ſalmanarij concubitus cum cadauere 58
ſalmydeſus vrbs 121
ſalſuræ offa reſilijt 264
ſamothraciæ populus Pelaſgi 53
ſamiorum Aeſchrionia tribus 82
ſami euerſionis cauſa à Dario 104
ſamus Syloſonti traditur 105
ſamiorum crater vbi 130
ſamium vbi 29
ſamij Zanclam occupant 163
ſamothraces muri 199
ſan litera apud Perſas nomina magnificentiæ terminantur 29
ſandanis Lydus 14
ſanacharibus rex Arabum Aegyptum inuadit 69
ſanacharibi ſtatua lapidea ibidem
ſana vrbs 188. 200
ſandoces Thaumaſij cruci affixus 213
ſapæi Thraciæ populus 199
ſapiētes nō eſſe prudētes, acerbū 246
ſappho poetria 68
ſarangæi populus 96 99
ſarangarū in Xerx. exer. armatura 194
ſardana mons vbi 267
ſardanapalus rex Nini 71
ſardanapali theſaurus ibidem
ſardium reges Heraclidæ 2
ſardium primus rex quis 2.17
ſardis à Cimmerijs capta 4
ſardis expugnatur 17
ſardius leo circumlatus vrbi ibidem
ſardium expugnatio in tertium annum dilata 19
ſardonium mare vbi 33
ſardinium linum 61
ſardis captæ & concrematæ 156
ſarga vrbs vbi 200
ſarpedon & Minos Europæ filij 34
ſaſpires populus 22. 96
ſataſpes Achęmenidis 114
ſataſpes cruci affixus ibidem
ſatræ Thraciæ populus 199
ſatrapiæ Perſarum 95
ſattagidæ populus 96
ſauromatū cū Amazon. cōmixtio 124
ſauromatæ ſolœcizantes 125
Scamandrus fluuius 149
ſcamandri aqua exercitui Xerxis defecit 191
ſceptrum Babyloniorum 39
ſcæus Hippocoontis filius 148
ſchœni quid 44
ſciathus inſula 210
ſcidros oppidum 162
ſciona vrbs in Pallena 200
ſcironis via 230
ſciradis Mineruæ templum 234
ſcholæ tectum in pueros corruens 163
ſcolopis vbi 260
ſcopaſis rex 125
ſcutum Athenien. 178
ſcutū Athen. quō oſtentatū Perſis 179
ſcyale oppidum 11

ſcylax Cariandis 114
ſcyles Aripithis filius & eius mors 119
ſcylacis ſupplicium 120
ſcythes Zancleorum rex iuſtiſs. 143
ſcyllias vrinator 163
ſcythæ pecuarij Nomades ſunt 221
ſcytharum Nomadarũ ſeditio 15.110
ſcythę trucidatũ coctũq; puerũ Cyaxari perinde atq; venationẽ offerũt 15
ſcytharum fuga ap Halyatten ibidem
ſcythæ in Aſiam tranſeunt 22.109
ſcythæ Cimmeri. ex Aethio. pellũt 22
ſcythæ Medicam occupant ibidem
ſcytharũ cum Medis apud Caucaſum congreſsio 22
ſcythæ fuſis Medis Aſia potiuntur ibi.
ſcythæ Vraniæ Veneris templum depeculantur ibidem
ſcythæ theliæ morbo obnoxij ob direptum Veneris fanum ibidem
ſcythæ quot annis Aſiæ imperium obtinuerint ibidem
ſcythæ à Medis inebriati occidunt ib.
ſcythiæ grues quò prouolẽt hyberna- 61
ſcythæ à Seſoſtre ſubacti (tũ 47
ſcytha, ſerui quare oculis orbent 108
ſcytharũ modus in emulgẽdo lacte ib.
ſcytharum origo ibidem
ſcythæ Auchatæ qui ibidem
ſcytha Herculis filius 109
ſcytharum regum origo ibidem
ſcythæ aratores, agriculat. 110.115.116
ſcytharum mores 114
ſcythiæ flumina 115
ſcythæ regij 116
ſcythicum gramen ibidem
ſcytharũ dij 116. & iuſiurandum 117
ſcytharũ mos in cædẽdis victimis 116
ſcythia lignorum inops ibidem
ſcytharum mos in hoſtes ibidem
ſcytharum mos ineundi fœderis 117
ſcytharum regum ſepultura 118
ſcytharum à Scyale defectio 119
ſcythę ſuorũ inſtitutorũ obſeruãt. 120
ſcythia vetus vbi 122.123
ſcythiæ duæ partes 123
ſcythis mulorũ ſpecies horrendæ 127
ſcytharũ munera ad Dariũ regẽ ibid.
ſcytharum intemperantia 172
ſcythicus exercitus Medicam regionẽ inuadit 187
ſcythæ Perſis Sacæ appellati 194
Sebennyticum oſtium Nili 46.72
ſelbonidos ſtagnum vbi 44
ſelymbria oppidum vbi 164
ſemiramis Babyloniorum regina 36
ſemirami. reginæ egrẽgia monum. 36
ſemen Indicum quale 97
ſenectæ maximus honos apud Aeg. 57
ſenes vbi mactentur 97
ſepia locus 171.211
ſepulcrum Halyattis apud Lydos 20
ſepulcri Halyattis deſcriptio ibidem
ſepulcra Babyloniorum 39
ſepulcra vitrea vbi 82
ſepulcrũ Helles filiæ Athamantis 193
ſerbonis lacus vbi 78
ſeriphij populus 226
ſermyla Græca vrbs 200
ſerpentum ſacrorum deſcriptio 56
ſerpẽtũ ſepultura in Iouis templo 56
ſerpentes alati vbi ibidem
ſerpentes alati thuriferas arbores obſeruantes 98
ſerpentum vis apud Neuros 123
ſerpentibus veſcentes vbi 135
ſerpens arcis Athenarum cuſtos 226
ſerui Scyth. cur oculis priuentur 108
ſeruorum bellum 172
ſerui boni interdũ hominib. malis 230
ſerriũ p̃mõt. vltimus zonæ orbis 193
ſeſoſtris rex Aegyp. 60.61
ſeſoſtris quas gentes ſubegerit 60.61
ſeſoſtris inſcriptiones & monumenta 61 62
ſeſtus vrbs vbi 128.189
ſeſtus à Græcis obſidetur 264
ſethon Aegyptirex, Vulcani ſacer. 69
Silicania nunc Sicilia dicta 109
ſicyoniorum tribuum nomina 149
ſicyoniorum mulcta 174 ſicyon 149
ſidon Græca vrbs 63.103
ſidonius Tetramneſtus Alleſi filius 197
ſigeus Troicus vbi 133
ſigeum vbi 149.155
ſigma literà apud Perſas magnificentiæ nomina terminantur 229
ſigynæ populus vbi 139
ſigynarum appellatio ibidem
ſileni Marſiæ pellis in vtrẽ format. 188
ſillicypria, kiki quid 59
ſilphium vbi 133.136
ſimiarum comeſtores 136
ſimiarum vbi maxima vis ibidem
ſimonides poeta Leoprepis filius 156
ſimulacrum mulieris ex argento 10
ſimulacra primùm ab Aegyp. dijs conſecrata 44
ſimulacrum Iouis arietina facie 51
ſimulacrum Panos 52
ſimulacra æſtatis & hyemis 64
ſimulacra Mineruæ lapidea 77
ſimulacrum Dariĳ lapideum 98
ſimulacra ex oleis 151
ſimultatis inter Phœnices & Græcos initium à 15.49.109
ſinope vrbs
ſinus maris Arabicæ regionis deſcr. 45
ſindus vrbs 200
ſiphnus inſula locupletiſsima 88
ſiphniorum ingens theſaurus 88.226
ſiromitres Oebaſi Paricanorũ dux. 194
ſiſamnes Hydarnis filius Ariorũ dux
ſiſyræ genus penularum 194. (ibid.
ſitalces Thracum rex 119. 202
ſiuph vrbs 75
Smaragdus Polycratis 85
ſmerdis Cambyſis frater 83
ſmerdis regno Perſarum potitur 90
ſmerdis auribus mutilatus 91
ſmerdones Otanis filius Xerxiani exercitus dux 95
ſmila oppidum vbi 200
ſminidrydes Sybarita 179
ſmyrnæ arma à Gygẽ illata 4
ſmyrna ab Halyatte capitur ibidem
ſmyrna à Colophone condita ibidem
ſmyrna Aeoliæ ciuitas & celeberrimũ emporium 30.266
Sobolis procreandæ p̃mia apud Per. 28
ſogdi populus 96
ſogdorum in Xerxiano exercitu armatura 194
ſol Maſſagetarum deus 41. 42
ſoli à Maſſagetis equi immolantur 42
ſol cauſa exundationis Nili fluuij 47
ſolis inſuetus ortus & occaſus 70
ſolis menſa vbi 81
ſolem execrantes 135
ſolis eclipſis Xerxe mouente exercitũ contra Græcos 190
ſol Græcorum deus ibidem
ſol pro mercede 241
ſol obſcuratus 245
ſolis ſacræ oues vbi 260
ſoli vrbis obſesio & expugnatio 157
ſolonis peregrinatio in Aegyp. 6
ſolon legiſlator Athenien. ibidem
ſolon à Crœſo humaniter except⁹. ib.
ſolon Crœſi diuitias nihili duxit 18
ſolonis lex Athenienſibus data 96
ſolois promontorium vbi 49
ſolymi olim Milyæ dicti 34
ſomnium filiæ Polycratis 100
ſophanes Eutychidis Decelenſis 257
ſophanis ancora 257
ſophiſtarum totius Græciæ peregri. 6
ſoſiclis oratio 153
ſoſtrates 130
Spaca Medis canis appellatur 23
ſpammius mons vbi 60
ſpargapiſes Tomyris filius à Cyro capitur 42
ſpargapiſes ſeipſum interimit ibidem
ſpargapithes Agathyrſorum rex 119
ſpartanorum tyranni Leontes & Hegeſicles 12
ſpartiatarum inſtituta à quo 13
ſpartiatarum rex Lebotus ibidem
ſpartiatarum reſpub. & leges bellicæ à Lycurgo ibidem
ſpartiatæ delubra Lycurgo ædifi. 18
ſpartiata. cum Argiuis de Thyrea agro contentio 17
ſpart. regum dignatio & iura 167
ſpart. ſenatus 168. & lex 150
ſpart. oraculum 217
ſpart. cædes apud Thermopylas ibid.
ſpart. epigrammata 218
ſparta vrbs in Lacedæmo. 219
ſpartanorum reges 240
ſpaſmi remedia 135
ſpathæ palmarum 194
ſpeculatores Græcorum 204
ſperthius Aneriſti filius 202
ſperchius amnis Anticyram præterlabitur 213
ſpini lacryma gummi eſt 59
ſponſa vbi communis proſtituatur 133
Squamoſi piſces Aegyp. ſacri 56
Stadium, paſſus, cubitus, pes, quid 71
ſtagirus Græca vrbs 199
ſtathmi regij quid 146

ſteſenor

Ctesenor Curij tyrannus 158
Ctesagoras Cimonis filius 175
Ctesagorę cædes 165
Ctentoris lacus vbi 193
Ctoracis vsus ad quæ vtilis 98
Ctruthij subterranei vbi 136
Ctratias Chius 129
Ctrattes Chiorum tyrannus 240
στρβίλος κώνος quid 270
Ctruchates populus vbi 21
Ctrymon fluuius 12. 140. 156. 199
Ctrymonij populus vbi 195
Ctryma Thasiorum vrbs 199
Ctygis aqua vbi 171
Ctymphalius lacus ibid.
Ctyrinenses populus 226
Sua quenq; inspicere debere 3
Suadelę numen 237
Subulci apud Aegyp. profani 52
Sus animal spurcum Aegyp. dictum ibi.
Sus hostia lunæ & Liberi patris ibi.
Suis sacrificandi modus ibid.
Sues apud Scythas 116
Sue abstinent Aegyptij 135
Successionis ius apud Spartiatas 182
Suniacum iugum vbi 122
Susa oppi. 37. 146. 147. 237
Sybaritæ populus 145
Sybaris vrbs capitur 145
& diripitur 162
Sybaritanum bellum 145
Sydonia vrbs à quibus condita 86
Syene vrbs Thebaidos 48
Syennesis Cilicum rex 156
Syloson Polycratis frater, filius Aeaci 85 104
Syloes promontorium 114
Syleus campus vbi 199
Symanum mare vbi 35
Syrgus fluuius 126
Syri Capadoces sunt 2. 15. 45 95. 14. 146
Syrorum prædia Cyrus deuastat 15
Syros Crœsus exterminat ibi.
Syria Aegypto contermina 63
Syria Palæstina 95 196
Syrorum in Xerxiano exercitu armatura 194 196
Syropœones in Asiam abducti 140
Tabella totius orbis 146
tabellionum Persarum cursus & modus 234
tabiti quid 116
tachompso insula vbi 48
talentum Babylonicum 95
tanais flu. 114. 115. 116. 125. 126
tanagræi populus 151. 147
tanagræa 252
tarentum vrbs 122
tarentinorum maxima cædes 209
targitaus & eius tres filij 108
tarichea 46
tarcessam Persæ occupant 32
tartessiorum rex Argathonius ibid.
tartessus emporium nobile 130
taurici montes vbi 108
taurica gens vbi 122 123
taurorum populorum mores 123
tauri Iphigeniam Agamemnonis filiam colunt 123
tauricha oppidum vbi 133
taxacis rex 125
Tearus fluuius, & eius medica vis 121
teari fontes partim cali. partim frig. 121
tegea Arcadum 176. 209
tegeates populus 12
tegeatib. à Lacedæ. bellum infertur 13
teiorũ demigratio in Thraciã odio Cyteij Abderã condunt 33 (ri. 38
teius oppidum à Græcis extructum 76
teos oppidum vbi 29. 34
telmisses coniectores 16
telys rex Sybaritarum 145
telus insula 206
telion cœna Persis quid 263
tellias vaticinus 224
tellus beatis. à Solone iudicatus 6
telli filij fideliter instituti ibidem
telli obitus splendidis. ibidem
tellus eadem, non fert omnia 7
tellus Scytharum deus 116
tellus Apia Scythis appellatur ibidem
temesius Clazom. Abderæ conditor 33
tempe locus vbi 210
tenus Aeoliæ ciuitas 30. 174
teneros vrbs vbi 191
tænarus locus 209
termilæ olim Milyæ appellati 34. 195
terræ diuisio 46
terra & aqua munera 126
terræmotus tanquam prodigium vbi 112
tethronium oppidum 225
Thales Milesius defectionẽ solaris luminis Ionibus prædixit 15
thaletis Milesij inuentum in traducendo fluuium Crœsi exercitum 15
thaletis Mil. consilium Ionib. datum 34
thaletis Mil, opinio de excremento Nili fluminis 143
thalamia quid sit 143
thaltybij ira in Lacedæmonios 202
thaltybij templum apud Spartia. ibidem
thalthybius Agamemnonis præco ibid.
thalthybiadarum honor apud Spar. ibi.
thalthybij ira in Lacedæ. pacata ibidem
thamnyra Inari Afri filius 80
thamanæ populus 96
thasus vrbs à quibus condita 51
thasus insu. à Thaso eius conditore 169
thasij populus subactus ibidem
theasides Spartiata 172
thebæ Bœotiæ vbi 17
thebæ Aegyptiacæ 36. 43
thebani Iouis fanum 36
thebæ olim Aegyptus appellata 46 195
thebanis arietes sacrosancti 51
thebarum Aegyptiarum mirum 79
thebanis oraculum redditum 151
thebanis stigmata regia inuruntur 218
thebanorum obsessio à Græcis 259
thelia morbus Scythas inuadit 22
themistocles Neoclis filius 204. 210
themistoclis corruptio 221 (273
themistoclis commentum 222. 231
themist. literæ ad Iones lapi. incisæ 223
themistoclis cum Aristide simultas 232
themist. vafrities, exactio, auaritia 237
themist. omniũ Græcorũ prudentiss. 238
themistyra vbi 120
theogonia Persarum in sacrificijs 20
theophaniæ festum 10
thera septem annos pluuiã nõ sensit 130
thera insula quondam Callista 129
therambus in Pallena vrbs 200
therapne locus 168
theras Antesionis filius, Cadmeus genere 129
thereorum coloniæ 130
therma vbi Thermæus sinus 200
thermodon fluuius vbi 61. 248. 252
thermopylarum mons 210. 216
theron Agragantino. monarchus 208
therſandrus Orchemenius 129
thesmophoria sacra 75
thespia vrbs vastatur 227
thespienses populus 152
thesproti populus vbi 155. 226
thessalus dux 145
thessaliæ descriptio 208
thessaliæ equæ omnium optimæ 213
thestorides literarum professor 268
thetidis raptus à Peleo 213
thetrippotrophus 164
thomanij populus 99
thonis præfectus Canobici ostij 62
thoraces picturati Amasis regis 86
thoricæ tribus 122
thoyes vbi nascantur 136
thraces à Crœso subacti 6
thraces à Sesostre subiguntur 61
thraces populus Asiæ 95
thracum vestimenta canabacea 118
thraces aduersus tonitrua sagittas excutiunt 121
thracia tellus 122
thraciæ gens eiusque mores 138. 139
thracum sepulturæ quales 139
thraciæ muri 164
thracũ in Xerx. exer. armatura 195
thraces Bithyni & Strymonij appellati 195. 211
thraces Iouis sacrum currum cum equis abegerunt 238
thracum sacrificia 264
thriasius campus 229. 244
thryæ oppidum vbi 129
thus vbi, & quomodo colligatur 98
thyiæ Cephisi filiæ fanum 211
thyrea ager vbi 17. & insula. 88. 171
thyssagetæ populus vbi 111. 126
thysus vrbs 188
Tiarantus fluuius Scythiæ 119
tibareorum in Xerx. exercitu armatura 195
tibesis fluuius 115
tigris flu. in rub. mare infunditur 37
tigris fluuius Opin præterlabitur. ibidem
tigris fluuius vbi 147
tigris ostium 162
tigranes Achęmenidis Medo. dux. 194
tigranis dictum 224
tigranes Persarum dux 260
tilones pisces 140
timmes Spargapithis filius 119
timo sacerdotissa Paria genere 180

timonax Tynagoræ filius 197
timon Androbuli filius 203
tirynthia regio 191
tiſamenus Græcorum aruſpex 250
titormus Aetolus, frater Malis 279
Tmolus fluuius & mons 17.20.156
tmolus fluuius auri rameta profert. 20
Tomyris Maſſagetarum regina à Cyro bello adoritur 41
tomyridis magnanimitas 42
tonitrua vbi nulla 112
tonitrua in Xerx. exerci. ingruunt 191
torona Græca urbs 188.200
Trachea gens vbi 122
tranus fluuius ubi 199
traſpies Scythiæ 108
tralybulus Mileſiorum tyran. & eius commentum 4.154
trauſi po. Thraciæ eiusq; mores 139
trechiniæ petræ vbi 213
trechis urbs 214
tria capita. Capita quercus 251
triopij Apollinis ſacrũ atq; certamẽ 30
triopium Cnidiorum regio 35.113
tritæenſes populus ubi 30
tritæchmas Artabazi filius 38
triballia planities 115
trieterica & Bacchanalia apud Gelo- (nos 123
tritonis fluuius 134
Tutelæ Mineruæ tẽplũ apud Chios 32
Tybareni populus 96
tychius coriarius. 267. ab Homero celebratus 271
tycta cœna quid 263
typhon Aegyptiorum rex 70
tyrannus Mermnadarum 3
tyrannis lubrica res 88
tyrannorum mores 93
tyrannidis incommoda 153
tyrannus tyranno operam præſtat. 242
tyreus Mapen, dux 197
tyrus quando extructa 51
tyriorum caſtra locus quidam 62
tyra flumen 109
tyres Scythæ fluuius 115.120
tyritæ Græci 115
tyrrh. Thuſcia, Tyrrheni Thuſci. 20.33
tyrrhenus Atys filius 20
tyrrhenorum ſedes vbi ibid.
tyrrhenam Perſæ occupant 32
tyrrhenorum bellicus apparatus aduerſus Phocenſes 33
tyrodiza Perinthiorum ora 188

VAccæ Iſidi ſacræ 50
vaccæ vbi non alantur 135
vaccinum non guſtantes ibid.
vaticini Scytharum 117
Veneris Vraniæ templum vbi 22
veneris Vraniæ templum à Scythis depeculatum ibidem
veneris fanum apud Cyprum ibidem
veneris templum apud Cytheros ibi.
venus Mylitta Aſſyrijs dicta 40.27
venus Arabibus Alitta 27
venus Perſis Metra ibidem
veneris templum apud Atarbechas 51
veneris hoſpitæ ædes 62
venus Scytharum dea 116
venus Artimpaſa ibidem
venti eteſiæ cauſa exundationis Nili 47
ventorum ara in Thyra 211
verticis raſura apud quos populos 134
veſtes laneæ vbi profanæ 57
veſta Scytharum dea 116
veſtigium Herculis vbi 120
veſtibulo Cereris adhærens manibus truncatur 174
Victimæ cedendæ ritus apud Scyth. 116
viperæ coitus partusque 98
vinum ex hordeo apud Babylon. 57
viri ærei vbi 72
viri agreſtes 136
viri pro mulieribus exornati 141
virginum auctio apud Babylo. 59
virgines vbi deuirginentur à rege 133
virginum anniuerſarius conflictus 134
vitæ humanæ breuitas & calam. 191
viuos defodere 199
Vocaliſsimus Aegyptius 128
Vrbana Minerua 152
vrbium Græciæ decrementa incrementaq; 2
vrbs vetus à Nicodro. occupatur 173
vrbes à Dario in Scythia conditæ 126
vraniæ Veneris fanum vetuſtiſs. 22
vraniæ Ve. templũ à Scyth. diripitur 22
vraniæ Veneris apud Perſas ſacrifi. 27
vrania Venus Alilat Arabib. dicta 79
vrina hirci ſpaſmi remedium 135
vrotalt Arabibus quid 79
Vtij populus 96. & eius in Xerxiano exercitu armatura 194
Vulcani ſacerdotes 43
vulcani maximũ templũ Memphis 60
vulcani veſtibula à quo ædifi. 60.72
vulcani coloſſus 76. & fax 234
vulcani templum & ſtatua 84
vulpium & vrſorum ſepultura 55
vulpamſaris Aegyptijs ſacer 56
Vxor Candaulis Gygi nuda viſa 3
vxorum mactatio ad mariti funus 139
vxores Athenien. raptæ 181

XAnthius campus 35
Xanthij populus ibid.
Xantippus Ariphronis filius 180.189
Xerxes Darij filius 36. (240
xerxes quid Græcis ſignificet 175
xerxes rex Perſarum declaratur 182
xerxes cur bellum Græcis intulerit 183
xerxis omnium prima aduerſus Aegyptum expeditio ibidem
xerxis oratio ad Perſas de bello Græcis inferendo ibidem
xerxis iuuenile ad Artaba. reſpon. 185
xerxis genealogia ibidem
xerxis oratio qua expeditionem in Græcos reuocat 186
xerxis ſomnia 186. 187
xerxis copiæ omnium maximæ 187
xerxes Helleſponto cõpedes injicit 189
xerxis crudelitas 190
xerxiani exercitus ordo ibidem
xerxiani exercitus tonitruis & fulgure ingruentibus multi exanimati 191
xerxes Mineruæ Iliadi mille boues immolat ibidem
xerxes viſo exercitu illacrymauit ibi.
xerxis ſpectaculum ibidem
xerxis & Artabani colloquium ibidem
xerxi duo hoſtiliſsima ibidem
xerxis oratio ad Perſas 192
xerxis dona in Helleſpontum ibidem
xerxis exer. in Europam traiectus 193
xerxi quæ oſtenta oblata ſint ibidem
xerxes exercitum ſuum luſtrat ibid.
xerxian. copiarum catalogus 193. 211
xerxis vxor Ameſtris nomine 193. 199
xerxiani exer. duces qui fuerint. 95. 197
xerxis feſtiuum ſtratagema 200. 205
xerxianis copijs Chidori aqua nõ ſufficit 201
xerxis magnanimitas 202
xerxis expeditio in Græciam ibidem
xerxis fiducia 205
xerxiana claſſis 211
xerxis formæ dignitas 212
xerxis naues CCCC. ſubmerſæ ibidem
xerxiano exercitui Onochonus fluuius defecit 213
xerxia. clades apud Thermopylas 223
xerxis ridiculum factum ibidem
xerxis liberi 235. & fuga 236
xerxis impietas 237
xerxis copias fames & peſtilentia exciunt 238
xerxis aureus currus ibidem
xerxis reditus in Aſiam ibidem
xerxis crudele factum ibidem
xerxes tempeſtate vexatur ibidem
xerxis amores 263
xenagoras Praxilæi Halicarnaſſ. ibidem
Xiſtus aureus Amphiarao donatus 16
Xuthus 196

ZAbeces Pœni 136
Zacynthus vbi 170
zacynthij populus 88.170
zancla nunc Meſſana dicta 208
zanclei populus 163. 206
zamolxis deus 128
Zegerines murũ genus apud Perſ. 136
zeuxidemus Leutychidis filius 170
Ziræ amiculi genus 194
Zoa à Batto condita 138
zona vrbs Samothraciæ 193
zopyrus ſe mutilat 106
zopyri ad Babylonios profugium ibi.
zopyrus Babylonici exercitus dux declaratur 107
zopyri præſtantia ibidem
zopyrus Megabizi filius ibidem
zopyri filia à Sataſpe vitiata 114
zoſter 236
Zygantes Pœni vbi ibidem
zygantes ſimiarum comeſtores. ibidem

Extrema coronis impoſita indici librorum Herodoti, multæ variæque hiſtoriæ refertiſs.

HERODOTI HALICAR-
NASSEI HISTORIAE PARENTIS, LIBER PRIMVS, QVI INSCRIBITVR CLIO,
ex Græco translatus, Laurentio Valla & Conrado Heresbachio interpretibus.

HERODOTI Halicarnassei historiæ explicatio hæc est, vt neq; ea, quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterentur ex æuo, neq; ingentia & admiranda opera, vel à Græcis edita, vel à Barbaris, gloria fraudẽtur, cùm alia, tum verè qua de re inter se belligerauerunt. Persarum eximij memorãt dissensionũ auctores extitisse Phœnices, qui à mari quod Rubrũ vocatur, in hoc nostrum proficiscentes, & hanc incolentes regionem, quam nunc quoq; incolunt, longinquis continuò nauigationibus incubuerunt: faciendisq; Aegyptiarum, & Assyriarum mercium vecturis, in alias plagas, præcipueq; Argos traiecerunt. Argos etenim ea tempestate omnibus ciuitatibus regionis, quæ nunc Græcia nominatur, antecellebat. Huc appulsos Phœnices mercimonia exposuisse, & quinto sextóue q̃ appulissent die, cunctis ferè diuenditis, fœminas ad mare venisse cùm alias multas, tum verò regis filiam, cui nomen esset idem, quod Græci tradunt Io, filiam Inachi. Dumq; hæ fœminæ puppi nauis assistentes ea mercarẽtur, quæ cuiusq; auiditas maximè ferebat, in eas Phœnices sese adhortatos impetum fecisse, & ipsarum plerisque aufugientibus, Io cum alijs aliquot raptam fuisse, eisq; in nauem impositis, Phœnices in Aegyptum vela fecisse. Hunc itaq; in modum Io in Aegyptum abijsse memorant Persę, non quemadmodum Greci: & hoc iniuriarum principium extitisse. Post hæc Græcorum quosdam, quorum nomina non tradunt, nec tenent: Tyrum apulsos, filiam regis rapuisse Europam. Fuerunt autẽ hi Cretes, illisq; par pari repẽsum. Verùm post ea Græcos secundæ iniuriæ auctores extitisse: longa vecti naue in oram Colchidis, & ad Phasim fluuium, cùm cętera transegissent, quorum gratia venerant, asportarũt illinc filiam regis Medeam. Ad quam reposcendum, pœnasq; de raptu pe tendas, cùm rex Colchorum caduceatorem misisset, Græcos respondisse, vt illi de rapta Io Argiua pœnas sibi non dedissent, ita ne se quidem illis daturos. Secunda dehinc ætate ferunt Alexandro Priami filio, cùm ista audisset, cupidinem incessisse vxoris sibi per rapinam è Græcia comparandæ: certum habenti, omninò se pœnas nõ pensurum, quas nec illi pependissent. Ita cùm is Helenam rapuisset, visum esse Græcis primùm missis illuc nuncijs & Helenam repetere, & pœnas de raptu petere. Illos verò tergiuersantes mẽtionem fecisse de raptu Medeæ: & qui nec pœnas dedissent, nec rapinam reposcentibus reddidissent, quomodo vellent ipsi sibi pœnas dari. Hactenus inter eos mutuis rapinis actum. Eorum autem quæ deinceps extiterunt, Grę cos præcipuè auctores extitisse, qui priores in Asiam, quàm ipsi in Europam, copias ducere incepissent. Se quidem sentire, iniuriorum virorum factum esse, rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciscendis operam dare: prudentium autẽ, pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ nisi voluissent, haud dubiè raptæ nõ fuissent. Eoq; suarum fœminarum ex Asia raptarum Persæ negant vllam se habuisse rationem. Græcos autem Lacedæmoniæ mulieris gratia, ingentem comparasse classem, deinde in Asiam profectos, imperium Priami euertisse. Atque ex eo tẽpore semper existimasse sibi hostes esse Græcos. Si quidem Asiam, & quæ illam incolunt, barbaras gentes putant Persæ sibi necessitudine coniunctas: Europam verò & Græcos à se esse disiunctos. Hunc in modum Persæ rem gestam esse memorant, & ob Ilij excidium sibi discordiæ cum Græcis extitisse principium comperiunt: cum quibus nõ

Phœnices.

Argos.

Io rapitur.

Bellorum Græcorũ initia.

Europæ raptus.

Medeæ raptus.

Hele. raptæ

His refragatur Isocrates.

Raptæ mulieres.

Simultatis inter Phœnices & Græcos initium.

Io ſuprata

conſentiunt de Io Phœnices, quam negant ſe in Ægyptum adduxiſſe raptu vſos, ſed eam apud Argos cum nauclero ipſorum nauis habuiſſe rem: & cùm ſe grauidam eſſe comperiſſet, verita parentes, ſic voluntariam cum Phœnicibus nauigaſſe ne detegeretur. Et hæc quidem Perſæ Phœnicesque referunt: Ego verò vtrum ſic geſta ſunt nec ne, non pluribus perſequar. Cæterùm quem ipſe noui primùm incepiſſe inferre Græcis iniuriam, hunc indicabo, longius oratione pergens, tam paruas vrbes ciuitatesque commemorando quàm magnas. Nam quæ olim magnæ erant, earum permultæ factæ ſunt paruæ: rurſus quæ mea memoria magnæ fuerunt, prius fuerant paruæ. Igitur cùm ſciam humanam felicitatem nequaquam in eodem tenore perſtare,

Rerum humanarum incõſtãtia

vtriuſque fortunæ mentionem habebo.

Croeſi genus altius repetitur.

CRœſus genere quidem fuit Lydus, patre autem Halyatte, earum verò nationũ tyrannus, quæ intra Halym amnem ſunt, qui à meridie Syros ac Paphlagones interfluens, contra ventum aquilonem in mare, quod vocant Euxinũ, euoluitur. Hìc Crœſus è barbaris duntaxat, quos cognitos habemus, primus Græcorum alios ad tributum pendendum adegit, alios ſibi amicos conciliauit. Subegit quidem Iones, Æoles, & qui ſunt in Aſia Dores. Amicos autem ſibi fecit Lacedæmonios, cùm ante eius imperium vniuerſi Græci liberi fuiſſent. Nam Cimmeriorum aduerſus Ioniam expeditio, vetuſtior illa quidem Crœſo extitit, non tamen vrbes expugnauit, ſed per incurſiones prædas abegit. Cæterùm, principatus cùm fuiſſet Heraclidarum, ad genus Crœſi, qui vocabantur Mermnadę, ſic peruenit: Candaules is, quem Græci Myrſilum nominant, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Siquidem Heraclidarum primus Sardi rex extitit Argon, nouiſſimus Candaules Myrſi filius, cùm ante Argonem qui in ea regione regnauerant, fuiſſent oriundi à Lydo Atys filio, à quo totus is populus cognominatus eſt Lydus, cùm Meon anteà vocaretur. Ab his ſuccedentes Heraclidæ imperium ex oraculo adepti ſunt, Iardana ancilla & Hercule geniti, idque per quingentos & quinq; annos, duas & viginti virorum ætates tenuerunt, filius patri deinceps ſuccedens vſq; ad Candaulem Myrſi. Hic igitur Candaules vxorem adamabat, eamque præ amore arbitrabatur omnium fœminarum eſſe pulcherrimam. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem Daſcyli filium ex ſatellitibus ſuis (erat enim is maximè acceptus, & quo miniſtro in rebus magis arduis vtebatur) ſpeciem vxoris ſupra modum extollebat. Ad quem non multo interiecto tempore (neceſſe nanque erat ei malè euenire) inquit his verbis: Gyges, neque enim videris mihi fidem habere referenti de coniugis ſpecie, q̃ magis incredulæ ſunt hominibus aures quàm oculi, fac illam conſpicias nudã. Hic autẽ vehementer exclamans: Quémnam, inquit, here ſermonem profers haudquaq̃ ſanum, qui me iubes inſpicere heram meã nudã? Mulier exuta tunica, & verecundiam pariter exuit. Olim iam hominibus ſunt honeſta excogitata, vnde diſcere debemus: ex quibus hoc vnum eſt: Quæ ſua ſint, quenq; inſpicere debere. Ego verò fidem tibi habeo, illam eſſe fœminarum oĩm ſpecioſiſſimã, teq; oro ne me ores illicita. Atque hæc dicendo Gyges repugnabat, pertimeſcẽs ne quid ſibi ex ea re mali contingeret. Cui viciſſim ille his verbis: Fidẽs, inquit, eſto Gyges, caue timeas aut me tanquam hoc te ſermone tentantem, aut vxorem meam, ne quid tibi ex ea detrimenti creetur. Principiò enim ſic ego machinabor, vt illa ne deprehendere quidem poſſit ſe abs te fuiſſe inſpectam. Te nãque ſecundum fores domus in qua cubamus, cùm apertæ fuerint, ſiſtam. Vbi ego fuero ingreſſus, aderit & vxor mea in cubiculũ: iuxta cuius introitum ſella poſita eſt, ſuper quam veſtes illa (vt quãque exuet) reponet, ſeſe per multum ocium ſpectandum præbens: quæ cùm à ſella cubitum perget, oſtendens inuicem terga, curæ tibi ſit illinc ne te per fores abeuntem conſpiciat. Gyges vbi effugere non potuit, fuit paratus: quem Candaules poſteaquam hora cubandi viſa eſt adeſſe, in cubiculum duxit, ſtatimque pòſt & vxor affuit, quam introeuntem, ac veſtimenta deponentem Gyges intuitus, vbi aduerſa fuit illa cubitum vadẽs,

Cræſus Græcorum primus, alios ad tributũ pẽdendum adegit.

Heraclidę. Mermnadæ.

Candaulis genus.

Heraclidæ Sardium reges.

Heraclidarũ genus.

Gyges.

Vxor Candaulis nuda.

Quæ ſua ſunt inſpicere.

Plato in 2. de rep. nõ ſic ſcribit Gygẽ Candaulis vxorẽ ſtupraſſe, cuius Cic. offi. 3. meminit, id fabulosum affirmans.

ipſe

ipse è loco prorepens foras abijt, & inter exeundum à muliere conspectus est. Hæc, vt didicit à viro quod actum esset, neq; præ pudore exclamauit, neq; visa est percepisse, habens in animo Candaulē vlcisci. Apud Lydos enim, & ferè apud cęteros quoq; barbaros, magno probro est etiam virum conspici nudum. Ita tunc nihil aperiēs mulier, silentium tenuit. Mox vbi dies illuxit, quos domesticorū maximè sibi fideles intelligebat esse cùm præparasset, Gygem accersit. Hic eam nihil suspicans scire eorum quæ acta erant, accersitus venit: quippe qui antèà solitus esset ad reginam concedere, quoties ab ea vocaretur. Vt venit, ad eum his verbis mulier inquit: Nunc duabus tibi præsentibus vijs Gyges, offero electionem in vtram malis diuertere: Aut enim me pariter ac regnum Lydorum vbi Candaulem interfeceris, aut tēipsum continuò occumbere sic oportet, ne in omnibus Candaulī obsequendo, posthac scias quæ te scire non decet: sed aut illum qui ista consuluit, interire opus est: aut te, qui nudā me es conspicatus, & illicita fecisti. Ad hæc verba Gyges parumper obstupefactus, mox obsecrare illam, ne se ad talem necessitatem adigeret alterutrum eligendi. Vbi non persuadet, sed vtique propositam sibi necessitatem cernit, aut interimēdi herum, aut per alios pereundi, elegit vt ipse superesset: atque ita percontans illam, inquit: Quādoquidem me adigis inuitum ad herum meum occidendum, agè audiam quō pacto illum adoriemur. Excipiens illa: Ecce eo, inquit, loco adoriendus erit, vnde ille me nudam ostendit. In sopitum impetus dabitur. Posteaquam insidias instruxerunt, & nox aduenit, Gyges nihil cunctatus est: quippe cui nulla deliberandi facultas esset, sed necesse aut perire, aut Candaulem perimere: mulierem in thalamum sequitur, quē illa dato pugione subter easdem fores occulit. Vnde postmodū iste procedens, quiescentem Candaulem obtruncat, vxoreq; eius & regno potitus est. Cuius rei meminit & Archilochus Parius, qui per idem tempus fuit, in iambō trimetro. Obtinuit autem regnum Gyges atque possedit ex Delphico oraculo. Nam cùm Lydi indigno animo ferrent Candaulis casum, atq; in armis essent, conuenit inter hos ac factionem Gygianam, vt si oraculum respondisset hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret: sin minus, principatum Heraclidis restitueret. Accepto pro se oraculo Gyges ita regnauit. Hoc tātùm Pythia locuta est, Heraclidarum vltionē in atnepotē Gygis esse venturam. Quod carmen neque Lydi neque ipsorum reges vllius momenti fecerunt prius, quàm exitu comprobatum est. Hunc in modum obtinuere tyrannidē Merminadæ, sublatis Heraclidis. Gyges tyrannide occupata Delphos donaria misit nō pauca, vbi quæ ex argento donata visuntur, eorum pleraq; istius sunt. Et præter argentū immensam vim auri dedicauit, posuitq; cum alia, tum verò (quod præcipua mentione dignum est) pateras aureas, numero sex, pondo triginta talentorum, quæ in Corinthiorum thesauro collocata sunt. Licèt is thesaurus (si vera loqui volumus) non Corinthi populi sit, sed Cypseli Eetionis filij. Ita Gyges barbarorum, quos ipsi nouimus, primus, munera apud Delphos posuit, secundum Midam Gordij filiū, Phrygiæ regem. Nam & Midas obtulit regiam sellam, in qua sedēs iura solitus dicere erat, rem spectaculo dignam. Quod tribunal eodem quo Gyges obtulit loco, vocitatūnà Delphis Gygadas, eius videlicet qui obtulit cognomine. Is postquam imperio potitus est, arma intulit Miletō & Smyrnæ, vrbemque Colophonem vi cepit. Nec aliud vllum præclarum facinus ab eo gestum est, cùm duodequadraginta annos regnauerit. Hunc nos, his duntaxat de eo commemoratis, missum faciamus, Ardyis eius filij facturi mentionem, qui post Gygem regnauit. Hic Prieneas expugnauit, Miletum oppugnauit: quo Sardium tyrannidem obtinente, Cimmerij à Scythis Nomadibus eiecti, è sedibus suis in Asiam transierunt, Sardisque præter arcem ceperunt. Ardys cùm vndequinquaginta regnasset annos, successit Sadyattes, regnauit annis duodecim. Sadyatti successit Halyattes, qui cum Cyaxare Deiocis pronepote bellauit & Medis. Cimmeriosq; exegit ex Asia, Smyrnam etiam à Colophone conditam cepit, & Clazomenas inuasit. Vnde non, quemadmodum optabat, discessit, vehē-

Nudū conspici probro est.

Vxor Candaulis, quibus modis tyrannum vlciscitur.

Candaulis interitus.

Archilochus Parius.

Gyges suffragāte oraculo, regno potitus.

Donaria à Gyge Delphis consecrata.

Cypselus. Eetion. Midæ sella Delphis occupata.

Ardys rex.

Sadyattes rex.

Halyattes rex.

Ad tibiarũ cantum in expeditionem proceditur.

mentes euentu frustratus. Alia quoq; opera, cùm in imperio fuit, dignissima memoratu edidit, quæ hæc sunt: Bellum gessit cum Milesijs, à patre traditum. Nam Miletũ aggressus obsedit in hunc modum. Dum fruges in regione erant adultæ, tunc exercitum immittebat, procedẽs in expeditionem ad cantum fistularum, fidiumq; ac tibiæ tam muliebris, quàm virilis. Cùm in agrum Milesium peruenerat, non ædificia quæ in agris erant, diruere, non incendere, nõ fores effringere, sed incolumes esse passim sinere: arboribus modò, fructibusque regionis peruastatis, rursus se recipiebat. Nam Milesij mare obtinebant, vt opus non esset hosti illic considere. Aedificia autem idcirco Lydus non excidebat, vt & Milesij habentes vnde procederent, humũ sererẽt, colerentq;. Et cùm hoc illi fecissent, ipse cũ exercitu ingressus, haberet aliquid quod popularetur. Hæc faciens vndecim oppugnauit annis, per quos duo ingentia vulnera accepére Milesij: Vnum in Limineio (quod est ipsorum regionis) pugna cõmissa: alterum in campo Mæandri. Horum vndecim annorum sex adhuc apud Lydos regnabat Sadyattes Ardyis filius, qui cum exercitu terram Milesiam tunc inuaserat, & idem bellum conflauerat. Quinque reliquis eius filius Halyattes, bellum quod à patre receperat (vt à me superius commemoratum est) intentius administrauit: in quo bello Milesios nulli ex Ionijs subleuauerunt præter Chios, qui soli fuêre auxilio reddentes vicem, quòd anteà Milesij Chijs bello, quod cum Erythræis gerebant, auxilia tulissent. Duodecimo autẽ anno incensis ab exercitu segetibus, hoc rei fieri cõtigit: Segetes vt erant incensæ, valido vigente vento, celerrimè peruaserunt Mineruæ templum cognomine Assesia, quo incendio templum deflagrauit. Neq; vllius momenti ea res protinus habita est: sed cùm post exercitus reditũ Sardis Halyattes decubuisset, & diutius ægrotaret, Delphos misit ad deum de sua valetudine sciscitatum, siue alieno, siue suopte consilio ad mittendum inductus. Nuncijs, cùm Delphos peruenissent, se reddituram responsum Pythia negat priùs, quàm templum Mineruę reparârint, quod in terra Milesiorum apud Assesum concremassent. Ita actum esse, ego apud Delphos accepi. Milesij his illa addunt: Periandrum Cypseli filium, cùm audisset oraculum Halyatti redditum, misisse nuncium ad Thrasybulum, tunc Milesiorũ tyrannum (cuius in primis erat familiaris) admonitum, vt aliquid prospiciendo sibi consuleret in præsens. Et Milesij quidem ita gestum memorant. Halyattes autẽ, vbi hæc ipsi nunciata sunt, confestim caduceatores Miletum mittit ad ineundas cũ Thrasibulo & Milesijs pactiones tantisper, dum templum ædificaretur. Dum caduceator Miletum venit, Thrasybulus (vt qui omnem sermonem planè perspexerat, noratque quidnam Halyattes facturus esset) huiusce modi rem machinatur: Quod frumẽti in vrbe erat vel suum ipsius, vel priuatorum, id omne in forum congerit: præcipitq; Milesijs, vt cùm ipse signum dedisset, cuncti potarent, & inter se comessationibus vterentur. Hæc Thrasybulus ea gratia fecit præcepitque, vt caduceator Sardius cernens ingentem frumenti aceruum effusum, & homines oblectationibus vacantes, renunciaret Halyatti, quod & contigit. Nam vt illa conspexit caduceator, Thrasybuloque Lydi mandata exposuit, reuersus est Sardis. Et vt ego audio, ob nihil aliud inter eos pacificatum est. Sperans enim Halyattes vehementem penuriam rei frumẽtariæ Milesios esse, & populum ad extremum vsque malorum deuenisse, reuerso illinc caduceatore, audiebat contraria atque ipse fuerat opinatus. Post hæc inter eos ita conuentũ est, vt mutuò hospites essent ac socij: proq; vno duo delubra apud Assesum ædificauit. Halyattes ipse ex morbo conualuit. Et quæ ad bellum quidem Halyattis cũ Milesijs atque Thrasybulo pertinent, ita habuére. Periander autem Cypseli filius fuit; is qui Thrasybulo indicauit oraculum, Corinthi tyrannus, cui maximum miraculũ fuisse oblatum populares sui prædicant, & his Lesbij assentiuntur. Arionẽ Methymnæum delphino insidentem ad Tænaron fuisse enectum, qui erat citharœdorum sui seculi nulli secundus: quique primus hominum quos nouimus, & fecit, & nominauit, & docuit Corinthi dithyrambum. Hunc Arionem ferunt, cùm permultum tem-

Referẽ ab A. Gel. in 1.

Milesiorũ duo acerba vulnera. Limenitũ. Mæandri campus.

Halyattes paternum bellum administrat.

Chiorum bellum.

Assesia Minerua.

Assesus. Periander. Cypselus. Thrasybulus.

Thrasybuli cõmẽtũ.

Halyattis cũ Milesijs fœdus.

Periandri genus.

poris

poris triuiſſet apud Periandrum, concupiſſe in Italiam Siciliamque nauigare: rurſus parta ingenti pecunia, voluiſſe Corinthum reuerti: & cùm profecturus è Tarento eſſet, quia nullis magis quàm Corinthijs fideret, nauigium virorum Corinthiorũ conduxiſſe. Cùm altum tenerent, illos Arioni inſidiatos, vt eo deturbato, pecunia potirentur. Hoc illum intelligentem, oblata eis pecunia, mortem tantùm fuiſſe deprecatum. Non perſuadenti nauitas iuſſiſſe, vt aut ſibi manus inferret, vt ſepulturam in terra nanciſceretur, aut ilicò in mare deſiliret: Arionem ad hanc difficultatem redactũ, obſecraſſe, vt quandoquidem ipſis ita placitum eſſet, cernerent ſe omni ſuo ornatu coopertum, ſtantemque ſuper foros, audirent cantantem: & cùm decantaſſet, ſibi ſe manus illaturum: atq; iſtos permittentes (inuaſerat enim libido eos audiẽdi præſtantiſſimum inter homines modulatorem) è puppe in mediam nauem conceſſiſſe. Illum induto ſibi omni ornatu, ac ſumpta cithara ſtantem ſuper foros, inchoaſſe carmen quod dicitur Orthium: eoq; decantato, ſeſe vt erat ornatus, in mare ieciſſe. Et hos quidem curſum tenuiſſe in Corinthum: illum verò aiunt à delphino exceptum, in Tænaron fuiſſe tranſuectum: Et cùm è delphino deſcendiſſet, Corinthum eodẽ habitu perrexiſſe: & vbi peruenit, negotium omne enarraſſe: & Periandrum (quia non crederet) tenuiſſe hominem in cuſtodia, ne quò prodiret: cæterùm curauiſſe vt nautas haberet. Eos accitos, vbi affuerunt, percontatum ſi quid de Arione memorarent: & referentibus illum ſoſpitem circa Italiam agere, fortunatumque Tarenti ſe reliquiſſe, Arionem apparuiſſe eodem quo deſilijſſet habitu: iſtos terrefactos, nihil amplius habuiſſe quod conuicti inficiarentur. Hæc Corinthij ac Lesbij aiunt. Extatq; in Tænaro ingens Arionis ex ære donarium, ſuper delphinum ſedẽs homo. Porrò Halyattes Lydus compoſito cum Mileſijs bello, poſteà cùm ſeptem & quinquaginta regnaſſet annos, vita exceſſit: qui ſecundus ex hac domo, cùm è morbo conualuiſſet, apud Delphos dedicauit grandem ex argento pateram: itemque alteram ex ferro paruulam, compactilem, ſpectatione dignam, inter omnia quæ ſunt Delphis donaria. Opus Glauci Chij, qui ſolus omnium compactionem ferri excogitauit. Defuncto Halyatti, ſucceſſit in regno Croeſus, annos natus quinque & triginta, qui primus Græcorum Epheſijs bellum intulit. Vnde Epheſij ab eo obſeſſi, vrbem Dianæ donauerunt, funẽ ex æde Dianæ ad murum alligato. Eſt autem inter veterem vrbem, quæ nunc obſidebatur & templum, ſeptem ſtadiorum interuallum. His primis Croeſus arma intulit, deinde carptim ſingulis Ionum Æolorumque, alias in alios cauſas prætendens, vt in quoſque maximas reperire poterat, in quoſdam etiam friuola cauſatus. Poſteà verò quàm Græcos in Aſia ſubegit ad tributum pendendum, tunc conſtituit ædificatis nauibus aggredi inſulanos. Ad quas compingendas cùm omnia in expedito eſſent, dicunt alij Biantem Prienæum, alij Pittacum Mitylenæum, cùm ſe Sardis contuliſſet, interrogatum à Croeſo, num quid apud Græciam noui eſſet: reſpondiſſe, quòd illum à compingenda claſſe inhibuit: inquit enim: Inſulani rex decẽ millia equorum coẽmerunt, habentes in animo aduerſus Sardis, atq; te, exire in expeditionem. Et Croeſum vera loqui ratum, dixiſſe: Vtinam dent dij hanc inſulanis mentẽ in filios Lydorum veniendi cum equis. Atq; hinc excipientem dixiſſe: Videris mihi rex cupidè optaſſe, vt inſulanos in continente adipiſcaris equitantes, haud abſurda ſpe. Verùm quid aliud inſulanos optare cenſes, quàm ſimul ac audierint conſtituiſſe te aduerſus ſe claſſem ædificare, vt vecti Lydos in mari intercipiant: teq; pro his Græcis, quos tu in continente tibi adieciſti? Hac ratione delectatum admodũ Croeſum, atq; inductum (eſt enim viſus ille perquàm ſcitè dixiſſe) vt ab ædificanda claſſe deſiſteret, atque ita cum Ionibus qui inſulas incolerent, hoſpitium cõtraxiſſe. Interiecto tempore ſubactis fermè omnibus, qui intra Halym colunt, præter Cilices ac Lycios, cæteros omnes Croeſus in ſuam poteſtatem redegit, qui hi ſunt: Lydi, Phryges, Myſi, Mariandini, Chalybes, Paphlagones, Thraces, Oetyniq;: & Bithyni, Cares, Iones, Dores, Aeoles, Pamphyli. His ſubactis, & potẽtia Lydorum per Croeſum aucta, con-

Arion Methymnæus dithyramborum auctor primus.

Orthium carmen.

Arionis donarium.

Halyattis regnum.

Glauci Chij inuentum.

Croeſi regnum.

Bias Prienæus.

Pittacus Mitylenæus.

Croeſi ab ædificanda claſſe reuocatio.

Sophistarum peregrinatio. tulerunt ſe Sardis opibus florentes, tũ cæteri oẽs è Græcia ſophiſtæ, qui ea tẽpeſtate erant, pro ſe quiſq; proficiſcentes, tum verò Solon vir Athenienſis: qui cùm leges iubentibus Athenienſibus tuliſſet, decẽ annos per cauſam contẽplandi nauigando peregrinatus eſt, vt ne quã legũ quas cõdiderat, abrogare cogeretur. Nã hoc Athenienſes ipſi facere nequibant, maximo iureiurando adacti ad eas per decem annos ſeruandas, quas ipſis Solon condidiſſet. Harum itaq; legum, ac contemplandi gratia Solon

Solonis peregrinatio peregrè profectus, in Ægyptũ ad Hamaſim ſe cõtulit, & Sardis ad Cræſum. Eò cùm perueniſſet, hoſpitaliter in regiam à Cræſo exceptus eſt: tertioq; aut quarto q̃ venerat die, iuſſu Cræſi miniſtri circunduxerunt hominem circa theſauros: oiaq;, quæ illic inerant magna atq; beata, oſtentarunt. Contemplatum eum cuncta, & vt ſibi opportunũ erat intuitum, talibus percontatus eſt Cræſus: Hoſpes Athenienſis, quia multus ad nos rumor de te emanauit ob tuã ſapientiã, tuãq; diſcurſationem, qui philoſophando permulta videndi gratia es peregrinatus: mihi nunc cupido inceſſit ſciſcitandi te, ecquem vidiſti oĩm beatiſſimum? Sperans videlicet ſe inter homines beatiſſimum eſſe, ita ſciſcitabatur. Solon nihil admodum aſſentatus, ſed vt res erat reſpõdens: Ego verò, inquit, rex vidi beatiſſimum Tellum Athenienſem. Quod dictũ admiratus Cræſus, inſtat interrogare: Qua de re Tellũ iudicas eſſe beatiſſimũ? Quod, inquit, Tello in rep. benè inſtituta filij erãt honeſti & boni, eorumq; ſingulis liberi, hiq; oẽs ſuperſtites: & cùm hoc vitæ, quãtũ in nobis ſitũ eſt, benè traduxiſſet, obitus ſplẽdidiſſimus obtigit. Siquidẽ prælio quod Atheniẽſes cum finitimis geſsére apud Eleuſinã, hic cũ auxilio veniſſet, hoſtẽq; in fugã vertiſſet, pulcherrimã oppetijt mortẽ. Quem Athenienſes quo loco occubuerat, in eo loco publicè humauerũt, magnificeq; honorarunt. Multa de Tello ac beata Solone referente, excitatus Cræſus, interrogat, Quẽnam ſecundum ab illo vidiſſet, putans haud dubiè ſecũdas ſe partes

Solonis reſponſum ad Cræ. Tellus beatiſsimus,

Cleobis & Bitõ beati. eſſe laturum: Cleobin, inquit ille, & Bitonem: quippe his & genus Argiuum erat, & victus ſuppeditabat: ad hæc corpori robur tantũ, vt & in certaminibus ambo pariter victores extiterint, & de his iſta memorentur. Cùm dies feſtus Iunonis apud Argiuos eſſet, oporteretq; omninò matrem horum ad templum ferri bobus iunctis, hiq; boues ex agro eis ad horam præſtò non eſſent: tunc iuuenes excluſi tempore, iugum ſubeuntes plauſtrum pertraxerunt quo mater vehebatur, & quinq; ac quadraginta per ſtadia trahentes, ad tẽplum peruenerunt. Quibus, cùm hæc feciſſent, & ab omni

Iunonis feſtum.

Satius homini mori quàm viuere. cœtu cõſpecti fuiſſent, optimus obtigit vitæ exitus, per quæ deus iudicauit, ſatius homini eſſe mori q̃ viuere. Nam cùm circunſtantes Argij laudibus tollerent, viri quidẽ conſilium filiorũ, fœminæ verò eorũ matrẽ, o tales filios haberet: mater gaudio perfuſa cùm liberorũ facto, tum fama, ante ſimulacrum ſtans precata eſt deam, vt Cleobi & Bitoni filijs ſuis daret id quod optimum eſſet homini contingere. Poſt hãc precationem, vbi ſacrificarunt epulatiq; ſunt, quieſcentes in ipſo delubro, non ſunt amplius excitati, ſed hoc vitæ exitu perfuncti. Quorum effigies, tanq̃ virorũ qui optimi extitiſſent, Argij factas, apud Delphos collocarunt. Et his quidem Solon ſecundas beatitudinis partes tribuebat. Cræſus aũt cõturbatus inquit: Hoſpes Athenienſis, adeóne tibi quaſi nulla cõtemnitur noſtra felicitas, vt ne priuatis quidem viris nos æquiparandos ducas? Cui ille: Me Cræſe gnarum, omne numen inuidum eſſe & turbulentũ de rebus humanis, interrogas. In diuturno enim tẽpore multa videtur quæ nemo velit videre: & tolerantur multa quę nolit quiſpiam tolerare. Proponamus enim homini terminũ vitæ ad ſeptuaginta annos, qui anni cõſtant ex viginti quinque millibus ac ducentis diebus, menſe intercalari non poſito. Quòd ſi velis reliquũ annorum ob hunc menſem prolixius fieri, vt horæ ad id quod deeſt, accedentes cõgruant, menſes quidem intercalares ſupra annos ſeptuaginta fient triginta quinq;, dies autem ex his menſibus mille quingenti. Horum dierum omnium, qui ſunt ad ſeptuaginta annos, numero viginti ſex millia, ducenti quinquaginta, nullus prorſus qualẽ alius rem affert. Ita igitur Cræſe omninò calamitoſus eſt homo. Verùm tu mihi videris

Nũmina ſuida eſſe.

Anni vitæ humanæ.

Menſis intercalaris.

Dies anni.

deris & diuitijs valde pollere,& permultorũ hoîm eſſe rex:ſed quod me interrogaſti nondum te appello,priùs q̃ benè vita defunctum te audiero.Neq; enim beatior eſt, qui magnis opibus præditus eſt,eo qui diurnum victum habet:niſi eidem omnibus bonis prædito,fortuna cõceſſerit,benè vita defungi.Etenim cõplures homines ſunt perq̃ locupletes,minimè tamẽ beati:cõplures itẽ mediocria habentes patrimonia, fortunati. Quorũ is qui diuitijs affluit,ſed nõ beatus eſt, duabus tãtummodo rebus anteeellit fortunatũ:at hic illũ pluribus.Ille ad cupiditates implendas,& ad magnos caſus ferendos potentior eſt:hic etſi illo inferior eſt in his duobus,quæ benè illi à fortuna denegantur,tamen excellit,q̃ illorum inexpertus eſt, q̃ proſpera fruitur valetudine,q̃ malorũ expers,q̃ bonorum liberorum parens, q̃ formoſus eſt. Qui ſi præter hęc diem quoq; ſuũ rectè obierit,is eſt(quẽ quęris)dignus qui vocetur beatus:priùs tamẽ q̃ ad obitũ peruenerit,nequaq̃ beatus appellandus,ſed fortunatus: quæ oĩa cõſequi q̃diu ſis homo,impoſſibile eſt.Sicut nec vna regio cuncta ſibijpſi ſuppeditat: ſed aliud habẽs,alio indiget:q̃ tamẽ habet plurima, ea eſt optima. Quemadmodum & hominis corpus vnum aliquod nõ eſt cõſummatum, quia aliud habet, alio vacat. Quiſquis autẽ horum plurima perpetuò habuerit,deinc placido aĩo è vita exceſſerit,hic apud me nomine hoc veluti rex donari meretur. Oĩs rei oportet inſpicere exitum,quò ſit euaſura:qm̃ multos deus,q̃bus fortunas ſuppeditauerat,radicitùs euertit. Hæc Solon neq; aſſentãdo Crœſo,neq; vllius eum momenti faciendo locutus,dimittitur.Saneq; eſt viſus eſſe indoctus,qui bonis præſentibus prętermiſſis, iuberet omnium rerum inſpicere exitum. Poſt abitum Solonis ingens deorum indignatio Crœſum excepit,id quod credibile eſt ei ideo accidiſſe, quòd ſeipſum omniũ hominum beatiſſimum arbitratus fuiſſet.Ei ſtatim quieſcenti ſomnium oblatum eſt,veritatem indicans malorum quæ circa filium erant euentura.Erant autem Crœſi liberi duo:quorum alter qui mutus,inutilis erat:alter inter ęquales omni iure longè primus,nomine Atys.Hunc Atym Crœſo ſignificat ſomnium,fore vt ferrea cuſpis traiectum interimeret.Experrectus & ſecum rem verſans,ſomnio territus, ducit filio vxorem,ſolito præeſſe copijs Lydorum:poſthac ad tale munus nunquam dimittit. Iacula & haſtas,omniaque huiuſcemodi,quibus homines in bello vtuntur, è porticibus amota in thalamos infert,ne quid ſuſpenſum in filium decideret. Cùm autem nuptias filij in manibus haberet,aduenit Sardis quidam calamitoſus, manibusq; nõ puris,natione Phryx,regio ex genere.Hunc,cùm ad ædes Crœſi veniſſet,ex rituque domeſtico,vt ſibi expiari liceret,oraſſet,Crœſus expiauit.Modus expiãdi propemodum is eſt apud Lydos,qui apud Græcos,Vbi legitima peregit,Crœſus percontatus eſt,vnde ille, quiſnam foret,inquiens:Homo,quis tu?& vnde è Phrygia profectus, domeſticus mihi factus es?& quem virum,aut quam fœminam interemiſti? Ad quẽ ille reſpondit:Gordij Mida prognati ſum filius,nomine Adraſtus: quia fratrem meum ipſius imprudens interemi, adſum eiectus à patre, & omnibus rebus exutus. Crœſus inuicem ad eum his verbis inquit:Ex viris nobis amicis oriundus es, & ad amicos veniſti:hîc in noſtris ædibus tu manens,nullius rei indigebis.Iſtam porrò calamitatem quàm leuiſſimè ferendo,plurimùm lucrifacies. Atque ille quidem apud Crœſum domicilium habuit. Verùm per hoc idem tempus apud Olympum Myſiæ, aper eximiæ magnitudinis extitit,qui ex hoc mõte progreſſus,Myſorum opera peruaſtabat:quemq; ſæpenumero Myſi aggreſſi,nihil admodum mali ei fecerant, ſed ab eo acceperant.Ad extremum miſſis ad Crœſum nuncijs,ita dixêre:Extitit rex,apud nos maxima res aper,qui agreſtia corrumpit operâ,quem ſtudioſiſſimè ſectantes,interimere tamen non valemus.Nunc itaque te obſecramus, vt nobiſcum filium tuum,ac delectos iuuenes,caneſque mittas,quò belluam à regione tollamus. Hæc illis precantibus,Crœſus ſomnia memoria repetens,ita reſpondit: Filij quidem mei, nolite amplius facere mentionem:neque enim eum vobis dimittam: nam eſt nouus maritus,& nuptiæ ſunt ei nunc curæ. Lydorum tamen delectos & venatores

Diuer. Beatus. Fortunatus. Exitus rerum inſpiciendus. Crœſi liberi. Crœſi ſomnium. Expiandi ritus. Adraſtus Phryx. Aper immenſus Myſiæ. ὀυὸς μέγα χθιμάδιος. Atys ad Crœſum.

omnes cum canibus vna mittam, mandaboq; euntibus, vt promptiſſimè vobiſcū bel luam de regione ſummoueant. Hæc Crœſus reſpondit. Cuius verbis cùm contenti non eſſent Myſij, interuenit Crœſi filius, auditisq; quæ Myſij pretarentur, & Crœſo negante cum illis miſsurum ſe filium, hæc inquit ad eum adoleſcēs: Pater, quæ nobis antehac aliquando honeſtiſſima ac magnificentiſſima erant, vel in bella, vel in venationes eundo ſpecimen ſui dare, horum vtroq; nunc excluſum me tenes, nulla in me animaduerſa neq; ignauia neq; ſocordia? quibuſnā me oculis conſpici oportet euntē in forum, atq; illinc redeuntē, qualis ciuibus, qualis vxori recens nuptæ videbor? cui illa viro videbitur nupta? Proinde me tu aut ſinas venatum irē, aut oratione perſuadeas, potiora iſta eſſe quæ facis. Cui reſpondens Crœſus: Fili, inquit, neq; quòd ignauiam, neque q̄ aliud quippiam iniucundū mihi animaduerterim in te, hæc facio: ſed viſum quod in ſomnis mihi oblatum eſt, dixit te breuis æui futurū, quippe ferrea periturum cuſpide. Cuius viſi gratia & has maturaui nuptias, nec ad hoc negotium dimitto, obſeruans ſi quo pacto queam te, dum viuo, à clade ſubtrahere. Filius enim vnicus es. Nanque alterum auditu captum, pro nullo mihi exiſtimo. Ad quem viciſſim adoleſcens: Pater, inquit, tibi equidem ignoſco agenti mei cuſtodiam, qui talem videris viſionem: verùm tu illam non probe percipis: quam, quoniam te latet, æquū eſt me tibi interpretari. Ais tibi ſomnium oſtēdiſſe, me ferrea periturum cuſpide. At verò quænam manus ſunt, quæue cuſpis ferrea, quam tu pertimeſcas? Nam ſi dentes dixiſſet, aut aliquo huius ſimili periturum me, deberes facere quæ facis: nunc autem dixit, cuſpide. Quare cùm non ſit nobis pugna cum viris, ire me ſinas. Et Crœſus: Euincis me, inquit, fili iſta loquens de ſomno intelligendo. Quapropter vt abs te victus, tibi indulgeo, veniamque do eundi ad venationem. Hæc locutus Crœſus, Adraſtum Phrygem accerſit, eiq; vbi adfuit, talia inquit: Ego te Adraſte calamitoſum (nō ingrato tibi hæc exprobro) expiaui, & receptum domi habeo, omnem ſuppeditans ſumptum. Nunc ergo de me, qui prior de te bene meritus ſum, debes intuicem bene mereri. Cuſtodem te opus eſt eſſe filij mei venatum proficiſcentis, ne qui inter viam occulti graſsatores in veſtram perniciem prodeant. Ad hęc, tua intereſt eò te vadere, vnde ſplendor ex operibus extitit, quod tibi paternū eſt, & p̄tereà quia robur adeſt. Cui Adraſtus: Ego, inquit, rex in iſtud certamen alioqui nō pergerē: quē tali calamitate affectum, nefas eſt ad æquales ſe conferre fortunatos: aut velle inter eos adeſſe, à qua re & frequenter meipſum continui. Nunc quoniā tibi hoc in aīo eſt, cui gratificari debeo, & gratiā referre pro beneficijs, iſtud exequi paratus ſum: filiumq; tuum, quē me cuſtodire iubes, expecta incolumē rediturū per cuſtodē. Poſteaq̄ his verbis Adraſtus Crœſo reſpondit, mox re apparata, viris delectis iuuenibusq; & canibus, diſceditur. Qui vbi ad montē Olympū peruenēre, belluā indagant, inuentam circūfuſi iaculis inceſsunt. Ibi hoſpes is, qui à cæde fuerat expiatus, & vocabatur Adraſtus, vibrato in aprum iaculo, nō in illū, ſed fruſtrato ictu in filium Crœſi incidit. Iſte cuſpide ictus, vocē ſomnij impleuit. Quod factū quidā ad Crœſo nūciandū cucurrit, perueniensq; Sardis, pugnā illi & filij necem indicauit. Crœſus morte quidem filij perturbatus, nonnihil tamen ægrius ferebat, q̄ is eum necauerat, quem expiaſſet à cæde. Et cùm pergrauiter cladē ſuā lamentaretur, Iouē expiatorē inuocare, teſtificans quæ ab hoſpite paſſus eſſet. Inuocare etiā hoſpitalem, & familiarem hunc eundem nominans deum. Hoſpitalem quidem vocans, quod in domū excepiſset hoſpitem, percuſſorē filij ſui ignarus ſe paſcere: Familiarem verò, quod quem pro illius cuſtode miſiſſet, eum cōpererit hoſtiliſsimum. Secundum hæc, Lydi affuerunt qui mortuum affe rebāt: poſt ipſum interfector ſequebatur. Stans autē hic ante cadauer, ſeſe Crœſo tra debat, manus protendens, iubensq; vt ſe ſuper cadauer mactaret, referendo tū priorem calamitatē ſuam, tum quoniā ſuum etiam expiatorem interemiſſet, ſibi viuendū amplius non eſſe. Hæc Crœſus audiens, etſi in tanto domeſtico luctu poſitus, tamē Adraſtum miſeratus eſt, ad eumq; inquit: Habeo abs te hoſpes omnē ſatisfactionē, quoniam

Crœſi reſponſum ad filium.

Adraſto cuſtodiēdus Atys datur

Atys mors

Iupiter expiator. Hoſpitalis Familiaris

quoniam teipſum morte condemnas. Neque verò tu huius mihi cladis auctor es, niſi quatenus id feciſti imprudens, ſed deorum quiſpiam, qui iam mihi ventura ſignificauit. Et Croeſus filium pro ſua dignitate ſepeliuit. Adraſtus autem Gordij filius, Midę nepos, is, qui tum fratris tum expiatoris interfector exiterat, vbi ſilentium fuit ad ſepulchrum, ignoſcentibus ei hominibus, ob quæ ipſe grauiſſimè afflictabatur, ſeſe ſuper buſtum transfodit. Croeſus filio orbatus, ingenti in luctu duos annos egit. Qué luctum poſteà finiuit, Aſtyagis Cyaxaris filij, dominatione à Cyro Cambyſis filio ſublata, & rebus Perſarum augeſcentibus: atque in ſolicitudinem venit, ſi qua ratione poſſet potentiam Perſicam priùs quàm magna efficeretur, occupare. Sub hanc ſtaim cogitationem tentare ſtatuit vaticinia, quæq; apud Græcos, quæque in Africa eſſent, alijs aliò dimiſſis, quibuſdam Delphos, quibuſdam Dodonam, nõnullis ad Amphiaraum ac Trophonium. Fuerunt qui ierunt ad Branchidas oræ Mileſiæ. Atq; hęc ſunt Græca, ad quæ conſulenda Croeſus miſit, oracula. In Africa verò ad Ammonẽ alios reſponſa petituros dimiſit. Omnes autem, exploratum oracula quid ſentirent: vt ſi conſentanea in vero deprehenderentur, ſecundo loco de ſuis tẽtarum mitteret, nunquid in Perſas expeditionem moliretur. Mittens itaque ad oracula tentanda Lydos, hæc dedit mandata, vt qua die proficiſcerentur ex Sardibus, ab ea reliquum tempus ſupputantes, quotidie oraculis vterentur, ſciſcitantes quídnam faceret Lydorũ rex Croeſus Halyattis filius. Et quod ſingula oracula reſpondiſſent, id omne conſcriptum ad ſe referrent. Quid cætera reſponderint oracula, à nemine commemoratur. At apud Delphos ſimul atque ingreſſi ſunt Lydi domum, conſulturi deum, & ſciſcitaturi quod ſibi eſſet iniunctum, Pythia hexametro tenore hæc inquit:

Adraſtus ſibi ipſi mortẽ conſciuit.

Croeſus quibus modis oracula tentarit.

Oracula Græcorũ.

Noui ego quis numerus ſabuli menſuraque ponti.
Mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos ſenſus nidor teſtudinis acris,
Quam ſimul agnina coquitur cum carne lebete,
Qui ſupereſt ſtratus, ſtratum cui deſuper eſt æs. Vel,
Noui ego arenarum numerum ſpatiumq; profundi. Vel,
Noui ego arenai numerum modios & aquai. Vel,
Æquoris eſt ſpatium, numerus mihi notus arenæ.

Delphici oraculi reſponſum.

His oraculis quæ Pythia reddidit conſcriptis, Lydi digreſſi Sardis rediére. Cumque alij quos circummiſerat Croeſus affuiſſent, tunc ſingula aperiens, quod ſcriptum eſſet, inſpexit: quorum quidem nullum probauit. Vbi autem illud Delphicum audiuit, protinus adorauit, atque admiſit, exiſtimans ſolam eſſe apud Delphos vaticinationem: quippe quæ compererat quod ipſe feciſſet. Etenim poſteà quàm ad petenda oracula nuncios dimiſerat, obſeruato ex omnibus diebus præcipuo, tale quiddam eſt machinatus, commentando ea, quę ad deprehẽdendum & ad diſerendum ardua forent. Teſtudinem pariter & agnum conciſos in aheno coxit, operculo aheneo impoſito. Atque ita è Delphis Croeſo reſponſum eſt. Ex Amphiarai vaticinio quídnam reſponſum ſit Lydis, cùm in ſacro illo ritè ſacrificaſſent, non queo dicere. Nam de eo nil fertur aliud, quàm quod & hoc Croeſus verax eſſe vaticinium exiſtimauit. Poſt hæc ingentibus hoſtijs deum, qui eſt apud Delphos, exorandum ſtatuit. Immolauit enim pecora, quæ fas eſt immolari, numero tria millia. Fulcra & aurea argenteaque, ad hoc phialas aureas, & amictus purpureos, ac tunicas ingenti pyra extructa concremauit, ſperans aliquantò magis his rebus propitiari deum. Iuſſis etiam Lydis omnibus, vt ſua ipſorum, quicquid tale haberet quiſque, immolaret. Quo ex ſacrificio, cùm immenſa vis auri defluxiſſet, ex ea dimidiatos lateres deformauit, longiores (vt inſcripſit) ſex palmorum, breuiores trium, craſſitudine palmari, numero centum decem & ſeptem: quorum quatuor erant auri excocti, ſinguli pondo duorum & dimidij talenti: cæteri verò albidi, pondo binũm talentorum. Fecit leonis quoque effigiem ex auro excocto decem talentorum pondo, qui leo dum templum Delphi-

Delphicũ oraculum verax Croeſus deprehendit.

Hoſtiarũ dedicatio à Croeſo cõſecrantur Pythio.

Leonis ex auro effigies.

cum

cum deflagrauit, à ſemilateribus decidit (ſuper illos enim erat collocatus) & nunc in Corinthiorum theſauro repoſitus eſt, pondo ſex talentorum atq; dimidij, eliquatis tribus talentis ac dimidio. Hæc Crœſus vbi perfecit, Delphos miſit. Cumq; eis hæc alia: duas grandi forma pateras, aureã argenteamq;: quarum aurea intrantibus templum ad dexteram poſita erant, argentea ad ſiniſtram. Quæ & ipſæ cùm templi incenſum eſt, amotæ fuerunt, aureaq; in Clazomeniorum theſauro poſita, pondo talentorum octo & dimidij, præterea minarum duodecim: argentea ad ſuggrundã anguli templi, ſexcentarum amphorarum capax: in quam miſcebatur vinum à Delphis Theophaniæ feſto. Opus, vt Delphi aiunt, Theodori Samij, vt & ego arbitror. Non enim mihi videtur opus temerè factum. Miſit præterea dolia argentea quatuor, quæ in Corinthiorum theſauro ſtant. Donauit item aquiminaria duo, aureum argenteumque. Quorum in aureo ſupraſcriptum eſt, donarium eſſe Lacedæmoniorum: nõ rectè ſupraſcriptum, quoniam & hoc Crœſi eſt. Sed quidam Delphorum gratificari Lacedæmonijs volens, inſcripſit: cuius nomen ego cognitũ habens, non tamen promam. Verùm puer, per cuius manus fluit aqua, Lacedæmoniorum eſt, ſed eorũ neutrum aquiminare. Alia quoq; cùm his permulta Crœſus dona miſit nõ inſignia. Itẽ fuſilia ex argento orbiculata: necnon mulieris ſimulacrum tricubitale, quod Delphi narrant eſſe effigiem piſtricis Crœſi. Super hoc donauit vxoris ſuæ monilia à collo pendentia, ac zonas, quæ Delphos Crœſus tranſmiſit. Amphiarao inſuper, cuius & virtutem audiſſet & cladem, donauit clypeum ex auro totum, totamq; ex auro ſolido cuſpidem, & xyſtum cum ſuis iaculis aureum: quæ ambo ad meam vſq; memoriã apud Thebas repoſita fuerunt in Iſmenij Apollinis tẽplo. Hæc dona Lydis, qui portaturi ad oracula erant, Crœſus iniunxit, vt interrogarent, nunquid aduerſus Perſas Crœſus ſumeret expeditionem, & num aliquorum hominum auxilia aſciſceret. Lydi vbi eò quò dimittebantur peruenerunt, donarijs oblatis oracula conſultarunt, inquientes: Crœſus Lydorum aliarumq; nationum rex, iſta in hominibus ſola eſſe vaticinia ſentiens, idcirco digna dona dat, vosq; percontatur, nunquid aduerſus Perſas proficiſci debeat in expeditionem, & num quem ſocialem aſciſcere exercitum. Atq; hi quidem hæc interrogauerunt. Oraculorum autem in idem concurrebant ſententiæ, prædicentes Crœſo, fore vt ſi arma Perſis inferret, magnum imperiũ euerteret. Conſulebant tamen, vt potentiſſimos quoſq; Græcorum ad cõparandos ſibi ſocios exquireret. His reſponſis relatis, atq; auditis, Crœſus ita elatus animo eſt, vt omninò conciperet ſpem ſe euerſurum eſſe imperium Cyri: ac rurſus mitteret Delphos ad Pythiam dona in ſingulos viros, quos illic multos eſſe audiebat, binos auri ſtateres. Ob quæ munera Delphi viciſſim Crœſo Lydiſq; donauerunt primas in conſulẽdo oraculo partes, primumq; in ſedendo locum atq; immunitatẽ, & ius perpetuũ cuiq; eorũ volenti aſcribi in numero Delphorũ. Donis Crœſus profecutus Delphos, tertio vaticinium popoſcit, quod videlicet illud verax ſibi eſſe comperiſſet. Popoſcit autem, nunquid diuturnum foret imperium ſibi. Cui Pythia in hæc verba reſpondit:

Regis apud Medos mulo iam ſede potito,
Tunc ad ſeruposum fugere Hermum ſtrenue Lyde,
Nec perſtare, nec ignauum te eſſe pudendum.

His ex verſibus, cùm allati eſſent, multò magis quàm ex cæteris voluptatem Crœſus accepit, ſperans fore vt nunq̃ apud Medos mulus pro viro regnaret: & proinde nec ipſe nec poſteri ſui principatu abrogarentur. Poſt hæc putauit ſibi curandum, vt potentiſſimos Græcorum ſibi conciliaret. Idque veſtigando, comperit Lacedæmonios atq; Athenienſes eos eſſe, quod alteri in Dorico genere, alteri in Ionico antecellerent. Nã de his ita anteà iudicabatur, cùm ab initio altera gens foret Pelaſgica, altera Hellenica, hoc eſt Græca: quarum hæc nunquam ſolum mutauit, illa aſſiduè multũque eſt peruagata. Etenim ſub Deucalione rege olim Phthiotidem incoluit, ſub Doro Hellenis filio tractũ, qui ad Oſſam & Olympum iacet, nomine Iſtiæotim, vnde à

Cadmæis

Patere duæ mira magnitudine ac precio.

Theophaniæ feſtũ.

Argentea dolia.

Aquiminaria aurea argẽteaq;.

Fuſilia orbiculata ex argento.

Mulieris ſimulacrum ex argento tricubitale

Amphiarai oraculum.

Crœſo reſponſum per oraculum.

Crœſi oraculũ aliud.

Dorũ demigratio.

Cadmæis eiecta, coluit in Pindo locum, quem vocant Macednum. Rursus in Dryopidem commigrauit, atque ita in Peloponnesum venit, Doricaq; cognominata est. Qua lingua Pelasgi sint vsi, affirmare non possum, sed coniectura signorum licet dicere eandem, qua nunc Pelasgi vtuntur, qui supra Tyrrhenos vrbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum qui nunc Dores vocantur, tunc incolētes regionem quæ nunc Thessalia nominatur, & Placiam, & Scylacen, cùm Pelasgi habitarent ad Hellespontū, qui contermini Athenienſium erant: aliaq; omnia Pelasgica oppida nomen immutarunt. Quibus signis cōiectantes oportet dicere, Pelasgos barbara lingua fuisse vsos: & si tota gens Pelasgica talis erat, gentem Atticā vtpote Pelasgicā, cùm in Hellenes, id est Græcos transijt, linguam simul istorum perdidiciſſe. Ete nim neq; Crestoniatarum loquela cum vllo finitimorū populorum consentit, & Placianorū ne secū quidē ipsa. Per quod declarant, quā linguæ formā obtinebāt cùm in hæc loca transierunt, eandē se nunc retinere. At natio Hellenica, id est Græca, ex quo extitit, eādē lingua semper est vsa, vt mihi videt: q̄ cùm esset imbecillis, quod ex Pelasgica fuit abscisſa, & ab exiguo initio ꝓfecta, mox in multas gētes aucta est, tū aliarum, tū præcipuè barbararum frequentia se ad illam conferente. Quæ causa mihi videtur fuisse cur gens Pelasgica, quod Græca esset, nequaq̄ magnos profectus fecerit.

Atticorū lingua.
Crestoniatarum lingua.
Placianorum loquela.
Græci eadem semper linguā vsi.

Ex his igitur gentibus, Atticam Crœsus audiebat obtineri, oppressamq; esse à Pisistrato, Hippocratis filio. Hic enim ea tempestate tyrannus Athenis erat. Cuius patri, cùm priuatus spectaret olympia, ingens contigit portentum. Nam cùm hostiam immolasset, ahena (vt imposita erant) plena & carne & aqua, absq; igne efferbuerūt, ita vt aqua redundaret. Quod portentum conspicatus Chilon Lacedæmonius, qui fortè aderat, suasit ei primùm, ne vxorem fœcundam duceret domum: secundo loco, si vxorem haberet, eijceret: & si quidem ex illa filium sustuliſſet, abdicaret. Huius cōsilio non persuasus Hippocrates, hunc postea Pisistratum filium sustulit, qui in seditione littoralium, quibus præerat Megacles Alcmæonis filius, & campestrium, quibus præerat Lycurgus Aristolaidi filius, tertiam seditionem excitauit, tyrannidem affectans, contractisque seditiosis per causam tutandi montanos, huiuscemodi rem machinatur: seipsum ac par mularum cùm vulnerasset, agitauit illas in forum tanquam elapsus ex hostibus, quem rus proficiscentem illi prorsus interimere voluissent. Orare populum, vt aliquid custodiæ circa se habere permitteret, cùm prius specimen sui in expeditione declarauerit, qua contra Megareas præfuerat, capta Nisæa, alijsq; præclaris operibus editis. Populus Athenienſis ita deceptus, dedit ei quosdam è ciuibus delectos pro satellitibus, non qui hastas, sed claras ferrent, Pisistratum sectantes. Cū quibus ille impetu facto arcem occupauit, & inde Athenienſium imperio potitus est: nullas neque dignitates quæ erant perturbans, neque consuetudines transferēs, sed constitutis adhæreſcens, vrbem bene atque commodè exornauit. Eum tandem non multo pòst tempore milites Megaclis & Lycurgi, qui idem senserant, eiecerūt. Hunc in modum Pisistratus primùm Athenas, tyrannidemq; nondum valde stabilitam, amisit: cuius eiectores rursus inter se seditiones redintegrauerunt: qua seditione Megacles agitatus, Pisistratum misso caduceatore inuitat, nunquid velit filiam ea pere vxorem. Accipiente conditionem Pisistrato, initur consilium de illo restituendo, res (vt ego interpretor) longè stultissima. Quoniam inde à priscis temporibus responsum erat, Græcam gentem dexteriorem esse, quàm barbaram, & magis à stolida stultitia alienam: & si Athenienses inter Græcos feruntur sapientia principes, ex quibus fuerūt isti qui talia sunt machinati. Erat in tribu Pæaniea mulier, nomine Phya, tribus digitis minus statura quatuor cubitorum, alioqui formosa. Hanc mulierem omni armatura cùm instruxissent, in currumq; sustulissent, compositam in eum habitum, quo venustissima videnda esset, in vrbem agunt, præmissis præconibus emissarijs, qui cùm in vrbem venissent, hæc mandata exequerentur, vt dicerent: Athenienses, bona mente excipite Pisistratum, quē Minerua ipsa præcipuo inter homines ho-

Portētū vlsum Hippocrati.
Aheñā cltra ignem feruentia.
Megacles.
Lycurgus.
Pisistrati cōmentū.
Megacles & Lycurgus Pisistratum ejciunt.
Græcæ gētis laus.
Phya mulier.

nore

Pisistratus quibus artibus restituatur.

nore prosecuta, in suam reducit arcem. Et hi quidē passim vadentes talia prædicabāt; statimq; rumor emanauit in tribus, Mineruā reducere Pisistratum. Qui in vrbe erāt, credentes mulierem ipsam deam, fœminæ supplicauerunt, pariter & Pisistratum acceperūt. Hunc in modū, quem dicimus, recuperata tyrānide Pisistratus, ex pactione quam inierat cū Megacle, illius filiam duxit vxorem. Verùm cùm & filij essent ei adolescentes, & qui oriundi forent ex Alcmæone, dicerentur obnoxij esse crimini piaculari, nolens ex nouo coniugio liberos tollere, haud legitimè coibat cū vxore. Quā nē cùm illa primùm occultasset, posteà ad matrē retulit, enūciaret idnec ne. Mater virgo indicauit. Id iste iniquo aīo ferens, se à Pisistrato cōtumelia affici (vt erat iratus) militēs homini infensos reddidit. Quæ fieri Pisistratus cōtra se animaduertēs, regiōe prīus abscessit, & vbi Eretriā peruenit, vnà cum filijs deliberat. Et cùm sententia Hippiæ prævaluisset de tyrannide rursus recuperāda, aliquot ciuitates excitauerūt, quæ ipsis nonnihil beneuolæ erant. Et cùm aliæ cōplures pecuniæ multum contulerunt, tum verò Thebani plurimū. Post hæc non ita multo interiecto tempore, oīa ad reditū eis in expedito fuerunt. Nā & ex Peloponneso Argiui aderant mercede conducti, & Naxius quidā nomine Lygdamus, qui vltrò adueniens, plurimū studij exhibuit, allatis & pecunijs & copijs. Profecti ex Eretria, anno vndecimo vertente redierunt, & primùm in Attica Marathonem occupauerunt. Ad quos interea ibi castra habētes, cùm seditiosi ex vrbe se conferebant, tum alij ex tribubus cōfluebant, quibus erat tyrānis q̄ libertas iucundior, atq; ita cōgregabantur. Dum Pisistratus pecuniā cogit & Marathonem tenet, Athenienses qui intra vrbem degebant, rē nullius momenti fecerunt. Ac vbi acceperunt eum ex Marathone vrbem versus mouere, ita domum ad se defendendos obuiam tendunt. Et dum isti cum omnibus copijs infesti in illos, & illi circa Pisistratum è Marathone digressi contra vrbem irent, & in eundem locum conuenissent, perrexerunt ad Miñeruæ Pallenidis fanum, altrinsecusq; arma posuerunt. Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan, vir ariolus, Pisistratum cui assistebat adijt, atque hæc hexametro carmine vaticinatus est, inquiens:

Lygdamus Naxius.

Maratho-nem occupat Pisistratus.

Minerua Pallenidis templum.

Amphilyti vaticinij.

Est nummus proiectus, item sunt retia tenta,
Nocte meant thynni claro sub sidere lunæ.

Hoc ille oraculum diuino afflatus spiritu reddidit. Quod oraculum Pisistratus coniectans, & se accipere affirmans, in Atheniēses vrbe egressos copias ducit. At illi tunc ad prandium se conuerterant, & secundū prandium partim ad talos, partim ad somnum. In hos impetu dato hi qui cū Pisistrato erant, in fugam vertunt. Quibus fugientibus solertissimū consilium Pisistratus excogitauit, vt Athenienses nec amplius congregarentur, & dissiparentur. Pueros iussos conscendere equos præmittit, qui assequēdo fugientes mādata Pisistrati dicerent, iuberētq; eos bono animo esse, & ad sua quenq; abire. Ita audientibus dicto Atheniēsibus, Pisistratus tertio potitus Athenis, tyrannidē stabiliuit tū auxiliariorū copijs, tum pecuniarum prouentibus, partim indidem, partim à flumine Strymone comparatis. Filios quoq; eorū Atheniēsium qui perstiterāt, nec è vestigio fugam fecerant, pro obsidibus sumptos in Naxum transtulit. Hanc enim insulā bello subegerat, Lygdamoq; permiserat, cùm ante hæc etiā Delum insulam ex oraculis expiasset. Expiauit autem sic: Quatenus prospectus à tēplo ferebatur, eatenus ex omni loco mortuos effodit, & in alium eiusdē insulæ locū trāstulit. Igitur Pisistratus tyrannide potitus est Athenienſium, alijs in prælio cæsis, alijs vnà cum Alcmæoninis domo profugis. Hunc ita Athenienſibus imperantem eatem pestate Crœsus audiebat, Lacedæmonios quoq; magnis è cladibus ereptos, & iā Tegeatibus bello superiores esse. Quippe sub Leōte & Hegesicle in Sparta regnātibus, cùm cętera bella ꝓsperè gessissent, in Tegeati tū succubuerūt. Nā iā inde ante istos ferè ex oībus Græcis pessimè morati fuerāt, tā circa se q̄ circa hospites, nullo cōsuetudinis, conuersationisq; cōmercio, q̄ instituta in melius mutauēre, Lycurgo inter Spartiatas ꝓbato viro, Delphos ad oraculū ꝓfecto. Cui statim atriū ingresso Pythia hæc inquit:

Pisistratus quibus artibus restituatur.

Pisistratus haud legitimè cum vxore coibat.

Pisistratus rursus tyrānide destituitur.

Naxus insula.

Tegeates.

Ad

Ad mea veniſti præpinguia templa Lycurge,
Grate Ioui,& cunctis qui tecta tuentur olympi,
Ambigo vaticiner ſis vtrum vírne deúsne:
Sed multò magis eſſe deum te ſpero Lycurge.

Oraculũ Lycurgo redditum.

Nonnulli præter hæc aiunt Pythiã ei diſſeruiſſe inſtituta,quæ nunc à Spartiatis ſeruantur.Ipſi tamẽ Lacedęmonij volunt Lycurgum,cùm eſſet tutor & idẽ patruus Leoboti Spartiatarũ regis,è Creta hęc attuliſſe.Siquidem cùm primùm tutor factus eſt, oĩa iura immutauit:deditq; operã,ne quis ea præteriret.Deinde quæ ad bellum pertinerent,iuſiurandum,cõuentus,comeſsationes,ſuper hæc inſtituit tribunos plebis, ephoros,ac ſenatores.Ita illi ad rectum vitæ genus tranſlati ſunt à Lycurgo:quẽ vita defunctum,delubro ædificato egregiè colunt.Ex quo cùm bonitate ſoli, tum nõ exigua hoĩm copia diſcurrerunt ſtatim,ac benè rem geſſerunt.Nec amplius contenti otio frui,cùm ſe Arcadibus præſtantiores eſſe arbitrarentur,de omni illorum terra oracupanda oraculum Delphicum conſuluerunt.Quibus Pythia reſpondit:

Spartiarum inſtituta.

Vide Xenophon de repub. Ephori.

Me petis Arcadiam,multis petis,haud tibi tradam.
Multi apud Arcadiam veſcentes glande viri ſunt,
Qui te reijcient,tibi ego haud inuidero quicquam.
Saltandam Tegeam planta plaudente daturus,
Vtque queas campum metiri fune feracem.

Hæc reſpõſa vbi accepêre Lacedæmonij,à cæteris Arcadibus abſtinentes,bellum intulêre Tegeatibus,ferentes ſecum cõpedes,videlicet captioſo freti oraculo, tanq; eſſent ipſi reducturi Tegeatas in captiuitatem.Verùm cõgreſſi prælio ac fugati,quicunque eorum viui ſunt capti,eiſdem quas ipſi attulerunt cõpedibus indutis,cãpum Tegeatem metiti fune coluerunt.Compedes quibus vincti fuerant,ad noſtram vſq; memoriam incolumes fuêre circa templum Mineruæ Aleæ,apud Tegeã ſuſpenſæ. Atq; ſuperiore quidem bello Lacedæmonij aduerſus Tegeatas aſſiduè, ſemper malè pugnauerant:Crœſi tamen ætate,& Anaxandridæ Ariſtonisq; regum ſuorum, longè ſuperiores contra eoſdem extiterunt,hunc in modum tales effecti:Cùm ſemper in bello à Tegeatibus repellerentur,miſſis Delphos cõſultoribus,oraculum ſunt ſciſcitati, quémnam deorum placarent,vt Tegeatum victores exiſterent. His Pythia reſpondit,id fore ſi oſſa Oreſtis,filij Agamemnonis referrent.Cuius vrnam cùm nequirent inuenire,rurſus ad deum mittunt de loco ſciſcitatum,in quo ſitus Oreſtes eſſet.Hęc nuncijs interrogantibus ita Pythia inquit:

Oraculum captioſũ.

Cõpedes Lacedęm. Mineruæ Aleæ templum.

Ariſton.

Eſt pars Arcadiæ Tegeæ in regione patenti,
Hìc duo flant venti vi peruehemente coacti.
Forma hoſtis formæ,& plagæ ſuperaddita plaga.
Hîc Agamemnonides terra omniparente tenetur,
Quo tu ſublato Tegeæ ſuperabere victor.

Pythiæ reſponſum de oſsibus Oreſt.

Vbi hæc audierunt,nihilò tamen minus inuentione fruſtrabantur,etſi oĩa diſquirentes,donec Liches vnus Spartiatarũ,eorum qui benemeriti vocantur, comperit. Sunt autem benemeriti,ex ciuibus ſemper militia equeſtri perfunctis, quini quotannis,qui quo anno ex equitibus Spartiatis exeunt,ne torpeſcant,alij aliò mittunt. Ex his Liches cùm eſſet,rem apud Tegeã adinuenit,fortuna pariter atque ſolertia vſus. Nã cùm Tegeates à Lacedęmonijs hoc anno cõmercio mutuo adeundi eſſent,& iſte in ærariã officinã veniſſet,intuebatur ferrum dum ꝓcudebat. Quo in ſpectaculo admirabundum animaduertens faber ferrarius,intermiſſo opere,quantò magis Lacõ, inquit,hoſpes admirarere,ſi idem,quod ego,tu noſſes,qui tantopere admiraris ferrarium opificium? In hac enim corte puteum facere cùm vellem, incidi in ſepulcrum ſeptem cubitorum:& quia incredulus eram omninò fuiſſe maiores,q; nunc ſunt homines, aperui vidiq; mortuum, æquali atq; ſepulcrũ longitudine:quam vbi menſus ſum,iterum obrui.Hæc illo referente q̃ viderat,Liches conſiderans, cõiectauit hunc ex ora-

Benemeriti.

Spartiatæ qui dicuntur.

Liches oraculi coniectator.

Oreſtis ꝓceritas.

ex oraculo eſse Oreſtem, hac videlicet coniectura: Duos quidem quos cernebat excuſſoris folles, totidem comperit eſſe ventos. Incudem verò & malleum, formã formæ hoſtem: ferrum verò quod procuderetur, plagam ſuperinditam plagæ, hac ratione cõiectabat, ꝙ in plagã hoĩs ferrum inuentum eſt. Hæc itaque ſecum agitans, Spartam regreſſus, rem omnem Lacedæmonijs refert. Illi ex compoſito hoĩem ceũ crimi-

Quibus artibus Lacedæmonij Tegeatibꝰ facti ſuperiores.

nis conuictum, exilio damnant. Qui in Tegeam profectus, & calamitatem ſuam referens fabro conducit ab eo, nolenti vendere, cortem. Ibiq́ue aliquandiu habitans, vbi rem cognouit, effoſſo ſepulcro oſſa collegit, eaq́ue portans Spartam redijt. Ex eo tempore Lacedæmonij quoties cum Tegeatibus congreſſi ſunt, ſuperiores extitêre, adeò vt multum iam Peloponneſi eis paréret. Hæc itaque oĩa Crœſus audiens, miſit nuncios Spartam cum muneribus, ad rogandam belli ſocietatem, iuſſos dicere quæ oporteret. Ij poſtq̃ peruenerunt, nos aiunt, Crœſus miſit Lydorum aliarumq́ue gentium rex, ita inquiens: Lacedæmonij, qm̃ deus oraculum reddidit, vt Græcã mihi ſocietatem adſciſcerem, & vos inter Græcos antecellere audio, ſtatui vos mihi in ſocietatem ex oraculo prouocandos, ad ineundã mecum quã cupio amicitiã atque ſocietatem, citra dolum fraudemq́ue. Crœſus hæc per legatos nunciauit. Quorum aduẽtu Lacedæmonij qui & ipſi oraculum audierant, gauiſi fœdus cum eis hoſpitij ſocietatisq́ue inierunt. Etenim iam anteà intercedebant nonnulla Crœſi in Lacedæmonios beneficia. Nã cùm illi miſiſſent Sardis ad aurum coëmendum, quo vſuri erãt in id ſimulacrum, quod nunc poſitum eſt apud Laconicam in Thornace Apollinis, eo auro ſunt à Crœſo donati. Qua de re Lacedæmonij, quodq́ue ſe amicos ille delegiſſet, ſocietatem admiſerunt: & hoc denuncianti ſeſe paratos exhibuerunt. Quod vbi fecerunt, paterã aheneã labiorum tenus frequentibꝰ aĩalibus cælatã, triginta amphorarum capacem, dono afferebant, volentes Crœſum remunerari: ſed eam Sardis non pertulerunt, propter alterutrã harum (quæ feruntur) cauſarum: Lacedęmonij quidẽ aiunt hanc paterã cùm ferebaĩ Sardis, cùm Samum appulſi eſſent, à Samijs fuiſſe interceptam. Qui cognita re, nauibus iſtos longis aggreſſi fuêre. Ipſi verò Samij aiunt Lacedæmonios, qui pateram portabant, ſerò venientes, cùm audiſſent Crœſum captum eſſe cum Sardibus, illam in Samo vendidiſſe viris priuatis, qui eam Iunonis templo dedicauêre, & illos qui vendidiſſent, Spartam reuerſos, forſitan dixiſſe à Samijs ſibi fuiſse ereptam. De patera ita res ſe habet. Crœſus eluſus oraculo, aduerſus Cappadociam exercitus cõparabat, ſpe & Cyrum & potentiam Perſicam euertendi. Cui in hac apparanda expeditione occupato, Lydus q̃dam noĩe Sandanis, & antehac ꝓ circunſpecto habitus, & ob hanc quam dixit ſententiam plus noĩs apud Lydos cõſecutus, hunc in modum Crœſo conſuluit: Aduerſus tales viros expeditionem paras rex, qui coriacea ſubligacula, qui è corio reliquam veſtem ferunt, q̃ nõ q̃bus volunt cibis veſcuntur, ſed quos habent, vtpote regionem aſperam incolentes. Ad hæc potu nõ vini vtuntur, ſed aquæ: non ficos ad comedendum, nec aliud quicq̃ boni habentes: quibus cùm nihil ſit quod eripies, ſi viceris: ſin victus fueris, animaduerte quot bona amittes. Vbi guſtauerint illi noſtra bona, cicreũſiſtent nos, nec abigi poterũt. Equidem dijs habeo gratiam, qui non induxerunt in animũm Perſis, vt Lydos inuaderent. Hæc locutus, nõ tamen Crœſum perſuaſit. Etenim Perſis anteq̃ Lydos ſubigerunt, nihil erat neque lautum neque oppiparũ. Porrò Cappadoces à Græcis Syri nominantur, & erant hi Syri, anteq̃ Perſæ imperitarent, ditionis Medorum, tunc autem Cyro parebant. Siquidem imperium Medicum ac Lydum diſterminabat fluuius Halys, qui ex Armeno monte ꝓfluens, primùm Cilicas, dehinc Matienos, q̃ ſunt ad dexteram, & Phrygas, qui ſunt ad lęuam: tum boream verſus tendens, Syros, Cappadoces, Paphlagonesq́ue interfluit: Cappadoces à dextra, Paphlagonesq́ue à ſiniſtra perſtringens. Ita flumen Halys, cuncta ferè ſuperiora Aſiæ à mari, quod Cypro obnoxium eſt, ad Euxinum vſque Pontum dirimit, dorſum oĩs regionis loñgitudine quinque dierum itineris viri expediti. Aduerſus Cappadociã Crœſus cũm exercitu

Pateræ aheneæ mira capacitas.

Sandanis Lydus.

Perſarum victus habitusq́ue priſcus.

Halys.

profi-

proficiſcebatur, cupidus cùm hanc partem ſoli fœcundi ſuo adijciendi, tum vel magis fiducia oraculorum Cyrum vlciſcendi, ꝓpter Aſtyagẽ Cyaxaris filium, Medorum regem, affinem ſuum, quem Cyrus Cambyſis filius prælio victum ceperat. Erat autẽ Crœſo Aſtyages hunc in modum affinis: Apud Scythas pecuarios cùm eſſet ſeditio, caterua quædam eorum ſeceſſit in terram Medicam, qua tẽpeſtate Medorum tyrannus erat Cyaxares, Phraortis filius, Deiocis nepos: qui Scythas hos tanq; ſupplices initio benignè alloquebatur, ac plurimi faciebat, adeò vt pueros eis traderet imbuendos, tum lingua Scythica, tum artificio arcus vtẽdi. Interiecto deinde tempore, cùm Scythæ venatum aſſiduè irent, & ſemper afferrent, nonnunq; tamen contingebat vt nihil caperent. Quos ita reuertentes manibus inanibus, Cyaxares (erat em̃, cùm ingenti tenebatur ira, peracerbus) probris inſectabatur. Id illi vt ſe indignum à Cyaxare pati non ferentes, conſilio habito decreuerunt, aliquem eorum puerorum quos docerent, trucidare: inſtructumq; (vt feras inſtruere conſueuerant) Cyaxari offerre, quaſi ferinam. Idq; cùm obtuliſſent, q̃ celerrimè ſe ad Halyattẽ Sadiattis filiũ Sardis conferre, quod & factum eſt. Nam & Cyaxares, & qui aderant conuiuę, ex his carnibus guſtauerunt, & Scythę ꝓpetrato hoc, Halyatti ſe ſupplices p̃buerunt: quos poſteà repoſcẽti Cyaxari, quod Halyattes reddere abnuerat, bellũ inter Lydos Medosq; quinquennale conflatum eſt. Quo in bello aliquoties Medi victores extiterũt, & nocturnũ quoddã p̃lium geſſerunt. Sexto anno ſignis collatis, cùm æquo marte certarent, ſtante acie contigit, vt repentè dies nox efficeretur. Quam immutationẽ huius diei futuram Thales Mileſius Ionibus p̃dixerat, hunc annum p̃finiens, quo immutatio facta eſt. Lydi ac Medi vbi diem nocteſcere viderunt, à pugnãdo deſtiterunt. eoq; propenſius ad pacem inter ſe conſtituendã feſtinarunt, auctoribus cõuentionis Syẽneſi Cilice, & Labyneto Babylonio, qui vt iuſiurandum intercederet, & reconciliatio affinitate fieret, properarunt, decernentes ab Halyatte Arienam filiã Aſtyagi Cyaxaris filio nuptum dandam, qm̃ ſine vehementi neceſſitate cõuentiones ſtabiles iniri non queunt. Ineunt aũt hæ gentes fœdera cùm cætera ritu Græcorũ, tum ferendo brachia quâ illa humeris connectuntur, ac mutuum ſanguinem delingendo. Hũc igit̃ Aſtyagem auum ſuum maternum, Cyrus bello victum tenebat, ob eam quam in ſequentibus indicabo cauſam. Quo noĩe Crœſus ei infenſus, num inferret Perſis bellum, ad oracula miſerat. Et cùm reſpõſum redijſſet haud ſyncerum, ſecum facere interpretans, in expeditionem profectus eſt aduerſus Perſarum partem. Atque vbi ad Halym flumẽ peruenit, tunc (vt ego quidem ſentio) pontibus qui nunc ſunt, copias trãſduxit: vt autem Græci dictitant, Thales Mileſius traductor extitit. Nam cùm incertus animi Crœſus foret, qua parte fluminis traijceret exercitum (nullos dum em̃ eorum fuiſſe ea tempeſtate pontes) fert Thales qui in his caſtris aderat, feciſſe, vt fluuius qui ad læuam exercitus fluebat, flueret etiam ad dexteram. Feciſſe autem hunc in modum: Foſſam peraltam, exorſus ſupra caſtra, ductam in ſpeciem lunæ depreſſit, q̃ caſtra, vt erant metata, à tergo amplecteret. In quam cùm traduxiſſet ex priſtino alueo fluuium, iterum eum vbi exercitus traiectus eſſet, in ſuum alueum refunderet. Itaq; cùm celerrimè fluuius deductus eſſet, vtrinq; vado meabilis effectus eſt. Quidã aiunt veterem omninò exaruiſſe alueum: cui rei equidem non accedo. Quo em̃ modo qui rurſum redierunt, illum tranſierunt? Crœſus exercitu traiecto venit in Cappadociæ locum, qui dicit̃ Pteria, oĩm eius regionis tutiſſimum, iuxta vrbem Sinopẽ, ferè ad pontum Euxinum ſitam. Hic ſtatiua habens, prædia Syrorum vaſtat, & vrbẽ Pteriorum expugnat, diripitq;. Cepit quoq; cunctas circà vrbes, Syros nihil cõmeritos exterminans. Hinc Cyrus coacto ſuo exercitu, ſumptisq; oĩbus qui in medio incolebant, obuiam pergit: miſſis tñ, anteq; exercitum educeret, caduceatoribus ad Ionas tentandos, vt ad ſe à Crœſo deficerent. Illis abnuentibus ꝓfectus caſtra contra Crœſum poſuit, ibidemq; in regione Pteria ꝓ ſe vterque alterũ laceſſere. Cõmiſſaq; acri pugna, & multis vtrinq; cadentibus, ad extremũ noctis interuẽtu dirimunt neu

Affinitatis quæ Crœſo cũ Aſtyage interceſſerat cauſa.

Lydorum Medorũq; bellum.

Dies repẽte nox facta.

Fœderis ineundi ritus.

Crœſus Halym traijcit. Thaletis inuẽtum.

Cyri & Crœſi pugna.

tri victores. Atq; hunc in modũ duo exercitus dimicauerunt. Crœſus à ſuo exercitu incuſatus, q̃ cum Cyri multò maioribus copijs cõflixiſſet, poſtero die cùm Cyrus ipſum ſuperſederet inuadere, regreſſus eſt Sardis, habens in aĩo euocare Ægyptios ex fœdere: quorũ cum rege Hamaſi antè, q̃ cum Lacedæmonijs, ſocietatẽ inierat: accerſere etiã Babylonios, cũ quibus & ipſe fœdus percuſſerat. Erat aũt Babyloniorũ tyrannus ea tẽpeſtate Labynetus. Denunciare itẽ Lacedæmonijs, vt ad certã diẽ p̃ſtò eſſent. Hisq́; & ſuis copijs coactis, vbi per hyemẽ quieuiſſet, initiò ſtatim veris tempore aduerſus Perſas. Hæc deſtinãs Crœſus, abit Sardis, dimiſitq́; caduceatores ad ſocios, edicens vti ad quintũ menſem Sardis cõuenirent. Exercitũ verò q̃ aderat ex militib⁹ cõductis, q̃ cum Perſis dimicaret, miſſum fecit, ac diſſipauit: minimè credẽs vnq̃ fore, vt Cyrus q̃ ſic æquo marte pugnaſſet, Sardis copias ꝓmoueret. Hæc Crœſo ratiocinante, oĩa ſuburbia colubris impleta ſunt. Quos vt exiſtebant, equi inter ambulandum cùm ad paſcua irent, comedebãt. Id Crœſo cernenti (vt erat) viſum eſt eſſe portentum, ideoq́; mittendum ad cõiectores Telmiſſes. Qui miſſi ſunt ad cõſulẽdos Telmiſſas, vbi accepẽre reſpõſum, didicereq́; q̃d ſibi vellet ſignificaretq́; portentum, nõ cõtigit vt Crœſo renunciarent. Nã priùs q̃ retrò Sardis reueherent, Crœſus eſt captus. Telmiſſes ita cognouerãt exercitũ externum Crœſo illuc affuturum: q̃ cùm afforet, indigenas ſubigeret, q̃ dicerent colubrum terræ filium eſſe: equum, hoſtẽ & aduenã. Hęc Telmiſſes Crœſo ſunt interpretati, ſed iã capto: nõdum tñ gnari eorum q̃ circa Sardis ac Crœſum erant. Cyrus certior factus, Crœſum q̃ ſtatim poſt p̃lium apud Pteriã geſtum abſceſſerat, cõſtituiſſe diſpergere copias, cõſilio habito cõperiebat operæp̃cium eſſe, q̃ maturrimè poſſet, ꝓmouere exercitũ Sardis, vt hoſtẽ priùs, q̃ ille contraheret iterum Lydorum copias, occuparet. Hoc vbi probauit, executus eſt: propereq́ue ducto in Lydiam exercitu, ipſe nuncius Crœſo aduenit. Vnde Crœſus in magnam ſolicitudinem adductus, quod p̃ter opinionem, præterq́; expectationem ſuam ſe res haberent, tñ Lydos in prælium ꝓducit. Lydorum gente in Aſia nulla fuit ea tempeſtate nec fortior, nec magis ſtrenua. Ex equisq́ue pugnabat equitandi ſanè perita, haſtas perlongas geſtans. Campus in quo concurſum eſt, ante vrbem Sardenſem iacet, magnus & editus, quem cùm alij amnes interfluunt, tum omnium maximus Hermus palude interruptus, qui è monte Hiro matris Dindymenę lapſus, infunditur mari iuxta Phociam oppidum. Hîc vbi vidit Lydos ad pugnãdum inſtructos Cyrus, eorum equitatum reformidans, conſtituit admonitu Harpagi viri Medi, ita faciendum: Coactis omnibus qui ipſius exercitum ſequebantur, camelis vel frumentum vel vaſa portantib⁹, ſarcinas detraxit, viros impoſuit equeſtri ſtola indutos, quibus ornatis præcepit, vt præirent cæteras copias aduerſus Crœſi equitatum, peditatus vt hos ſubſequeretur. Poſt hunc collocat omnem equitatum. Poſtquam omnes conſtituit, imperat eis ne cui cæterorum Lydorum parcerent: ſed quemcunque occiderent obſiſtentem, præter ipſum Crœſum, ne ſi captus q̃dem repugnaret. Hæc imperans, camelos contra equitatum inſtruit hac ratione, q̃ camelum equus reformidat adeò q̃dem, vt nec ſpeciem eius intueri, nec odorem ſentire ſuſtineat. Id ideo cõmentus eſt, vt equitatum Crœſi, quo ille ſe præualiturum confidebat, inutilẽ redderet. Simul atque in pugnam itum eſt, equi olfactis protinus conſpectisq́ue camelis, retrò ſe auertunt, vnde ſpes Crœſi interijt. Verùm non protinus Lydi ob id exterriti ſunt, ſed cognita re, ab equis deſiliunt, ac pedites cum Perſis confligunt. Multis tñ aliquandiu vtrinque cadentibus, tandem vertuntur in fugam. Muros ingreſſi, à Perſis obſidebant. Quam obſidionem in longius proceſſurã ratus Crœſus, alios nuncios è muris mittit ad ſocios. Nam qui anteà dimiſſi erant, hi conuentum Sardis ad quintum menſem indixerant. Ad hos dimittebat oratum, quàm celerrima auxilia mitti ſibi, vtique iam obſeſſo. Et cùm ad alios ſocios miſit, tum verò ad Lacedæmones. Per id tempus & ipſis Spartiatis inciderat cum Argiuis contentio, de agro qui dicitur Thyrea. Quem locum etſi terræ Argolicæ partem, tamen Lacedæmonij inter-

Xenophõ in memorato ſuperiùs conflictu Babyloniorum regem oppetijſſe tradit.

Equi vorant colubros, portentum.

Telmiſſes coniectores.

Crœſus captur.

Lydorum gens ſtrenua.

Harpag. Med. Artagerſas hîc à Xenoph. nõ autem Harpagus vocatur.

Cyri commentum.

Camelos reformidant equi.

Thyrea locus.

interciſum tenebant. Etẽ Argiuorũ eſt, quicquid regionis Malea tenus ad occaſum vergit in continente: & inſulæ tum aliæ, tũ verò Cythera. Cùm ergo Argiui ſuo territorio interciſo auxiliũ ferrent, ibi ab vtriſq; in colloquiũ ventũ eſt, vt treceni vtrinque dimicarent: & vtri ſuperiores extitiſſent, eorũ regio foret: atq; ambos exercitus in ſuam vterque terrã diſcederent, nec permanerent dum dimicaret, ea ſcilicet cauſa, ne ſi adeſſent, parti ſuccumbenti auxiliũ ſui ferrẽt. His cõuentis, in diuerſa digrediuntur. Ex vtriſq; delecti viri q relicti ſunt cõflixerunt: atque illis quidem vt æquo marte pugnantibus, ex ſexcentis tres omninò reliqui fuerunt: & id noctis interuẽtu, ex Argiuis duo Alcenor & Chromius, qui tanq; victores Argos curſu contenderunt: ex Lacedæmonijs vnus Othryades, qui ſpoliatis Argiuorum cadaueribus, eorum arma ad ſuorũ caſtra detulit, & ſe in ſuo ordine tenuit. Poſtero die vtrique re audita affuerunt, ſibiq; victoriã vendicabant: Argiui quidem, q ſuorum plures ſuperfuiſſent, dicentes: Lacedæmonij verò, q eorum qui ſupererant illi fugiſſent, ſuus perſtitiſſet, & hoſtium cæſos ſpoliaſſet. Ex cõtentione tandem concurrentes pugnant: ac poſtquã permulti vtrinque ceciderunt, Lacedæmonij vincunt. Quo ex tempore Argiui tõſis capitibus cùm anteà criniti eſſent, neceſſariò legem condiderunt, ſe deuouentes ne prius comam alerent, néue mulieres aurũ ferrent, q Thyreas recuperaſſent. His è diuerſo legem tulêre Lacedæmonij, in poſterum comati eſſent, cùm antehac non fuiſſent. Othryadẽ, qui vnus è trecentis delectus reliquus fuiſſet, aiunt pudore Spartam reuertendi ob ſocios interfectos, illic apud Thyreas mortem ſibi conſciuiſſe. Cùm hæc eſſet apud Spartiatas rerum conditio, aduenit caduceator pcatum Croeſo obſeſſo auxilia. Illi caduceatore audito, ſtatuerunt Croeſo ſtatim ſuccurrendum. Quibus iam ſe apparantibus, ac nauibus paratis, alius affertur nuncius, murum Lydorum expugnatum, Croeſumque viuum eſſe captum. Sic Lacedemonij magno ſe affectos detrimento rati, ſuperſederunt. Sardis autem hunc in modum ſunt expugnatæ. Quarto decimo q obſideri cœptæ ſunt die, Cyrus miſſis paſſim equitibus per ſuas copias edicit, ſe dona daturum ei, qui primus muros conſcendiſſet. Poſteaq; id conato exercitu res nõ proceſſit, ibi quieſcentib⁹ cæteris, Mardus quidã cui nomẽ erat Hyroeades, id aggredi eſt auſus, à parte arcis vbi nullus ad excubandum erat collocatus, quia illinc nequando vrbs caperẽ haud ſuſpectum erat, vtpote loco ꝓrupto atque inexpugnabili: quaque parte ſolum ne Leonẽ quidẽ Meles primus Sardius rex circũtulerat, ex pellice ſua genitum: q Leo quacunque parte murorũ circũlatus eſſet, ex ea parte Sardis inexpugnabiles fore Telmiſſes iudicauerant. Eum Meles per cæteram partẽ murorum circunduxit, quacunque poterat arx oppugnari, per hanc partem, tanq; inoppugnabilem atque præciſam, circunducere ꝓtermiſit, q ad Tmolum fluuium vergit. Ab hac igit̃ parte Hyroeades ipſe Mardus cõſpicatus quendã Lydum pridie deſcendiſſe ad recipiendam galeã illuc deuolutã, aduertit animũ atque cõſiderauit, dehinc ipſe conſcendit, & poſt eum alij Perſæ, ſubinde atque alij frequentes. Ita vrbs Sardis capta eſt, atque omnis direpta. Circa ipſum autẽ Croeſum hoc contigit. Erat ei filius, cuius ſuperius habui mentionem, habilis ad cætera, ſed mutus. In cuius vitium emendandum Croeſus pro viribus omnia fecerat, cùm alia excogitando, tũ vero Delphos mittendo ad oraculum ſciſcitandum. atque ei Pythia talibus reſpondit:

Lyde genus rex multorum valde inſcie Croeſe,
Ne cura gnati exoptatam audiſſe loquentis
Intra ædes vocem, ſine qua potior tibi longe,
Ille die quoniam primùm infelice loquetur.

Captis mœnibus quidam Perſes in Croeſum ſibi ignotũ vt occiſurus vadebat. Quẽ inuadentẽ ſe Croeſus cùm videret, tñ ꝓſenti clade affectus deuitare negligebat: nihil putans differre, an percuſſus oppeteret mortem, an non. Id vbi filius eius mutus aſpexit, timens patri, erupit in vocem, inquiens: Homo, ne perimas Croeſum. Atque hoc ille primũ effatus, poſtmodum per omne vitæ tempus vocalis extitit. Perſæ & Sardi-

Argiuorũ fines dictioque.

Lacedęmoniorũ Argiuorũq; pro agro Thyrea dimicatio.

Raſura Argiuorum.

Lacedęmonũ coma.

Sardis expugnanẽ.

Mardus Hyroeades.

Leo Sardis Meles Sardis Xenoph. paulò aliter refert.

Crœſi filius mutus erupit̃ vocẽ.

Crœsus capitur.

bus potiti sunt,& Crœso viuo,cùm regnasset annos 14.totidemque dies fuisset obsessus,amisso magno imperio,vt ei fuerat responsum.Eum captum Persæ ad Cyrum ꝓduxerunt,quem ille vinctum cõpedib⁹,super ingentem quam struxerat, lignorum struem imponit,circaq; eum bis septem Lydorum filios,siue habens in aĩo primitias has alicui deo offerre,siue volens votum ꝓsoluere,siue cupidus sciendi num quis dæmonum liberaret Crœsum,quem religiosum esse audierat,quò minus pyræ impositus viuus concremaret.Hæc qdem Cyrum feciſſe aiunt.Græso aũt super pyram stanti,etsi in tanta calamitate posito,tñ venisse in mentem Solonis, q ab eo sibi nutu dei fuisset dictum,ex viuentib⁹ beatum esse neminem. Quod dictum vbi subijt Crœso, ferunt eum ex vehementi defectione animi victum, ingemiscentem ter Solonem nominasse:& Cyrũ cùm audisset,iussisse interpretes eum ꝓcontari,quémnam inuocaret.Illosq; accedẽtes fuisse ꝓcontatos,& hunc interrogatum silentium egisse.Deinde cùm loqui cogeretur,dixisse:Illum nominaui,qui vt oẽs tyrãnos alloquereꝫ, ego q̃ ingentem pecuniam p̃optarem.Eum nõ planè loquentẽ, rursus interrogat,quodnam esset quod dixisset.Efflagitantib⁹ atq; instantibus interrogatione, inquit,quem admodum Solon q esset Athenien sis,ad ipsum à principio venisset, & intuitus oẽs eius opes coràm ꝓ nihilo duxisset.Adeò q̃ de ipso dixerat: ea oĩa eueniſſe, neq; hæc magis de seipso,q̃ de omni hoĩm gñe,& de his ꝑsertim,q sibijpsis beati viderent.Hęc Crœso referente,iam pyra incensa ardere extrema cœpisse, & Cyrum auditis ꝓ interpretem q̃ Crœsus dixisset, pœnituisse:cùm se quoque hoĩem esse cognosceret, q alium hoĩem, q se inferior non fuisset opibus,viuum rogo traderet. Prætereà veritũ ob id pœnam,ac reputantem,nihil esse rebus humanis stabile,iussisse ignem celerrimè extingui iam incensum,Crœsumque deponi,& q̃ circa eum erant. Verùm eos q ignem iam conabant extinguere , non eualuisse.Ibi Crœsum cognita ꝓ Lydos Cyri pœnitentia,cùm cerneret vnumquenque extinguendo deuoluendoque igni incumbentem,nihil tñ profici,exclamando inuocasse Apollinem,vt ipsi adesset, si quod ab eo donum illi gratum fuisset oblatum,ipsumque præsenti malo liberaret. Ita cum lachrymis Crœso deum inuocante,nimbos repente,cùm serenum ac tranquillum esset,confractos esse,imbresque erupisse,ac vehementissima aqua pluisse,& rogum extinxisse.Ita Cyrum cognito deorum cultorem ac bonum virum esse Crœsum,è pyra depositisse,atq; hunc in modum interrogasse: Crœse,quisnam tibi hoĩm ꝑsuasit, vt cum exercitu inuaderes terrã meã,ex amico sis factus hostis?Cui Crœsus: Ego,inquit,rex istud feci tuo ꝓspero,meo infausto fato,Græcorũ deo auctore,q me ad bellum tibi inferendum impulit.Neque em̃ quisquã ita amens est,vt bellum q̃ pacẽ p̃optet.Nam in pace filij patres,in bello patres filios sepeliunt.Sed vt ista fierent,dæmoni cordi fuit.Hęc Crœsus locutus est,quem Cyrus solutũ iuxta se collocauit,ac multa sanè obseruantia habebat:intuensq; eum admirabaꝫ tam ipse,q̃ oĩs circà cœtus. Ille cogitabundus silentium tenebat.Mox conuersus,ac cernens Persas Lydorum diripientes vrbem:Vtrum debeo,inquit,rex tibi loqui quod sentio, an tacere hoc tempore?Cyrus verò eum quæcunque libéret audacter proloqui iussit. Tunc ille Cyrũ percontatur:quidnam,inquit,tanta frequentia ꝓperat agere? Cui Cyrus:Tuam,inquit,vrbem diripere,tuasq; opes absumere.Atqui Crœsus excipit:Neq; vrbẽ meam diripis,neque meas opes.Nihil enim mihi iam cum istis reb⁹ est,sed tua ferunt,agũtque.His verbis iniecta cura,Cyrus Crœsum semotis arbitris interrogat,quidnam in his q̃ fierent,sibi cõstituendum censeret,Ad quem Crœsus: Qm̃ me dij seruum tibi tradiderunt,iure debeo,si quid amplius animaduertero,id tibi indicare.Persę,ait,natura proterua sunt,& ijdem inopes. Quos si diripientes tu ac potientes magnis opibus negligis,id tibi ex hoc credibile est euenturum, vt quisque istorum plurimis opibus potietur,ita maximè in te rebellaturũ esse,expectandum est.Nunc igitur, si tibi placent hæc quæ ego dico, ita facito : Siste ad singulas portas aliquot ex tuis satellitibus custodes,qui vetent exportari opes,vt earum decimæ Ioui necessariò reddantur.

Crœsus iã pyræ admotus,Solonis tandem memi nit.

Cyrus seipsum incipit cognoscere.

Crœsus Apollinis imbre è pyra liberat'

Crœsi verba apud Cyrum.

Persarum ingeniũ.

Crœsi de diripienda vrbe consilium.

dantur. Ita neque tu odium illorum contrahes, vi opes eripiendo: & ipsi agnoscētes se iusta agere, non inuiti facient. Hæc audiens Cyrus, maiorē in modum gauisus est tali admonitu, eaq; vehementer approbauit: & iussis satellitibus id exequi qd Crœsus ipsi subiecisset, his verbis eum affatus est: Crœse, quandoquidem & facta & dicta tua egregia viri regis sunt, pete quid muneris à me velis in p̄sentiarū tibi dari. Ad quē Crœsus: Here, inq̄t, sine me gratum esse erga deum Græcorum, quem ego maximè oīm veneratus sum, vt missis ad eum his vinculis p̄conter, nunquid ei fas sit benè de seipso merentes decipere. Et Cyro interroganti quidnam id esset quod incusaret, altius repetens oēm suum aperuit aīm, redditaq; sibi oracula, & p̄cipue donaria sua, quibus rebus fretus suscepisset aduersus Persas expeditionē. Hæc cōmemorando rediit rursus ad petendam veniam, id deo exprobrandi. Ad quem ridens Cyrus, & hoc inquit Crœse à me impetrabis, & quicquid aliud, atq; id quoties tibi opus erit. Vbi hęc audiuit Crœsus, Delphos misit quosdam Lydorum, iussos cùm ad limen templi vincula deposuissent, scisciari deum, nunquid eum puderet ob oracula, quibus induxisset ad bellum Persis inferendum, tanquam Cyri potētiam euersurum: vnde tales primitiæ offerrentur, compedes scilicet ostendendo: sciscitari cùm hæc, tum nunquid Græcis dijs foret fas esse ingratis. Lydis illuc profectis, & hæc mandata executis, Pythia fertur ita respondisse: Sortem fato destinatam defugere, deo quoque est impossibile. Crœsus quintæ retrò ætatis crimen luit, hoc est, abaui: qui cùm esset satelles Heraclidarum, mulieris dolo inductus, dominum interemit: illiusque dignitate potitus est, nihil ad ipsum pertinente. Verum Apollo cùm studuerit, vt hæc Sardium clades circa liberos Crœsi, non circa Crœsum contingeret, tamen transferre fata non potuit, sed quatenus illa permiserunt, annixus est, atq; ei gratiam retulit, vtpote dilata Sardium expugnatione tres annos. Et hoc Crœsus discat, trib⁹ annis, quàm fata destinarant, serius se fuisse captum. Secundo loco, quod ipsa ardenti opem tulit. Nam quod ad oraculum pertinet, haud rectè Crœsus incusat: quoniam Apollo p̄dixit, eū esse magnum imperium, si bellum Persis inferret, euersurum: de qua re ipsum cōsultare volentem, decuerat mittere sciscitatum, vtrum ipsius Apollo diceret imperium, an Cyri. Sed cùm nec considerauerit, nec interrogauerit, sibijpsi acceptum referat. Quòd autem vltimo responso ait Apollinem dixisse de mulo, ne hoc quidem discussit. Nam mulus hic, Cyrus erat: quippe qui duabus ex gentibus ortus est, generosiore matre quàm patre. Nam illa quidem Meda erat, Astyagis Medorum regis filia: hic autem Persis & Medis subiectus: & licèt omnium infimus, tamen dominam suam in matrimonium duxit. Hæc Lydis Pythia respōdit, quæ illi Sardis reuersi, Crœso nunciarunt. Quibus auditis Crœsus, suam ipsius agnouit culpam esse, non dei. De Crœsi imperio, & prima Ioniæ subactione ita res habent. Porrò Crœsi non hæc solùm quæ iam diximus, sed alia quoque permulta donaria in Græcia extant. Siquidem apud Thebas Bœoticas tripus aureus, quem illic Apollini nuncupauit Ismenio. Apud Ephesum quoque buculæ aureæ, atque columnæ pleræque. Quinetiā in protemplis apud Delphos clypeus visitur aureus & ingens, atque hæc etiamnum ad nostra vsque tempora supersunt, nonnulla tamen interciderunt. Ac verò quæ apud Branchidas Milesiorum à Crœso dedicata, pondere (quantum intelligo) æquali fuerant his, quæ in Delphis extant. Cæterùm ea quæ ad Delphos simul & Amphiarai misit templum, hæc sibi veluti peculiaria, paternarumque facultatum primitias diuis consecrauit. Quandoquidem cætera donaria è facultatibus erant aduersarij, qui Crœso, priusquam regno inauguraretur, repugnans, Pantaleontis partibus impensè studebat, hunc in regni potestatem prouehere conatus: Pantaleon enim & ipse Halyattis filius erat, Crœsi frater, at non germanus: matres enim habebant diuersas. Nam Crœsus matre fuit Caira Halyattis vxore, Pantaleon ex Iade fuit susceptus. Ac verò vbi tradito à patre imperio Crœsus potiretur, hominem illum qui antè sic pertinaciter sibi restitisset, occursantem fortè in fullonis officinam pertractum

Decimæ Ioui necessariò redduntur.

Sortē fato destinatā effugere impossibile.

Gygis crimen luit Crœsus.

Cyri genus.

Crœsi donaria.

Pantaleō.

Caira.

interemit. Bona autem eiusdē iā antè diuis destinata, dictis modis iam illuc suspēdit. Atq; de donarijs intantū dictum sit. Porrò Lydia quod scribaꝫ, nihil sānè mirandum habet, prout alię regiones, p̄ter auri ramenta è Tmolo prouenientis. Vnum tñ nobis exhibet multò maximum, p̄terq; tam Ægyptiorum, q̄ Babyloniorū opera in primis admirandum. Est Halyattis Crœsi parentis ibidem sepulcrum, cuius basis è grandioribus est lapidibus, reliqua sepulcri pars aggestio terræ. Quod sepulcrum constru xisse ferunt hoīes emptitij atque operarij, & vnà cum his adiuuantes ancillæ. Ad nostrā vsq; ætatem tumuli summitas quinq; terminis distinguit, quibus literæ insculptę indicant, q̄ quinque hīc laborauerint. Apparetq; ancillarū opus esse maximū. Lydorum em̄ filiæ oēs meretricant, atque hoc nimirū quæstu tantisper dotem colligunt, dum nubiles ipsas se elocent. Sepulcri huius ambitus stadiorum est sex, & duorum iugerum: latitudo iugerum tredecim. Confinis est eidem sepulcro lacus ingens, quem Lydi referunt esse perennem. Vocaꝫ autem Gygæus. atque hoc quidē sic habet: Lydi legibus propemodum vtunt Gręcorum similibus, nisi q̄ Lydi filias suas patiuntur prostitui. Hi primi eorum duntaxat quos nouimus, nummum aureum argenteumq; ad vtendum percusserunt, & primi caupones institoresque extiterunt. Aiunt & ipsi se ludos inuenisse, qui etiamnum apud Græcos cum illis cōmunes sunt, simul autem hæc inuenisse, & in Thyrreniam, hoc est, Thusciam colonos deduxisse, id quod hunc in modum accidisse referunt: Tempore Atydis, Manis regis filij, annonæ difficultas per vniuersam Lydiam valde grassabaꝫ, adeò vt Lydi qui tum miserè degebant, non cessantes remedia huic malo quærere, alius aliud excogitauit: inuentumque tunc ab ijsdem aleæ tesserarumque ludum, & pilæ cæterorumque ludorum oīm genera, prętereq; talorum. Horum em̄ inuentionem sibi nō vendicant Lydi. Porrò ad famem discutiendam, altera quidem dierum in totum lusibus occupabant, ne videlicet ciborū quærendorum solicitudine distorquerentur: altera verò à lusibus abstinentes, pascebantur. Atque hoc modo vixerunt annis duodeuiginti. Vbi autem malum istud magis atque magis ingrueret, factum est vt rex Lydos bifariam diuideret: & hos quidem in sedibus suis permitteret, illos verò aliquò ablegaret colonos. Ac verò his q̄ in sedibus suis p̄manerent, rex ipse pergeret imperare: illis autem q̄ deducendæ coloniæ destinati erant, filium suum p̄ficeret, cui nomen Tyrrheno. Hi è Lydia excedentes, primùm diuerterunt Smyrnam. Hic mox fabricatis nauigijs, nimirum quibꝰ ea, q̄ nauigationi accōmoda videbantur, imponerent: ad victum sedesque q̄rendas orā soluisse, donec varias nationes pertranseuntes, ad Vmbros peruenissent. Vbi ciuitatibꝰ constructis, hactenus habitauerunt. Atque pro Lydis, propter regij filij, q̄ eos deduxit, nomenclaturā, nomen quoque commutatum, nominatosque Tyrrhenos. Et Lydi q̄dem à Persis in seruitutem redacti. Hinc iam nobis exequetur oratio, cùm Cyrū qui Crœsi euertit imperium, quisnā fuerit, tum Persas q̄ Asiā subegerunt. Igit quēadmodū quidam memorant Persarum, non qui res Cyri illustrare, sed p̄put illa se habent, referre studēt: ita ego cōscribā, gnarus trifarias alias esse de Cyro narrādi vias. Assyrijs annis quingentis viginti superiorem Asiā obtinentibus, primi Medi ab ipsis deficere cœperunt: qui vbi cum Assyrijs fortè p̄ libertate contenderent, strenuos se viros declararunt, excussoq; seruitutis iugo, in libertatem sese asseruerunt. Post quos & aliæ nationes idem fecerunt, quod iā successerat Medis. Cæterùm vbi iā per cōtinentem in vniuersum proprijs vterenꝫ legibꝰ, hac demum occasione rursus tyrānidi sunt subiecti. Fuit apud Medos vir sapiens, cui nomen erat Deioces, filius Phraortis, qui cùm ad tyrānidem aspiraret, huiusmodi quędā excogitauit. Cùm Medi per vicos passim habitarent, is Deioces cùm ante apud suos probatus, tum magis studiosiusq; æquitatem affectitabat venditabatq;, q̄ videret apud Medos vniuersos magnā quandam licentiā, sat sciens q̄ æquitati iniquitas esset inuisa. Medi verò qui eundem habitabant vicum, intuentes hominis mores, iudicem ipsum cōtrouersiarum sibi cōstituunt. Hic vt qui principatum ambiret, rectum se æquumque exhibuit. Quæ cùm face-

ret, lau-

Halyattis tumulus.

Lydorū filiæ prostituunt oēs.

Gygæus lacꝰ perēnis.

Lydo. mores.

Nummi primum percusi.

Caupones primi.

Institores primi.

Ludorum primi inuentores.

Famis discutiendæ inuentū.

Tyrrhenꝰ.

Tyrrheni vnde appellati.

Assyriorū imperiū.

Cyri genus altius repetitur.

ret, laudem apud populares ſuos obtinuit haudquaquam exiguam, adeò vt hæc intelligentes qui apud cæteros pagos habitabant, nempe quòd Deioces ſolus eſſet q̃ incorruptè iudicaret, læti vndecunque affluerent, & quotquot priùs iniquis ſententijs fuerant ſuperati, ad Deiocem, & ipſi lites finiendas transferrent: poſtremò nulli alij hanc ꝓuinciã permitterent. Ac verò vbi numerus accurrentium creſceret, q̃ cognouiſſent ſentẽtias iuſtè terminari, Deiocesq́; animaduerteret vniuerſa in ſe vnum incumbere, neq; amplius illic cõſidere, vbi priùs ius dicere cõſueuerat, volebat: neq; omninò iudicare amplius. Siquidẽ nõ è re ſua eſſe, inq̃t, ſi totos dies reb⁹ ſuis domi neglectis, dirimẽdis litibus operam impenderet. Cùm igit̃ rapinæ ſceleraq́; paſſim ꝓ vicos multò etiã impunitius q̃ priùs patrarent̃, factum eſt, vt Medi habito cõcilio, inciperent de cõmuni rerum ſtatu tractare. Et quantum mihi videt̃, Deiocis amici ex cõpoſito in hanc ſententiã loquebant̃: Nequaq̃, hiſce modis vtendo, hanc noſtrã regionem poterimus diu habitare. Agite igit̃, cõſtituamus nobiſipſis regẽ, vt videlicet ditio noſtra bonis legibus adminiſtret̃: & nos ad ſua quiſq; opera diuertẽtes, nuſquã impunitate ſceleratorum violemur. Quæ cùm ſic referrent̃, ꝓſuaſi Medi regibus ſeſe ſubijciunt. Cõtinuò conſultatum eſt, quẽnam rẽgem crearẽt. Deioces adeò ab omnibus cõmendatus productusq́; in medium, vt omnium ſuffragio rex comprobaret̃. Ille verò iuſſit ædificia ſibi erigi imperio digna, ſtipatoresq́; ad cuſtodiã corporis ſui adiungi. Huic Medi hæc præſtiterunt, eiq́ue ædificia ingentia probeque munita extruxerunt, ꝓmiſeruntq́ue ſatellites ex vniuerſis Medis quos vellet, ſibi deligeret. Deioces verò cùm imperio potiretur, Medos compulit vnum oppidum condere, atque hoc vno communito exornatoq́;, aliorum non ita magnam curã habere. Obſequentibus quoq; hac in re Medis, mœnia cõſtruit ampla ſimul & valida ea, quæ nunc Ecbatana appellantur, in quibus murus vnus alteri veluti confinis erat. Sic nimirũ conſtitutis mœnibus, vt ambitus ſinguli alteris gradatim eſſent ſublimiores, ſoliſq́; pinnis prominerent. Adiuuabat hoc loci ipſius commoditas, vt qui collis inſtar eſſet eleuatus. Acceſſit etiam maius quiddam data opera factum. Siquidem ambitus iſti numero erant ſeptem cõtigui, in quorum poſtremo regio erat & theſauri. Hæc mœnia cùm ampliſſima ſint, magnitudine prorſus illum Athenienſium æquant ambitu. Atqui ſingulæ quidem pinnæ ſuis atque hunc in modum diſtinctis fulgent coloribus. Nempe primi ambitus pinnæ colore ſunt albicanti, ſecundi nigro, tertij purpureo, quarti cæſio, quinti ſandaracino. Poſtremi verò duo, alter argentatas, alter inauratas habebat pinnas, atq; hiſce munimentis Deioces ſe ſuãq́; ſepiebat regiã, ac reliquũ populum iuſſit ſeorſum circumquaq; habitare. Cæterùm vniuerſis ad hunc ornatũm cõſtructis, primus Deioces cauit: ne q̃s ad regẽ ingredi ꝓmitteret̃, ſed ꝓ internuncios cuncta tranſigerent̃, adeò vt nec conſpici regem à quoq̃ fas eſſet. Ad hæc, nec ridere nec expuere, ꝓptereà q̃ oĩbus factu deformia eſſent, coràm licere. Hæc ideo faciunt apud regem, ne videlicet eum cernentes, æquales & vnà cum eo educati indoleãt atque inſidientur, q̃n aliud potiùs videãt ipſis coràm non contuentib⁹. Vbi verò Deioces iam adornaſſet conſtabiliſſetq́; tyrannidem, in exercenda iuſtitia ſeuerus erat & incorruptus. Etem̃ diſceptantibus intrò ad ſe accerſitis, lites terminabat, eoſdemq́ue rurſus dimittebat: atque hæc circa cauſas factitabat. Quantum autẽ ad alia attinet, ſi quẽ audiret iniurium, hunc ad ſe aſcitum, indicta pro delicti modo pœna multabat, in quem vſum exploratores auſcultatoresq́; deſtinauit ꝓ vniuerſam regionẽ, cui ꝓerat. Deioces autẽ ſolã Medicam ſubegit nationem, eiq́ue ſoli imperauit. Cuius nationis tot numero gentes ſunt, Buſæ, Paretaceni, Struchates, Arizanti, Budi, Magi. Tot ſunt in Media gentes. Deioce defuncto, qui annos tres & quinquaginta regnauit, filius eius Phraortes ſuſcepit imperium. Qui ſolo imperio Medorum non content⁹, bellum ante oẽs intulit Perſis, eosq́; primus in poteſtatem Medorum redegit. Quibus nationib⁹ potitus, valida vtraq́;, mox Aſiam ſubegit, aliam deinceps atque aliam inuadendo gentem, donec ad Aſſyrios oppugnandos peruenit, ad eos Aſſyrios, qui

Deioces Medorũ rex declaratur.

Ecbatana.

Deiocis regia.

Colores pinnarum regiæ. Deiocis.

Regem cõſpici nefas.

Medicæ nationes.

Phraortes.

Ninum

Ninum incolebant, quondam oīm principes, ſed tunc à ſocijs ꝑ defectionem deſertos, alioq; ꝑ ſe benè habentes. Aduerſus hos expeditione ſumpta Phraortes, ſecundo ac viceſimo q̄ regno potitus eſt anno, cū pleraq; exercitus parte perijt. Poſt obitum eius Cyaxares filius, Deiocis nepos ſucceſſit, qui dicit multo q̄ maiores ſui fuiſſe p̄ſtantior, & primus Aſiæ populos in ꝓuincias diſtinxiſſe, primusq; in ſuū quoſq; ordinem diſtribuiſſe, haſtatos, ſagittarios, equites, cùm priùs oīa ꝓmiſcua fuiſſent atq; implicita. Hic & cum Lydis p̄lium fecit, quod p̄lium cùm fieret, dies nox effecta, & oēm trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Collectis omnib⁹ quib⁹ imperauit, caſtra mouit ad vrbē Ninum, ſimul & patrē vlturus, & vrbem ipſam euerſurus. Cōmodùm hunc obſidentē Ninum, adoritur Scytharum numeroſus exercitus, cui Madyes p̄fuit Scytharum rex, filius Protothyæ. Hi inq̄ tranſgreſſi in Aſiam, cùm Cimmerios ex Europa pepuliſſent, perſequentib⁹ deinde illis, fugam capeſſunt, atq; ſic in Medicā penetrauerunt. Eſt em̄ à lacu Mæotide ad Phaſim vſq; atq; Colchos, expedito viatori iter triginta dierum. E Colchis verò non ita longus progreſſus in Medicā. Sed vna duntaxat natio media eſt Saſpires, quos vbi tranſieris, cōtinuò occurrit Medica. At Scythæ ſanè hàc nō eruperunt, ſed per aliam viam longè ſuperiorem deflectentes, ad dextram Caucaſum montē relinquerunt. Hīc Medi cum Scythis congreſſi, prælioq; fuſi, Aſiæ imperium amiſerunt. Porrò Scythæ vniuerſa Aſia potiti, hinc rectà in Ægyptum contendunt. Fortè iam Syriā Palæſtinā ingreſſus Pſammitichus occurrit Ægypti rex, & muneribus p̄cibusq; cōtendens, effecit ne vlterius progrederent. Scythæ vbi retrocedentes in vrbe eſſent Palæſtinæ Aſcalone, bonaq; parte Scytharū nullam iniuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Vraniæ fanum depeculati ſunt, inter cætera (quantum equidem ſcio) huius deæ fana vetuſtiſſimum. Siquidē q̄ in Cypro eſt eiuſdem deę ædes, ex hac nata eſt: id quod ipſi etiā referunt Cyprij. Quinetiā illud apud Cytheros delubrum ex hoc Syriæ à Phœnicibus erectum prodit. Ac verò dea ipſa templi ſpoliatoribus, eorumq; prolibus morbū immiſit theliam, vt ſimul & ipſi fatent Scythę, ſe videlicet illo morbo ob id laborare. & videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos Enareas appellant Scythæ. Poſtq̄ verò iā vigintiocto annis Aſiæ imperium Scythæ obtinuerunt, oīaq; iam penè ex negligentia licentiaq; depopulata eſſent (nam præter tributum exactionesq;, extorquebant, diripiebantq; à quibuſlibet quæcunq; poſſidebāt) tandem horum potiorem partem Cyaxares atq; Medi hoſpitio acceptam inebriatamq; interemerunt. Et ſic quidem Medi recuperarunt imperium, receptis ijs quibus priùs potiebant̄, & Ninum expugnauerūt. Vt autem ceperint, in alijs ſcriptis indicabo, Aſſyriosq; excepta Babyloniæ parte, ſubegerunt. Poſt hæc Cyaxares cùm quadraginta annis vnà cū Scythis imperaſſet, vita functus eſt. Huius regnum ſuſcepit Aſtyages filius. Hic filiam ſuſtulit, appellauitq; eā Mandanen. Quæ viſa eſt ei per quietem tantum vrinæ facere, vt oēm ipſius vrbē oppleret, atque vniuerſam Aſiam inundaret. Quod ſomnium quum magis ſomniorum interpretibus expoſuiſſet, conterritus eſt, ſingula quæq; ab illis edoctus. Ideoque viſum hoc reformidans, Mandanen iam viro maturam, nulli Medorum qui ea dignus eſſet, tradendam ſtatuit, ſed Perſæ cuidam nomine Cambyſi, quem compertum habebat familia quidem bona ortum: cæterùm ingenio ſedato, gerentēq; ſe multò infra mediocris Medi alicuius cōditionē. Eodē quo Cambyſi collocauerat filiā anno, viſionē alteram vidit. Videbat̄ ei ex genitalibus filiæ vitis enaſci, quæ oēm occuparet Aſiam. Quod viſum cùm retuliſſet ad interpretes ſomniorum, filiam iam prægnantē & partui vicinā, ex Perſis accerſit, eiq; cùm veniſſet, cuſtodiam apponit, volens quod illa edidiſſet, interimere. Etem̄ magi ſomniorū interpretes, viſionem illam portēdere dicebant Aſtyagi, prolem filiæ pro ipſo regnaturam. Hoc igitur obſeruans Aſtyages vbi genitus eſt Cyrus, adſcito Harpago familiari ſuo, & inter Medos fidiſſimo, atque omnium rerum ſuarum procuratori, hæc inquit: Harpage, negocium quod tibi iniungo caue prætermittas, aut vllo modo exequi ſuperſedeas: neue committas, vt

alios

Cyaxares.

Militiæ ordo à quo primum diſtributus.

Madyes.

Huius loci commemi nit libr. 4. in initio Herodot.

Saſpires.

Medi Aſiæ imperium amittunt.

Pſammitichus.

Veneris Vraniæ tem plum.

Enarees.

Aſtyages.

Aſtyagis ſomnium.

Aſtyagis ſomnium alterum.

Harpagus.

alios præponendo,posteà tibijpsi perniciem crees. Capito quem Mandane peperit puerum,in domumq; tuã ferto,atq; occidito: postmodum quoquo modo voles,ipse sepelito. Cui respondit ille: Neq; aliàs vnq; rex huic viro rem iniunxisti ingratã,& in posterũ dabimus operã,ne quid in te delinquamus. Quod si tibi cordi est hoc ita fieri,mea interest id industriè exequi. Hæc cùm respõdisset Harpagꝰ, eiq; puer traditus esset,ornatus ad necẽ,cõtulit se domũ flens,adiensq; vxorẽ, refert oẽm habitum secum ab Astyage sermonẽ. Ad quem vxor: Quid igitᷣ,inquit,facere tibi in aĩo est? Ego verò,respondet vir,quanq; Astyages mandauit,etiã si delipiet,peiusq; insaniet q̃ nũc insanit,nõ tamen eius voluntati parebo,neq; ad hanc necẽ obsequar: idq; multis de causis,tum q̃ puer ipsi mihi cognatus est,tũ q̃ Astyages grandis natu est,& virili ꝑle orbus: quo defuncto,si tyrannis ad eius peruentura est filiã,cuius nunc filiũ per me interimit,quid aliud restat hinc mihi q̃ periculum maximum? Enimuerò tutelę meę causa expedit hunc puerũ interire,sed per aliquẽ ipsius Astyagis,nõ per aliquẽ meorum. Hæc locutus,eueſtigiò nuncium mittit ad bubulcum Astyagis,quem norat pascuorũ maximè idoneorum,& montium feris frequentissimorum esse gnarissimum, cui nomen erat Mitradates,cuius cõtubernalis & eadẽ cõserua erat,noĩe Cyno Græca lingua,id est,canis: Medica,Spaco. (nam canem Medi spaca appellant) vbi boũ pascua ille habebat,montiũq; radices erãt ad ventum Boreã Achatanorum, & ad pontũ Euxinum. Hoc eñ tractu ad Sapiros vergente Media, sanè mõtosa est & edita, ac nemoribus frequens,reliqua verò tota admodum plana. Hic itaque accersitus properè cùm venisset, inquit,ad eum Harpagus: Iubet te Astyages hunc capere infantẽ, quem in desertissimo montium exponas,vt celerrimè pereat,& hæc vt tibi dicerem, mihi iniunxit. Et nisi hunc interemeris,vlloq; pacto seruaueris,pessimo exitio te occubiturum. Cui expositioni infantis inspector ego ꝑpositus sum. Hæc vbi audiuit bubulcus,sumpto infante redijt quà venerat ad bouile suũ. Ei dum in vrbẽ abijt, vxor sua,q̃ erat ꝑgnans,per totã diẽ parturiens, è voluntate dei enixa est filium. Absente marito vtrique mutua tenebanᷠ solicitudine: hic quidẽ vxori parturienti metuẽs, illa vicissim marito timens, ꝓptereà q̃ ꝑter cõsuetudinem ab hero accersitus esset. Vbi reuersus affuit,eum vxor vtpote ex improuiso cernens,prior interrogauit, q̃d ita exactè ipsum Harpagus accersisset. Cui ille: Vxor,inquit,profectus ego in vrbẽ, & vidi & audiui,quod nec visum oportuit,nec agi circa dominos nostros. Harpagi domus oĩs luctu tenebaᷠ. In quam ego perterrefactus simul atque introij, video infantulum palpitantem vagientemque,auro ac distincta veste ornatum. Eum Harpagus vbi me vidit,iussit celerrimè sumere,atque asportare in efferatissimum mõtem vbi exponã, dicens Astyagem esse qui hæc mihi iniungeret,magnoperè minatus, nisi ea ꝓpetrassem. Ego acceptum puerum attuli,ratus alicuiꝰ illum domesticorum esse, nõ autem illius gñis. Admirabar tñ,q̃ viderem auro vestibusque ornatum: præterea q̃ plãctus exercebaᷠ in Harpagi domo. Atqui inter viam ex omni oratione famuli, q̃ me extra vrbem deduxit,mihique infantem tradidit, ꝓcepi eum Mandanes Astyagis natæ & Cãbysis Cyro geniti esse filium,& ab Astyage iussum interfici, atque is hic est. Hæc loquens bubulcus, puerum detexit atque ostendit: quẽ illa intuita procerum ac speciosiũ,genua viri cum lachrymis amplectiᷠ,obsecrat ne qua ratione puerum exponat. Hic negare aliter ista fieri posse: superuenturos enim ab Harpago speculatores ad rem explorandã,seque nisi id execquaᷠ,miserrimè periturum. Mulier vbi viro non persuadet. Quãdoquidem,inquit, te nequeo inducere,quod secundum est facito,si modò necessitas prorsus est,aspici puerum dum exponiᷠ,qñ ego quoque peperi. Peperi autem mortuum. Ferto hunc,& istum ex Astyagis filia tanq; ex nobis genitum, alamus. Ita neque tu iniurius in dominos esse deprehenderis,neque nobis malè consuluerimus. Nã & hic qui obijt,regale sepulcrum nanciscetᷠ,& iste qui supereſt,aĩam non amittet. Sanè q̃ commodè visa est bubulco mulier loqui ex præsenti conditione,atque ita continuò esse faciendum. Igitur quem necaturus attulerat, eum vxori tradi-

Cyrus infans morti destinatus.

Mitradates pastor Cyri nutritus.

Mediæ regionis facies.

Cyr. ille Cambysis pater.

Cyrus exponendus, nutritur occultè.

tradidit: ſuum autem qui mortuus erat, ſumens collocauit in eo vaſe, in quo alterum portauerat. Omniq; alterius pueri cultu ornatum baiulans, in vaſtiſſimo montiũ expoſuit. Ideoq; poſt pueri expoſitionẽ, relicto quodã pecuariorũ ꝓ ſe illic vicario, in vrbẽ ſe cõtulit, & ad domum Harpagi: aitq; ſeſe paratum illi oſtẽdere pueri cadauer. Harpagus miſſis ſuorum ſatellitum fideliſſimis, rem per eos inſpexit, ac bubulci filiũ ſepeliuit. Et hic quidem infans humatus eſt. Alterum verò qui poſtea Cyrus appellatus eſt, mulier ſibi ſumptũ educauit, impoſito illi nomine bubulci, alio ſcilicet q̃ Cyro. Qui poſteaq̃ decennis extitit, huiuſmodi rem quæ illi contigit, palàm fecit: Ludebat in hoc pago, vbi bouilia illa erant, & ludebat cum ęqualibus in via, quem inter ludendum cæteri pueri cùm pro rege ſibi elegiſſent, cognominatum bubulci filium, ip ſe eos munijs diſtinguebat: vt alij domorum ſtructores eſſent, alij ſatellites, alius vt oculus regis, alius mandatorum renunciator, ſuum ſingulis honorem munusq; aſſignans. Horum puerorum quidã colluſor Artẽbaris filius erat, viri inter Medos ſpectati, quem Cyrus, q̃ imperata nõ feciſſet, iuſſit ab alijs pueris comprehendi, & cùm illi paruiſſent, multis verberib⁹ affecit. Quæ puer tanq̃ ſe indigna paſſus, iniquiſſimo aĩo ferens, vbi primum dimiſſus eſt, in vrbem ad patrẽ perrexit, & quæ à Cyro pertuliſſet, complorauit, nõ tamẽ Cyrum nominans (nondum enim eius hoc erat nomẽ) ſed filium bubulci Aſtyagis. Artembares, vt erat ira percitus, ad Aſtyagem ducens filium ſecum, cõtendit: & rem intolerandam paſſum eſſe inquiens, eiusq; humeros oſtendens: Siccíne indignè, ait, accipimur rex à filio bubulci ſerui tui? Audiẽs hæc atq; cernens Aſtyages, volens vlciſci puerum Artembaris honoris gratia, iuſſit accerſi bubulcum & filium. Qui cùm ambo affuiſſent, intuens in Cyrum Aſtyages: Túne, inquit, hoc tali patre genitus, auſus es huius filium, viri apud me primarij, tam indignis concidere verberibus? Cui ille: Iſtud, inquit, here huic ego iure feci. Pueri enim pagani, quorum hic vnus erat, me regem ſuum ludentes cõſtituerant, quippe qui videbar eis ad hoc maximè eſſe idoneus. At iſte cùm cæteri pueri iuſſis obtemperarent, audiens dicto eſſe nolebat, ac me nihili faciebat, propter quod pœnas dedit. Quòd ſi ego propterea vllo malo ſum dignus, hîc tibi præſtò ſum. Hæc loquente puero, ſubijt Aſtyagi agnitio eius, viſáq; eſt figura oris inferre ac repræſentare ipſum, & geſtus eſſe liberalior, & tempus expoſitionis cum pueri ætate cõgruere. Hîc perculſus Aſtyages, aliquandiu ſine voce manſit, vixq; tandem ad ſe reuerſus, volens à ſe Artembarem dimittere, vt bubulcum ſubmotis arbitris rimaretur: Ego, inquit, Artembares efficiam, vt filius quoq; tuus ob hoc nil conqueri poſſit. Dimiſſo Artembare, & eius iuſſu per famulos Cyro introducto, bubulcum (qui ſolus erat relictus) percontatur vnde puerum accepiſſet, quíſue ei tradidiſſet. Illc ex ipſo genitum reſpondere, & genitricẽ eius apud ſe eſſe. Aſtyages dicere, non benè ſibi illum cõſuluiſſe, qui cuperet ad ingentes deuenire neceſſitates. Simulq; hæc dicens, ſatellitibus ſignificauit vt caperent ipſum. Hic autem cùm ad neceſſitates adduceretur, rem vti erat promit: ab initioq; exorſus vera referendo, deuenit ad preces, petendamq; ſibi veniã, iubens vt eã haberet bubulco veritatem elocuto. Aſtyages pauciora iam verba fecit. Cæterùm cui valde ſuccenſebat, Harpagum vocent ſatellitibus iubet. Quem, vbi affuit, percontatur Aſtyages: Harpage, qua nece interemiſti quem tibi tradidi puerum è filia mea genitum? Harpagus (vt vidit paſtorem intereſſe) noluit tergiuerſari mendacio, ne argumentis cõuinceretur, ſed ita reſpondit: Ego poſteaquã infantem accepi rex, cogitaui quo pacto ex animi tui ſententia facerem: & tamen cùm apud te innoxius extitiſſem, ne forem aut filiæ tuæ, aut tibijpſi carnifex, eoque ita ſtatui agendum: Accerſito huic bubulco infantem tradidi, inquiens te eſſe qui iuberes illum interfici, in quo dicendo mentitus non ſum. Tu enim ita præcepiſti. Atq; huic dum puerum trado ex tuo præcepto, iuſſi exponeret in deſerto monte, perſtaretq; in eo obſeruando tantiſper dum expiraſſet, comminatus iſti extrema quæq;, niſi hæc effecta reddidiſſet. Vbi hic fecit imperata, & infans obijt, miſſis eunuchorum fidiſſimis rem cognoui, & per eoſdem mortuum ſepeliui.

Rex puerorũ Cyrus.

Artẽbares.

Cyr⁹ puer accuſatur.

Cyri reſpõſum apud Aſtyagem.

Cyrus ab Aſtyage agnoſcitur.

Harpagi purgatio.

peſſui. Ita res habet rex,atq; hac morte defunctꝰ eſt puer.Et Harpagus q̃dem directã habuit oratione. Aſtyages aũt diſſimulata qua illi infenſus erat cauſa,ob id quod contigerat,primũ rẽ ei enarrat,quẽadmodũ ipſe à bubulco audiſſet: deinde ea narrata, eò deuenit loquendo,ꝙ puer viueret,& bene haberet,ꝙa ſic actũ eſſet.Nanq; ex hoc inquit,qđ geſtum erat circa puerũ,ægro valde aĩo fui;& à filia mea inſimulatꝰ haud leuiter tuli.Igit in bonum cõuerſa fortuna,mittito filiũ tuum ad puerum hunc,ꝙ recens venit.Prætereà deſtino ꝓ liberatione eius dijs immolare, qꝰ hic honor debet, tu mihi adeſto ad cœnã.Harpagus cùm hæc audiſſet,adorato rege, ac ſibi maiorẽ in modum gratulatus,ꝙ peccatum ſuũ cõmodè ceſſiſſet,& vltrà bonã fortunã ad cõuiuium vocaret,domum abijt. Quã ingreſſus, ꝓperanter filium qui ipſi vnicus erat,tredecim fermè natum annos,mittit ad domum Aſtyagis,iubens exequi quæcunq; ille imperaret.Ipſe geſtiens,quid ſibi ſucceſſiſſet,vxori exponit.Eius filium vbi aduenit, Aſtyages mactat,conciſumque mẽbratim,& partim aſſum, partim elixum, vbi eſculentum effecit,paratum habuit. Dehinc ſub horã cœnæ,poſtq̃ affuerunt, cùm cæteri cõuiuæ,tum verò Harpagus:conuiuis quidẽ alijs atque ipſi Aſtyagi menſæ appoſitæ ſunt ouilla refertæ carne,Harpago aũt carne filij ſui,ꝑter caput atq; extrema manuũ pedumque,cætera oĩa.Nã ea in caniſtro operta,ſeparatim repoſita erant.Eum poſtq̃ ſatis depaſtum illo cibo putauit Aſtyages,interrogat nunquid ſit illis oblectatus epulis?Se verò ſanè oblectatum, dicenti Harpago:hi quibꝰ negocium erat datum, afferunt caput filij cum extremis manuũ pedumq; velatum,aſſiſtentesq; iubẽt detegere, ac ſumere quod vellet ex eis.Harpagus obtẽperans,vbi detexit, cernit reliquias filij. Nõ tñ eo ſpectaculo cõſternatus eſt,ſed apud ſeipſum fuit. Et percontanti Aſtyagi, nunquid agnoſceret cuius feræ carne paſtus eſſet:ſe agnoſcere reſpondit, ſibiq; quic quid rex ageret,placere. Hoc reddito reſpõſo,receptisq; reliquijs carnium, domum abijt,eas(vt ego opinor)illinc collectas humaturus. Hac vltione Aſtyages Harpagũ ꝓſecutus eſt.Idẽ de Cyro deliberans,eoſdem ex magis accerſiuit, qui fuerant ipſius ſomnium interpretati.Poſtq̃ venerunt,ſciſcitat eos,quid cenſeãt de viſione ſibi agendum.Illi neceſſariò fore inquiunt,vt puer ſi ſuperſtes eſſet,nec hactenus perijſſet, regnaret. Atqui puer & viuit & incolumis eſt,Aſtyages excipit:& cùm ipſum ruri agẽtẽ pueri eius pagi regẽ delegiſſent,q̃ faciunt qui re vera ſunt reges,ea oĩa hic fecit.Nã ſatellitibꝰ,ianitoribus,interniuncijs,ac cæteris munijs inſtitutis,imperium exercuit, q̃ vobis quónã videnꝫ ſpectare?Si ſupereſt puer,magi reſpondẽt, atque regnauit nulla ex ꝓuidentia:cõfidito ob id,ac bonum habeto aĩm,iã nõ eum regnaturũ iterum. Nã q̃dam vaticinationes nr̃æ in exigua reciderunt, & velut inſomnia in imbecillum quiddã tandẽ redactæ ſunt.Ego,inquit Aſtyages reſpondens,iſti vr̃æ, magi aſſentior ſententiæ,me ſomno eſſe defunctũ,puero iã rege nominato, nihilq; mihi amplius eũ eſſe reformidandũ.Vos tñ probè conſiderantes q̃nam futura ſint, & meæ domui, & vobis vtiſſima cõſulite.Ad hæc magi:Noſtra etiam rex,inquiũt, magni iuxereſt,tuũ ſtare principatum:qui ſi immutetur,& ad hunc puerum, qui Perſa eſt, tranſeat, nos quoque qui Medi ſumus,in ſeruitutem redigemur Perſis,& extranei nullius erimus pcij.Te verò regnante,cuius populares ſumus,tum ex parte imperamus, tũ magnos apud te honores obtinemus.Quo magis per nos & tibi & regno tuo proſpiciendũ eſt:& nunc ſi quid cerneremus,quod timendum eſſet,tibi aperiremus. Verùm cùm in rem friuolam nunc euaſerit ſomnium,& ipſi confidimus,& te itidem cõfidere iubemus,& hunc ablegare puerum ab oculis tuis in Perſidem ad parẽtes. His auditis, Aſtyages gauiſus eſt:accitoque Cyro hæc inquit:Fili,cùm ego ꝓpter quandã haud ſanam ſomni viſionem in te fuiſſem iniurius,tuo tamen ipſius fato ſuperſtes es. Nũc itaque lætus ad Perſas ito cum his,quos ad te deducendum mittam. Eò ꝓueniẽs,parentes tuos offendes:patrem non qualis Mitradates bubulcus,& matrem non qualis vxor eius.Hæc locutus Aſtyages,Cyrum dimittit, quem ad domum Cãbyſis reuerſum acceperunt ſui parentes,& audita re vehementer amplexi ſunt, vt quem ſta-

Aſtyages ſpem vultu ſimulat,premit altũ cordẽ dolorem.

Harpagũ filium comed.

Cyrus à magis dicitur iam rẽgnaſſe.

Cyrus ad parentes ablegatur.

Mitradates bubulcus.

tim mortẽ obijſſe crediderant. Sciſcitabanť quónã modo ſuperſtes eſſet. Hic ſe verò ait eos anteà nõ nouiſſe,& ob id maximè erraſſe: inter viã tñ omne ſuũ infortunium audiſſe,credidiſſe eñ ſe bubulci Aſtyagis eſſe filiũ. Verùm in illo itinere oẽm rem geſtã ab his q; ipſum deduxerant,accepiſſe. Cõmemorabat aũt ſe ab vxore bubulci fuiſſe educatũ,ſemper eã laudib⁹ ꝓſequens,ita vt in omni ei⁹ ſermone eſset Cyno. Qđ nomen accipientes eius parẽtes,vt diuinitus videreť Perſis filius ipſorũ fuiſſe ſeruatus,diuulgarunt à cane Cyrũ,cùm eſset expoſitus,fuiſſe educatũ. Vnde hæc fabula emanauit. Cyrus vbi in virilẽ adoleuit ætatẽ,& inter æquales viriliſſimus euaſit,& idẽ dilectiſſimus,cõſtituit Harpagus ad eũ dona mittere,Aſtyagis vlciſcẽdi cupidus. Nam ꝓ ſeſe q; priuatus eſſet,nõ videbat futurã de Aſtyage vindictã, ſed Cyrũ, cuius caſus ſimilis caſib⁹ ipſius extitiſſet,quũ eum videret educari,ſibi ſociũ cõparabat. Cæterùm ante hoc alia ab eo comparanť. Cùm eſset acerbus Aſtyages in Medos,Harpagus ſingulis q; buſq; eorum ſe inſinuans primoribus, ꝓſuadet oportere Aſtyagẽ à regno ſummoueri,Cyro delecto. His trãſactis Harpagus ac paratis, ita demùm volens Cyro apud Perſas agenti,ſuã aperire ſententiã, cùm aliter nõ poſſet,vtpote itinerib⁹ cuſtoditis,huiuſmodi rẽ cõminiſciť. Exenterato ſolerter lepore vt nihil omninò reſcinderetur,indidit libellum,in quo q; libuit cõſcripſerat,reſutoq; ventre,leporẽ vnà cum retibus tradidit venatori cuidam ſuorum domeſticorum fidiſſimo,ꝑcipiensque ſuo ore cùm daret leporem,Cyro diceret vt ipſe ſuis manibus aperiret, idq; ſine arbitris faceret,hominẽ dimiſit in Perſidem. Hæc executo nuncio, Cyrus acceptum leporem aperuit,inuentumq; libellum q; in eo inerat,legit,in hæc verba: Fili Cãbyſis, quem dij reſpiciunt(nam aliter nunq; in tantum fortunæ ꝓueniſſes) vlciſcere nunc Aſtyagem tuæ necis auctorem. Qñ ex huius tu q;dem ſtudio perieras,deorum tñ beneficio & meo ſuperſtes es. Quæ oĩa quẽadmodũ circa te geſta ſunt, opinor te olim iam reſciuiſſe:& item,qualia ego ab Aſtyage paſſus ſum,q; te non occidiſſem, ſed bubulco tradidiſſem. Nunc ſi mihi auſcultare vis,omni tu(cui Aſtyages imperat)regioni imperabis. Perſas ad rebellandum cùm ꝓſuaſeris,ducito aduerſus Medos, ad votũ tibi re ſucceſſura,ſiue ego dux ab Aſtyage ad tibi occurrendum creatus fuero, ſiue alius quiſpiam Medorum illuſtris. Horum eñ primi quiq; ab illo ad te deficientes, Aſtyagem conabunť euertere. Ita tanq; cuncta tibi ſint hic in expedito,iſta exequere ſine mora. Cyrus his auditis,conſiderabat quonam ſolertiſſimo modo Perſas induceret ad rebellandum. Cogitando tãdem comperit hunc eſſe appoſitum,vt ita faceret: Scripto libello de his q; volebat,conſilium Perſarum coëgit. Deinde reſignato libello atq; lecto,ducem ſe inquit Perſarum ab Aſtyage eſſe deſignatum: & nunc Perſæ, ait,edico vobis,vt ꝑſtò mihi ſitis cum ſingulis falcib⁹. Hoc Cyrus Perſis ꝑcepit,quorum complura ſunt genera,eorum quædam Cyrus contraxit, & à Medis ad deficiendum induxit,ſub quibus alia omnia. Ea autem hæc ſunt: Atteatæ, Perſæ, Paſargadæ, Meraphij,Maſij. Sed horum Paſargadæ præſtantiſſimi, in quibus & Achæmenidarũ cognatio eſt,vnde reges Perſidæ ſunt oriundi. Alij Perſæ hi ſunt: Pãthelæi, Deruſiei, Germani: atque hi omnes aratores. Alij verò pecuarij, Dai, Mardi, Dropici, Sagartij. Vbi cuncti affuerunt,habentes quod eis erat ꝑceptum, ibi Cyrus iubet locum quendam dumoſum(erat in Perſide is locus circiter decem & octo aut viginti ſtadiorum) totum detergant intra diem. Quo labore perfunctis Perſis, iterum præcipit in poſterum diem vt lauti adſint. Interim coactos in vnum caprarum, ouium, boum greges patris ſui mactat,atque inſtruit,tanquam Perſarum exercitum accepturus vino epulisque quàm lautiſſimis. Poſtero die conuenerunt Perſæ,& ille iubet eos diſcumbere in prato,atque epulari. Deinde cœnatos interrogat,vtrum pridianam an præſentem conditionem præoptarent? Illis reſpondentibus,multum eſſe inter hæc duo diſcriminis: pridianam enim omnia mala habuiſſe,præſentem verò omnia bona habere: excepit Cyrus,& omnem rem denudauit,inquiens: Viri Perſæ, ita res veſtræ habent,volentibus vobis mihi obtemperare,& hæc & alia infinita commoda aderunt

Ita Trog⁹ Cyrum fuiſſe à cane educatum tradit.

Harpagi ad Cyrum literæ intra leporẽ recõditæ.

Perſarũ genera.

ſine

ſine vllo ſeruitutis labore: nolentibus verò, innumerabiles quales heſternæ ærũnæ. Nunc itaq; obtẽperando mihi, efficiamini liberi, q̃ bona ipſe diuina quadã ſorte genitus videor in manus veſtras eſſe allaturus, quos nõ arbitror ĩferiores eſſe Medis cùm in alijs, tũ verò in bellicis rebus. Quę cùm ita ſint, rebellate q̃primũ ab Aſtyage. Perſæ, vt q̃ iampridẽ dedignarent parere Medis, nacti pſidem, libenter ſe in libertatẽ vindicarunt. Hæc molientẽ Cyrum Aſtyages cùm accepiſſet, miſſo nuncio accerſijt. Iſte nuncium iubet renunciare, ſe prius illuc venturum q̃ Aſtyages ipſe velit. His auditis Aſtyages Medos cunctos armat, hisq; aduerſo numine Harpagum pfecit, oblitus eorum q̃ illi feciſſet. Cõparato exercitu, vbi Medorum copiæ cum Perſicis pliũm cõſeruerunt, quicunq; eorum ſermonis Harpagi erãt expertes, pręliabant: q̃ verò participes, ad Perſas trãſibant. Pleriq; de induſtria ignauiter agebant, fugamq; faciebãt. Dilapſo turpiter Medico exercitu, Aſtyages vt primũ rẽ cognouit, minitãs Cyro, inq̃t: Ne ſic q̃dẽ Cyrus gaudebit. Hactenus locutus, ante omnia eos magos ſomniorũ interpretes, q̃ ſuaſiſſent ipſi Cyrum dimittendũ, patibulis affixit. Deinde reliquos Medorum qui in vrbe erant, adoleſcentes pariter & ſenes armat. Quibus eductis, cum Perſis confligens fugatur, viuusq; capit, amiſſis quos eduxerat Medis. Ei captiuo aſſiſtens Harpagus, inſultauit exprobrauitq;, cùm alia q̃ homini dolerent dicens, tum verò percõtando eum de cœna ſua, in qua ille ipſum carnibus filij pauiſſet. Qm̃ regnũ eius ad ſeruitutem decidiſſet, eum intuens Aſtyages viciſſim interrogat, nunquid ipſius foret, Cyri opus. Harpagus ſuum verò eſſe dicere, idque meritò, qm̃ ipſe ad Cyrum ſcripſiſſet. & Aſtyages eum meritò improuidiſſimum atq; iniquiſſimum oĩm hominũ cõpellauit. Improuidiſſimum quidẽ, q̃ ſi facultas ei aderat, vt rex efficeret, alteri tribuerit imperium, ſi modò illa p ipſum geſta eſſent: iniquiſſimũ verò, q̃ cœnæ cauſa Medos in ſeruitutẽ redegiſſet. Si em̃ oportebat oĩnò eũ cõparare alteri regnũ, nec ſibi habere, ſatius futurum fuiſſe Medorum alicui id bonum cõparare q̃ Perſarũ. Nunc Medos, q̃ huius peccati affines nõ extitiſſent, ex dñis factos eſſe ſeruos: & Perſas q̃ fuiſſent hactenus ſerui, nunc dños effectos eſſe Medorum. Hunc in modum Aſtyages cùm 35. regnaſſet annos, regno amotus eſt, ob cuius acerbitatem Medi ſubiecti fuêre Perſis 128. annos, omni ſupra Halym fluuium Aſiæ dominati, excepto tempore quo Scythæ regnauerunt. Ijdem ſequentibus tẽporibꝰ, cùm horum pactorum pœniteret, à Dario defecerunt. Sed plio victi, iterum ſubacti ſunt, Perſæque q̃ tunc cum Cyro aduerſus Aſtyagem rebellauerunt, deinceps Aſiæ imperitauerunt. Cyrus nullo alio malo afficiens Aſtyagem, penes ſe habuit quoad vita exceſſit. Ita Cyrus genitus educatusq;, regno potitus eſt. Et mox Crœſum iniuriæ illatorem ſubegit, quẽadmodũ à me ſuperius cõmemoratum eſt. Quo ſubacto, ita oẽm Aſiam adeptus eſt. Ritus quibus vtuntur Perſæ, tales eſſe comperi: Neq; ſtatuas, neque tẽpla, neq; aras extruere conſuetudo eſt, quinimò hoc facientibꝰ inſaniæ tribuêre. Ob id, vt mea fert opinio, q̃ non quemadmodum Græci, ſentiunt deos ex hoĩbus eſſe ortos. Moris habent, editiſſimis quibuſq; conſcenſis montibꝰ, Ioui hoſtias immolare, oẽm gyrũ cęli Iouem appellantes. Soli, lunæque ſacrificant & telluri, igni, aquæ atque ventis, hisq; ſolis ſacra faciunt iam inde ab initio. Vraniæ quoque ſacrificant, ſic nimirum ab Aſſyrijs Arabibusq; edocti. Aſſyrij Venerem Mylittam vocant, Arabes eandẽ Alittã appellant, Perſæ Metram. Sacrorum autem ritum circa hoſce iam dictos deos huiuſmodi quondam inſtituerunt. Perſæ quippe ſacrificaturi nec aras erigunt, neque ignẽ incendunt prorſus, ſed neque libamentis vtunt, aut tibijs, infulíſue, aut molis. Verùm vt quiſque diuis hiſce ſacra facere ſtatuit, in locum mundum victimam ſiſtens deum illum implorat, myrto maximè cinctam geſtans tiaram. Sacrificans autẽ, nõ pro ſe ſolo, priuatimq; vota nuncupat, ſed cõmuniter vniuerſis Perſis bene p̃catur, in primis quidem regi: qm̃ inter Perſas oẽs idem quoq; cõprehenditr. Vbi verò iam in minutas portiunculas membratimq; hoſtiam conſcidit, carnibꝰ elixis herbam ſubſternit q̃ tenuiſſimam, maximè trifolium. Huc collocatis impoſitisq; carnibꝰ, magus aſtans theogoniam

Cyr⁹ quibus modis Perſas ad deficiendũ à Medis hortatus.

Harpagus exercitui Aſtyagis p̃ficitur.

Aſtyages capitur.

Aſtyages Harpagũ arguit, q̃ Medorum regnum Perſis prodiderit.

Medorum imperium.

Perſarum ritus.

Iupiter apud Perſas.

Perſarum numina.

Veneris nomina varia.

Sacrorum ritus apud Perſas.

Theogonia.

goniam accinit,ſiquidem hanc illi dicunt incantationem efficaciſſimam: citrāq; magum nullum illis ſit legitimum ſacrificium. Mox ſacrificus ſublatis carnib⁹ abutit̄, in quemcunq; vſum illi fert aius. Ex oībus diebus p̄cipuè colendum cenſent ſuū quique natalem, nimirum hoc die plus alijs æquum cenſent ciborum apponere. Et ditiores integros boues, camelos, equos, aſinos, eosq; in fornace toſtos iſto die in menſam apponunt. Pauperes natalem minoribus pecoribus honorant: cibis vtunt̄ ꝑpaucis, bellarijs multis, neq; ijs admodū bonis. Hinc eſt q̄ Perſæ dicant, Græcos paſtos iam demum non eſurire amplius. Nempe ipſis à cœna cibi apponunt̄ p̄cij nullius, & ſi quid apponat̄, nō ceſſant q̄n edant. Vinum largius illis apponit̄. Eiſdē nec vomere coràm, nec vrinam facere licet, q̄ etiamnunc ita obſeruant̄. Poti, de rebus maximè ſerijs conſultare cōſueuerunt. Nam ſi qñ ipſis cōſultandum videt̄, tum poſtera die ieiunant, ꝑponitq; is q̄ ædib⁹ illis, in q̄bus fortè conſultatur p̄eſt, & ſi placuerit atque ieiunauerint, vtuntur ipſo: ſin minus cōprobet̄, abrogant: & de q̄bus ieiuni deliberauerint, de eiſdem poti ꝑnunciāt. Si in via inuicem ſibi occurrant, facilè cognoſces ſi pares ſint: nam ſalutationis loco ſe mutuò oſculantur. Quòd ſi alter fuerit humilior paulò, genas oſculant̄ duntaxat: ſin aūt alter fuerit multò inferior, ꝑſtratus adorat honoratiorem. In primis illos obſeruant reuerenter, q̄ ꝑximè habitant. Secūdas tribuūt his q̄ à primis proximi, atq; ſic deinceps ꝑgredientes, quò viciniores, hoc arctiori neceſſitudine iunctos exiſtimant. Se nimirum oīm hoīm longè optimos arbitrantur. Alios verò quò remotiores diſſiti ſunt, hoc à virtute magis eſſe alienos: atque illos demùm ſecundum dictam ꝑportionem peſſimos eſſe colligentes, q̄ à Perſis abſint q̄̃ remotiſſimè. Sub Medis imperium obtinentibus, pleræque nationes quoq; imperitabāt: ſed quibus oībus p̄erant Medi, ijdem & affines, ꝑinde atque Perſæ colunt. Quę gens imperij curam gerens, latè ꝑgreſſa fuit. Externorum Perſæ maximè oīm hoīm ſtudioſi. Nam & Medicam veſtem ꝑpria elegantiorem arbitrantes, geſtant: & in pugnis thorace vtuntur Ægyptio. Quin voluptatib⁹ etiam oīs gñis quas ſemel ſenſerint, frui ſtudent. A Græcis edocti, puerorum quoq; indulgent amoribus. Puellas plures ducunt vxorum loco, atque p̄ter has pleraſq; pellices alunt. Secundum bellicam fortitudinem potior ducitur numeroſæ ſobolis ꝑcreatio. Et illi q̄ q̄̃plurimos liberos ediderit, rex tanq̄̃ ſtrenuum q̄ppiam p̄ſtiterit, ſingulis annis munera mittit. Liberos eorū, à quinto anno incipientes vſque ad viceſimum, tribus duntaxat artibus inſtituunt, equitare, arcu ſagittas excutere, vera loqui. Ante quinquennium filius in conſpectū patris non venit, ſed apud fœminas degit. Quod ea gratia ſic fit, vt ſi inter educationem decedat, nullam hæc ꝑlis iactura patri afferat moleſtiam. Equidem hunc morē laudo, item illum, ne ob vnam tantùm cauſam liceat vel ipſi regi occidere quempiā, neque alicui aliorum Perſarum atrocius aliquid in familiam exercere ob vnum ſolū delictum: ſed expendere iubetur quiſque, ſi plura ac magna patrarit, atque tum demum iuſta vtatur indignatione. Suum aut patrem aut matrem aiunt neminem vnq̄̃ occidiſſe. Verùm quotquot horū fortè acciderunt, omni neceſſitate excuſſa, hos tandem dēphenſos tradunt aut ſubditicios aut ſpurios. Quippe veriſimile nequaq̄̃ videri aiunt, vt hic qui verus parens ſit, à ꝑprio filio interimeretur. Quæcunque apud eos fas non eſt facere, ea nec dicere. Turpiſſimum apud eos ducitur, mentiri: ſecundo loco, ęs alienum debere, cùm ob alias multas cauſas, tum quod neceſſum ſit eundem q̄ debet, mendacio quoque obnoxium eſſe. Si quis è ciuibus lepra aut vitiligine infectus ſit, huic in vrbem accedere non cōceditur, neque cum alijs Perſis conſuetudinē habere. Dicunt enim hos morbos illis immiſſos, q̄ in ſolem peccauerint. Externum verò qui ab ijſdem acceptus fuerit, è regione ſua exigunt, atque ob eandem cauſam albas columbas in regionem illam afferunt. In flumen nec immeiunt, nec inſpuunt, nec manus abluunt, nec deniq; ſimile quippiam faciunt, ſed flumina inter oīa religioſiſſimè colunt. Hoc quoq; Perſis accidit peculiare, quod quanq̄̃ illos lateat, nobis minimè eſt obſcurum. Nempe quæcunque apud illos noīa vel corpori vel magnificētiæ

ſunt

Natalis Perſarum.

Conſultatur inter pocula.

Vicinitatis neceſſitudo.

Perſarum φιλαυτία.

Externarū rerum ſtudium.

Aegyptij thoraces.

Sobolis procreandæ p̄mia.

Inſtitutio Perſarum.

Pœnæ modus.

Aduerte.

Mentiri.

Aes alienū debere.

Vitiligo λέπρα.

sunt similia, ea oia in eadē terminari litera, quā Dores San appellēt, Iones Sigma. Et si animaduertas attētius, deprehēdes noia Persarū nō q̄dā, sed oia similiter claudi. Eq̄dē hæc ꝑbè sciēs de Persis, possum indubitatò affirmare. Atq; ista q̄ de mortuis ꝑdunt, obscuriora, neq; ꝓinde certò: q̄ videlicet defunctorū Persarū cadauera nō priu humentur, q̄ ab alite aut cane trahant. Magos tñ sat scio hæc factitare, quādoquidem aperte faciūt: mortuūq; cera inuolutū in terrā cōdunt. Magi verò cùm ab alijs hoīb⁹, tum à sacerdotib⁹ Ægyptijs differunt. Siquidē hi nullius animantis occisione se polluunt, ꝓter ea duntaxat q̄ dijs immolant. Magi suis ipsorū manib⁹, excepto hoīe atque cane, quiduis occidunt: imò hoc palmarij loco ducētes, si formicas serpētesq;, & breuiter, reptilia atq; volatilia plurima necauerint. Atq; de horū ritib⁹ hunc in modū dictum sit, nos ad institutā narrationē recurrimus. Iones atq; Æoles vbi audierant Lydos citra negocium à Persis victos, legatos Sardis mittunt ad Cyrū vltrò postulātes, vt ijsdē cōditionibus eos admitteret, quib⁹ Crœsi subiectos in ditionē accepisset. Verùm Cyrus ad eorū postulata ꝑ huiusmodi similitudinē atq; apologū rñdit: Tibicen q̄dā vbi pisces in mari cōspexisset, canere tibia incipiebat, ratus nimirum eos ad cantus suauitatē in terrā ꝓgressuros: at spe sua frustratus, missō in mare verriculo, ingētē piscium vim cōplexus traxit. Et cùm palpitātes cerneret in sicco, dixit ad pisces: Temperate, inquit, nunc mihi q̄so à saltationib⁹, q̄n nō libuit me canente saliēdo ꝓgredi. Quæ verba Cyrus Ionibus Æolibusq; ideo dixit, q̄ Iones prius ipso Cyro ꝑ legatos ad amicitiā inuitante, flagitanteq; vt à Crœso rebellarēt, cōstanter recusauerāt: ac iā demū reb⁹ nō ex sententia succedentib⁹, parati essent Cyri imperata facere. Hac occasione ira cōmotus, dicto respōso eos dimisit. Iones his auditis, ad suas quiq; vrbes reuertūt, mœniaq; cōmuniunt. Cōgregabant aūt in Panionio alij oēs, ꝓter Milesios. Quippe cùm his solis fœdus inierat Cyrus, ijsdē cōditionib⁹ quibus & Lydos recepe rat. Porrò reliquis Ionib⁹ cōmuni sentētia videbant legati in Spartā mittēdi, q̄ simul & ꝑsentē rerum statū nunciarent, & auxiliū impetrarent. Iones verò illi, ad quos Panionium quoq; ꝓtinet, vrbes habent cū cæli bonitate, tum mōtium cōmoditate optimè sitas, quas nos nouerimus, adeò vt neq; superior regio neq; inferior, neq; ea denique q̄ orientē occidentēq; spectat plaga, Ioniā hac in parte æmulari possit. Siquidē hæc vel frigore riget, vel ꝑmit aquis, illa rursus calore ac situ squalent. Lingua vtunt nō eadē, sed ei⁹ quatuor ꝓprietates ducunt. Miletus prima apud ipsos ciuitas, ad meridiē vergens. Post hanc Myus, & Priene: hæ q̄a in Caria habitabant, cum horū lingua conueniunt. Illæ verò in Lydia, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocæa, iā dictis sanè ciuitatib⁹, quantum ad linguā attinet, non respondent, inter se tñ eadē sonāt lingua. Reliquæ tres ciuitates Ionicę, quarū duæ insulas habitāt, Samum videlicet, & Chiū: tertia in continēti sita Erythreæ. Ex his Chij & Erythreæ eandē ꝓprietatē sibi vendicāt: Samij verò ab his discrepantes, ꝓpriā quandā recepe runt loquēdi formā. Atq; hunc in modum quatuor omninò linguarum fiunt ꝓprietates. Ac verò ex ijsdē Ionibus Milesij erāt, qui cum Cyro metus ꝓtextu fœdus pepigerunt. Insularibus nihildum grauius fuit metuendum, q̄diu Persis Phœnices nōdū fuerunt subiecti, & ipsi Persę nauigijs nō vterent. Porrò hi non aliā ob causam ab Ionibus defecerunt, q̄ q̄ cùm imbecilles essent oēs alij Græci, tum Iones oppidò q̄ infirmissimi, & nullius ꝓpemodum momenti. Siquidem ꝓter vnas Athenas, nullā ferè Græcia insignem habebat vrbem. Iā em̄ alij Iones, atque ipsi Athenienses, Ionum nomen refugerunt, non volentes Iones appellitari. Quinetiā nunc pleroſque ex illis videas, quos nominis istius pudeat. Cęterùm duodecim istæ ciuitates nomine ipso gloriabant. Et vbi semel nomen sibi Panionijs indidissent, fanum quoque de suo nomine constituerunt Panionium: id quod nullis alijs Ionum ꝓmittere in aīm sibi induxêre, nec erāt q̄ magnopere postularent eiusdē ꝓticipes fieri, exceptis tm̄ Smyrnęis. Tale quippiā Dorienſib⁹ accidit, qui Pentapolim incolunt, illā q̄ ante Hexapolis vocabāt. Hi quoq; deꝑhenduntur adeò neminem è finitimis Dorienſib⁹ ad Triopium sacrum admittere voluisse, vt etiā populares suos, sicubi sacri legem trāsgrederentur,

San literā. Sigma litera.

Cadauera Persarum.

Magi Persarum.

Cyri ad legatos Græcorū respō sio festiua.

Milesij soli Cyro cō fœderati.

Ionum ciuitates.

Linguæ Ionum.

Insulani Iones.

Ionum nō men refugerunt Græci.

Panioniū fanum.

Dorienſiū sacra.

Triopij Apollinis sacrũ atque certamen. Agasicles Halicarnasseus.

à ludorũ cõmunicatione excluderẽt. Nã in certamine Apollinis Triopij tripodes victorib⁹ constituebant ærei, & quos è sacro victorib⁹ nõ liceret efferre, sed deo ipsi donare ibidem. At vir quidã Halicarnasseus, noĩe Agasicles, in eodẽ certamine victoria potitus, ausus legem hanc violare, tripodẽq; domũ ferens sibi asseruare. Propter qđ cõmissum, quinq; hæ ciuitates, Lindos, Ialysius, Camerus, Cos atq; Cnidus, sextã ciuitatẽ Halicarnassum à sacrorum participatione remouerũt, hac videlicet pœna Halicarnasseos multantes. Atqui mihi sanè videt Iones duodecim fecisse ciuitates, nec voluisse plures recipere, ꝓpterea ꝙ dũ Peloponnesum habitarent, eorundẽ totidem fuerint partes, quẽadmodũ nunc quoq; Achæorũ, q Ionas è sedibus suis exegerunt,

Ionũ quare duodecim ciuitates.

duodecim sunt gña. Nẽpe prima secundum Sicyonem Pellena iacet, deinde Ægira, & Ægæ, ad quam Crathis fluuius labit, à quo & Italicus ille vocatus est. Post Aegas Bura est & Helice, quò ab Achæis bello fracti Iones cõfugerunt. Post hanc Aegiõ est & Rhyses & Patrenses & Pharẽnses, atq; Olenus: p̃ter hunc *Pirus ingens fluui⁹ fluit.

Achæorũ partes.

posteà Dyma & Tritæenses, q soli mediterranea colunt. Hæ sunt duodecim Achæorũ illę portiones, q̃ tum qdem Ionum erant. Hęcq; causa fuisse videt, quapropter Ionibus duodecim ciuitates cõstituere placuerit. Verùm ꝙ isti p̃cipuè, magisq; alij sint Iones, aut p̃stantius qppiã gesserint, magna insania esset asseuerare, qñ ex his Abãtes sint, Euboiæ haudquaq̃ minima portio, q tñ cùm Ionũ noĩe nihil habẽt cõmune: & Minyiæ Orchomenijs admixti, Cadmæi quoq;, Dryopes, Phocenses, Molossi, Arcades, Pelasgi, Dores, Epidaurij atq; aliæ pleręq; nationes inter se cõmiscebant. Quorũ

Alijs appellat Melas.

alij ex Athenien siũ Pritaneo ꝓgressi, nobilissimos se Ionum existimauerunt. Hi colo

Caricarũ lex aduersus maritos.

niã ducentes, loco vxorũ Caricas habebãt mulieres, quarũ iã ante parentes intereme rãt: ꝓpter quã cædẽ mulieres Caricæ legẽ tulerunt, quã iureiurando inter se firmauerunt, tradideruntq; suis deinceps filiab⁹, ꝙ videlicet cũ maritis nunq̃ cibum sumerent, neq; ꝓprijs noĩb⁹ cõpellarent, ꝓptereà ꝙ eorũ patres, maritos atq; filios trucidauissent, & cùm hæc patrassent, simul orbas ad cõcubitũ violẽter rapuissẽt. Hæc Mi

Iones qui.

leti fiebãt. Reges creauerãt partim Lycios, Glauco Hippolochi filio oriũdos, partim Cauconas Pylios Codro Melanti filio ortos, partim vtrosq;. Nomẽ aũt Ionum inter cæteros maximè amplectebant, sintq; iã veri atq; genuini Iones. Oẽs tñ Ionũ nomẽ-

Apaturia.

clatura coĩcant, quotquot Athenis oriundi Apaturia festa concelebrant. Cõcelebrãt aũt oẽs p̃ter Ephesios & Colophonios, q soli ex Ionib⁹ ab Apaturijs arcentur, idque ob cædis patratæ causam. Est aũt Panioniũ locus Mycales sacer, ad septentrionẽ ver-

Neptu. Heliconius.

gens, coĩter ab vniuersis Ionib⁹ Neptuno Heliconio dicat⁹. Mycale aũt promontoriũ in continenti situm: qđ qa Zephyro vento expositum est, ad Samum ꝑtinet. Ad hũc montem collecti vniuersi Iones, sacrificium operantur qđ Panionia vocant. Accidit

Græcorum festiuitatũ nomina.

hoc sanè non Ionum sacris duntaxat, verùm coĩter oĩb⁹ Græcorũ festiuitatib. vt in eandẽ literã finiant, ꝑinde atq; Persarum noĩa. Et hæ qdẽ Ionicæ sunt ciuitates. Aeo-

Persarum nomina.

licæ ciuitates sunt, Cumæ, q̃ & Phriconis vocatur, Lariss æ, Nouus murus, Tenus, Cilla, Notium, Aegiroëssa, Pitana, Aegęa, Myrina, Grynia. Atq; hæ XI. Aeolicæ fuerunt

Aeolicæ ciuitates.

priscæ ciuitates. Vna autem Smyrna (Aeolica & ipsa ciuitas) ab Ionibus diruta fuit.

Smyrna.

Alioqui & hæ XII. erant numero in continenti sitæ, q̃ ditionẽ habebãt Ionibus prę-

Ionũ tẽperies aëris.

stantiorem: q̃ tñ ad illius cæli temperiem nequaq̃ accederẽt. Smyrnã verò hac occa-

Colophonij.

sione amiserunt Aeoles, ꝙ Colophonios ꝑ seditionem è sedib. submotos recepissent, qui posteà Smyrnæos obseruantes dum extra vrbem Bacchi sacra celebrarent, occlu sis portis vrbem occuparunt. Succurrentibus autem Aeolibus vniuersis, sic inter eos trãsactum est, vt si Iones vtensilia bonaq; mobilia Smyrnęis redderent, Aeoles Smyrna cederent. Hanc conditionem cùm Smyrnæi accepissent, distributæ sunt XI. hæ ciuitates, suos q̃q; constituens ciues. Hæ itaque continentis sunt ciuitates, exceptis ijs

Arisba. Methymnæi

q Idã habitabãt: nã illę ad has non referuntur. Insulares verò 5. ciuitates, Lesbum colebant, sextã eñ in Lesbo Arisbam, Methymnæi iam sibi subiecerant, tanq̃ sanguinitate iunctam. In Tenedo vna habitabatur ciuitas, & altera q̃dam in centum appellatis insulis. Iam verò Lesbijs Tenedijsque ꝑinde atque cæteris Ionibus insulas tenentibus, cùm nihil grauius esset metuendum, reliquis ciuitatibus communiter placuit

Centum insul.

Iones ſequi, quocũq; illi duxiſſent. Porrò vbi Ionũ Æolũq; legati Spartã appuliſſẽt, id qđ factũ eſt ꝓperanter, ex oĩb⁹ delegerunt Phocenſem quendã, cui nomẽ Pythermo, q̃ poſtulata ꝓponeret. Hic purpurea veſte indutus, in Spartiatarum conuentũ, q̃ ad famã legatorũ collect⁹ fuerat, ꝓceſſit: hortatusq; Lacedæmonios multis verbis ad auxiliũ Ionib⁹ ferendum. Illi, quãq̃ Ionum legatos repulerint, tñ myoparonẽ ablegarunt, quãtũ ego cõijcio, hoĩb⁹ inſtructum, q̃ rerũ Cyri Ionũq; ſucceſſum explorarẽt. Hi Phoceã appulſi, Sardis mittunt ſpectatiſſimũ ipſorũ, noĩe Lacrinẽ, vt q̃ Cyro Lacedæmoniorũ mãdata ꝓferret. Cyrus audiẽs q̃ Lacrines ꝓferret, rogaſſe fertur circũſtantes Græcos, q̃nã hoĩes eſſẽt Lacedęmonij, & q̃ multi numero. Mox vbi hoc cognouiſſet, ad Spartiatã dixiſſe: Eqdẽ nõ extimui vnq̃ hoĩes illos, quib⁹ locus eſt media vrbe vacuus, ad quẽ collecti mutuis ipſi ſibi iuramẽtis imponerẽt. His (ſi modò ſuperi me ſeruauerint) incolumẽ) nõ Ionũ, ſed ꝓpria ſua incõmoda erũt deplorãda. Hęc in vniuerſos Græcos verba detorſit Cyrus: quia fora ampla haberẽt in quib⁹ negotiationi bus vterentur illi, Perſæ ipſi horũ nullo diſtinerentur, neq; illis vllũ forũ. Poſt hæc Sardis Tabalo hoĩ Perſæ cõmiſit. Croeſi aũt cæterorumq; Lydorum theſaurum, Pactyæ Lydo tradit deferendum. Ipſe verſus Ecbatana cõtẽdit, Croeſum vnà ſecum ducens, Ionum interim nõ magna habita rõne, etiãſi primi adoriẽdi fuiſſent. Q̃quidẽ Babylõ ei obſtaculo eſſe videbat, & Bactriana quoq; natio, itẽ Sacæ atq; Ægyptij, in quos ip ſe expeditionẽ facere in aĩo habebat: in Ionas autẽ aliũ quẽpiã imperatorẽ mittere. Poſtq̃ Cyr⁹ è Sardis Lydos exegit, Pactyas à Tabalo atq; Cyro deſciſcit. Et quia Lydorum theſaurum habebat, cõſcẽſis nauib⁹ auxiliarios mercede cõducit, maritimisq; oñib⁹ ꝑſuadet, vt cõem ſecum expeditionẽ ſuſcipiant. Quib⁹ ſuccedentib⁹, Sardis caſtra admouit, Tabalumq; in arce vndiq; cõcluſum obſedit. Cyrus hęc ex itinere intelligẽs, Croeſum hunc in modum allocut⁹ eſt: Quiſnã, inquit, Croeſe finis erit eorum q̃ nunc mihi accidunt, q̃ñ nõ ceſſant Lydi, vt videnᵗ, tãtiſp & ſibi & mihi negocium faceſſere, dum eos ꝓrſus delere aggrediar? Videor equidẽ ꝓinde feciſſe atq; is, qui occiſo pr̃e, filijs pepercit. Siquidem ego te capto, qui plus q̃ Lydorum parẽs es, ipſis Lydis vrbẽ ſuã reddidi. Cùm hãc ſuã ſententiã Cyrus expoſuiſſet, Croeſus excepit, veritus nimirum ne Sardis funditus euerteret: Rex, inquit, Cyre quanq̃ prudẽter tu rectęq; dixiſti, moderaberis tñ furori, neq; patieris antiquam hanc vrbem ita excindi, q̃ cùm ſuperiorum, tum eorũ q̃ nunc acciderunt, cauſa nõ ſit: nam priorum ego auctor fui, id qđ meopte hoc capite pẽdo: p̃ſens factum Pactyas deſignauit, cui tu Sardis cõ miſeras. Hic tibi pœnas det, Lydis autẽ veniã dabis. Modò hęc impera, ne videlicet aliqñ viri b⁹ aucti, vel defectionẽ meditari auſint, vel moleſti eſſe poſſint. Interdices illis ne arma bellica poſſideãt, iubebisq; vt ſupra tunicã pallium geſtent, induti cothurnos. Ad hæc ijſdẽ citharã cantusq; indulgebis, deniq; cauponari, liberos inſtituere, & mox cõperies, ô rex viros in mulieres degeneraſſe, nihilq́ue metuendum ne rebelles vnq̃ à te deſciſcant. Hæc ideo Croeſus ſuggeſſit, ratus optabiliorẽ Lydis hanc eſſe cõditionẽ, q̃ ſemel ſubactos populari, ſat ſciens, ni p̃textum idoneum cõminiſceret, non ꝑſuaſurum vt inſtitutum detrectaret. Adde q̃ formidabat ne in poſterum aliqñ Lydi, ſi imminentem calamitatem effugiſſent, rebellantes à Perſis funditùs extinguerent. Cyrus hac Croeſi admonitione gauiſus, remiſſaq́ue iracundia, rñdit ei ſe pariturum. Accerſitoq́ue continuò Mazare homine Medo, eadem illi præcipit, quæ Croeſus ſuggeſſerat Lydis imperanda: Atque præter hæc mandauit, illos omnes ſub corona venundari, quotquot vnà cum Lydis Sardis oppugnaſſent: Pactyã autem viuum ad ſe perduci. Et hæc quidem ex itinere præcipiens, Lydos compulit ad Perſarum mores recipiendos. Pactyas intelligens exercitum non procul abeſſe, conterritus confugit Cumam. Mazares verò nihil cunctatus, Cyri exercitus partem, quã ſecum ducebat, Sardis promouit. Verùm vbi Pactyam iam vnà cum ſuis commilitonibus Sardis abiiſſe cognouerat, primùm Lydos adegit Cyri mandatis obſecundare. Et iam inde Lydi omnem vitæ rationem commutarunt. Deinde Mazares nuncios Cumam miſit, qui Pactyam repoſcerent. Cumæi verò conſilio inito ſtatuerunt ad deum apud

Pytherm⁹ Lacedęmonios rogat auxilium.

Lacrines.

Cyri reſpõſum ad Spartiatas.

Græcorũ negociationes.

Pactyas Lydus à Cyro deficit.

Hæc quemadmodũ pleraq; alia, reprehendit Plutarch. in libello quẽ contra Herodot. edidit.

Croeſi reſponſio & cõſilium.

Mazares Medus.

Branchidarum oraculum de Pactya.

Brãchi las referendũ,q̃d facto opus eſſet.Erat em̃ illic oraculũ ꝓuetuſtũ, quo Æoles Ionesq; coĩter vti cõſueuerant. Oraculum hoc in Mileſiorum agro eſt ſitũ ad Panormum lacum.Miſſis igit̃ ad Branchidas conſultoribꝰ, rogabãt quidnã faciendo hac in re Deo gratificarent̃.Conſulentibꝰ rñſum eſt,Pactyã Perſis eſſe ꝓmittendũ. Quę vbi relata audiuerũt Cumęi,putauerũt oraculo acquieſcendũ,Pactyamq; reddendũ. Cę
Ariſtodic' terũ cùm huc bona pars ꝓpenſa eſſet,Ariſtodicus Heraclides, vir inter cæteros Cumęos clarus,ſeu oraculo parum fidẽs,ſiue ipſos cõſultores oraculi rñſum nõ rectè ꝓferre exiſtimans,cõſtanter obſtabat,quò minus oraculo Cumęi obtẽperarent.Vnde factum eſt,vt iterum de Pactya conſulturi,alij mitterent̃ ſacerdotes cõſultores, inter quos ipſe quoq; Ariſtodicus erat.Hi cùm ad Branchidas ꝓueniſſent, ex oĩbꝰ ſciſcitãs Ariſtodicus oraculum,rogabat in hæc verba: O rex,venit ad nos ſupplex Pactyas Lydus,mortẽ fugiens violentã: Perſæ eundẽ repoſcentes,iubent Cumęos hoĩem dimittere.Nos Perſarum potẽtiã formidãtes,tñ ſupplicẽ tantiſper reddere detrectauimus, dum intelligeremus ex te indubitatò,q̃d facere nos conueniret. Hunc in modum ſciſcitanti Ariſtodico,idẽ rurſus rñdebat̃ q̃d priores retulerãt,nempe Pactyã Perſis ꝓmittendum.Poſt hæc Ariſtodicus tale q̃ppiã de induſtria aggredit̃: Tẽplũ circũiens,
Vox ex adyto. paſſeres aliasq; auiculas,q̃ fortè in tẽplo iſtic nidulabant̃,è nidis exemit. Quę cùm ille faceret,memorant vocẽ ex adyto auditã,q̃ ad Ariſtodicum ferretur,atq; huiuſmodi q̃dã ſonaret: Hoĩm ſceleſtiſſime,q̃nã libido te inceſſit,vt auderes meos ſupplices diripere? Ariſtodicum nihil dubitaſſe ad hunc modũ rñdere: Et tu,inq̃t,rex huiuſmodi auxiliũ fers ſupplicibꝰ, q̃n Cumæos iubes Pactyã tradere Perſis. Cui deus rñdens: Eq̃dẽ,inq̃t,iubeo,vt impij malè ꝓeatis,neq; deinde oraculũ hoc de reddendis vĩris ſupplicibꝰ laceſſatis.Porrò vbi rñſum hoc poſtremum referrent Cumæi,neq; volẽtes Pactyã Perſis tradere interimendum,neq; eundem penes ſe detinendo Cyrum ad vrbis ſuæ expugnationẽ excitare,hominẽ ablegant in Mitylenã.Mitylenæi, cùm Mazares ſubinde ꝓ nuncios Pactyã flagitaret,paciſcuntur ꝓ certa mercede mittendum: quod
Minerua tutelaris. tñ nolim indubitatò aſſeuerare,q̃nquidẽ nõ fuit ꝓſoluta.Cumæi cognoſcentes ea q̃ circa Pactyã à Mitylenæis geſta eſſent,miſſo ad Lesbũ nauigio, Pactyã deportant in Chium.Indidem nimirum ex Mineruæ tutelaris deæ tẽplo violenter raptus,à Chijs redditur.Reddiderunt aũt ꝓ Atarnei mercede.Atarneus aũt locus eſt Myſiæ,Lesbo è regione ſitus.Et ſic q̃dem in cuſtodia Perſæ habuerunt Pactyã,vt Cyro cùm primũ liceret traderetur.Atq; multo iã inde tpe,Chiorum nullus ex Atarneo neq; molis libauit hordeaceis deo cuiq̃,neq; ſecundæ menſæ fructibꝰ inde decerptis vtuntur.Bre
Pactyas traditus Perſis. uiter,oĩa à ſacrorũ vſu remouentur,q̃ è ꝓuincia illa ꝓueniunt. Poſtq̃ verò Pactyas iã à Chijs traditus fuit,Mazares mox in illos caſtra ꝓmouit, q̃ vnà cum Pactya Tabalum oppugnaſſent: & partim Prienẽſes ſubegit,partim Mæandri cãpum incurſauit,
Mazares moritur. frumentationẽ militibꝰ faciẽs,Magneſiam etiam pari modo. Poſtremò Mazares morbo correptus,vita defungitur.In defuncti locum ſuffectus Harpagus, & ipſe Medus: nimirum quem Medorum tyrannus Aſtyages indignis epulis excepit,quiq; Cyrũ in regni poteſtatẽ inuexit.Hic inq̃ à Cyro inſtitutus dux,ſimul atq; in Ioniam venit,vrbes ductis aggeribꝰ cepit.Nam vbi mœnia,ciuesq; vndique exercitu clauſiſſet,aggere ad murũ obiecto citra negociũ expugnauit: atq; ſic Phocæa prima Ionũ ciuitate po-
Phocæa quomodo capta. titur.Phocenſes primi Græcorum lõgis nauibꝰ vſi feruntur. Adriam ſimul & Thyrrheniam,Iberiam atq; Tarteſſam occupauerunt.Nauigijs aũt vtebantur nõ roſtratis,
Nauibus longis qui primi vſi. ſed penticõteris,hoc eſt,lembis quinquagenũm remorum: Hi cùm primùm Tarteſſum veniſſent,grati admodum fuerunt regi,cui nomen erat Argathonio, quiq; iam
Argathonius. 80.annis Tarteſſiorum regno ꝓfuerat. Vixit autem annis 120. Atq; Phocenſes Argathonio iſta occaſiõe redditi ſunt amiciores: q; videlicet Phocenſes iuſſit Ionia relicta, in ſua ditione ſedes deligere vbicunq; illis libẽret. Verùm vbi hoc nõ ꝓſuaſiſſet Phocenſibus intelligeretq; interim Medum in eos exercitum ducere, pecunias numera-
Phocenſiũ murus. uit ad vrbem muro circundandam, & quidem liberaliter numerauit. Siquidem ipſius muri ambitus non paucorum eſt ſtadiorum, totusque è maiuſculis lapidibus,

ijsque

ijsq; affabrè cõcinnatis. Et murus quidẽ ille hoc pacto fuit cõstructus. Porrò Harpagus exercitum ꝓmouens, vrbẽ oppugnauit: cùm postulasset prius, si vellent Phocenses sibi sat esse, vnũ duntaxat muri ꝓpugnaculũ demoliri, vbi habitationẽ extrueret, cætera illis se ꝓmissurũ intacta. Phocenses seruitutẽ auersantes, rñderunt diẽ vnũ se ad cõsultandum sumpturos, interim dum cõsultaret, ille exercitũ ab vrbe reduceret. Harpagus aũt quanq; se scire diceret qd facturi essent, tñ ꝓmissurum vt cõsultarent. Eteñ simul atq; ille exercitũ reduxit, Phocẽses cõtinuò lẽbos instruunt, qb⁹ liberos vnà cũ vxorib⁹ atq; supellectile vniuersa imponerent: ad hæc statuas quoq; & donaria, nisi q̃ vel ferrea vel lapidea, aut deniq; picta essent, oĩa nauib⁹ important, qbus & ipsi cõscensis, soluerunt: traiecerunt q̃; in Chium. Phocæam aũt iã desertã hoĩbus, occupauerunt Persæ. Phocenses aũt postq̃ ipsis Chij insulas quas Oenusas vocant, licitantibus addicere nollent, metuẽtes ne illuc emporium transferret, obq̃ hanc causam hæc eorũ insula clausa fuit, cõcesserunt q̃; in Corsicã. Hic eñ iã ante 20. annos ciuitatẽ ex vaticinio cõdiderũt, noĩe Alaliã. Interea Argathonius fatis cõcesserat. Porrò Corsicã traiecturi Phocenses, prius diuerterunt Phocæã, ꝑsidiaq; illic Persarum, q̃ ab Harpago fortè custodiæ causa relicta fuerant, trucidarunt. Quibus patratis, quotquot ex classica sodalitate supererant, cõmuni cõsilio sese mutuis execrationibus dirisq; deuotionib⁹ astringunt. Ad hæc grande saxũ in mare demergunt, iuramentoq; cõfirmant, nõ prius se de repetenda patria cogitaturos, q̃ saxũ vadis imis leuatum renarit. Cõmodũ verò ꝓfectionem molientib⁹, plusq̃ dimidiã eorũ partẽ desideriũ cepit ingens paterni soli, morumq; Phocensium. Et pleriq; etiã violato iuramento remigrarunt in Phocæã. Alij verò iureiurãdo satisfacientes, soluẽtesq; ex Oenusis, Corsicã rectà petunt. Quò cùm appulissent, cõmuniter habitabãt vnà cũ alijs colonis annis 5. sacraq; erexerunt. Cæterùm vbi iã vicinos circunquaque hostili more popularent, cõmuni sententia bellum in eos adornant Thyrrheni atque Carthaginienses, vtrique sexaginta nauibus instructi. Phocenses ex aduerso armati sexaginta quoq; naues milite implent, obuiamq́ue illis procedunt in mare, quod appellat Sardonium. Cõmissa classica pugna, Phocensibus Cadmæa q̃dam contigit victoria. Nam quadraginta illis naues perierunt, reliquæ viginti contusis rostris factæ inutiles. Regressi aũt Alaliam, sumptis liberis, vxoribusq;, atque reliquis facultatibus, quantum naues ferre poterant, relicta Corsica demigrarunt in Rhegium. Verùm è nauibus illis q̃ perierant, quotquot homines in Carthaginiensium Thyrrhenorumq; manus ꝓuenerunt (capti eñ plurimi) hi oẽs protracti è nauibus, lapidibus obruti sunt. Deinceps verò q̃cunque ex Agyllensium vel pecoribus, vel iumentis atque hominibus locum illum accesserunt, vbi Phocenses lapidati fuerant, cõtinuò morbida fiebant, stupore atque igne corripiebant sacro. Agyllenses Delphos miserunt, volentes cõmissum illud expiare. Pythia hæc eos iussit facere, q̃ etiam nunc ab Agyllæis obseruantur. Nã & iusta illis ꝓsoluunt magnificè, & gymnicum celebrãt certamen. Et Phocenses qdẽ huiusmodi fato vsi sunt. Illi autem q hinc ꝓgressi Rhegium cõfugerant, ciuitatem condiderunt in agro Oenotriæ, q̃ nunc appellatur Hyela. Atque Phocensium in Ionia res sic habent. Simile quiddam accidit Teijs, quos simul atq; aggerum beneficio cepisset Harpagus, oẽs conscensis nauibus traiecerunt in Thraciã, ibidemq; vrbem condiderunt Abdera, cuius fundamenta prius iecit Temesius Clazomenius: sed nihil ꝓ hac sua opera fructus reportãs, à Thracib⁹ explosus est, nunc tñ à Teijs apud Abdera heroum colitur honoribus. Hi igitur Ionum soli seruitutem non ferentes, patrium solum reliquêre. Verùm alij Iones, ꝑter Milesios, ꝓlio superati tandẽ, accesserunt Harpago, sicut & illi q defecerunt, virosque se strenuos declararũt, ꝓ suis q̃sque fortiter pugnãs. Superati aũt & capti, in sua quique patria remãserunt, eaque q̃ imperabant subierunt Milesij, q iã Cyro fœdere astricti, quietẽ agebãt, quẽadmodum superius à me cõmemoratum est. Hunc itaq; in hunc modũ Ionia secundò in seruitutẽ redacta. Porrò vbi Ionib⁹ ijs potit⁹ esset Harpag⁹ q cõtinẽtẽ habitabãt, insulani horum exemplo con

Phocensium demigratio.

Oenusæ insulæ.

Phocensiũ execratio. Massa ferrea μύδρος.

Thusci & Thyrrheni.

Phocenses prælio victi à Corsicis, insula coguntur secedere.

Phocenses capti lapidantur.

Phocensiũ iusta.

Teiorum demigratio.

Insulanorũ deditio.

plo cõterriti, vltrò seſe dediderunt Cyro. Iã verò Ionib⁹ etiãsi malè affectis, nihilominus seſe ad Paniomium recipientib⁹ audio Biãtem Prienẽũ saluberrimum dediſſe cõ-

Biãtis Prienei cõsiliũ spretũ ab Ionibus.

silium, cui si obtemperaſſent, licuiſſet Græcorum oĩm feliciſſimos viuere. Siquidem ille suasit, vt cõmuni classe soluentes, Sardiniã peterent. Ibidem vna quadã vrbe oĩm Ionum cõstructa, absq; seruitute liberi feliciterq; viuerent: nimirum insula inter oẽs maxima recuperata, alijs imperarent. Sin autẽ manerent in Ionia, nullã sibi apparere libertatis spem. Hæc Biantis sententia ipsis Ionib⁹ periclitantibus ꝓdita fuit. Sanum

Thaletis Milesij cõsilium.

quoq; Thaletis illud cõsilium, iã ante subactã Ioniã datum: nempe q̃ iusserat Ionas vnã quandã cõmunem curiã habere, eamq; in Teio: ꝓptereà q⁹ Teos in media esset Ionia. Alias autem vrbes habitatas nihilominus huic parituras q̃ aliarum vrbium tribus, legibus parérent. Atq; hi qdem huiusmodi cõsilia dederunt. Harpagus subacta Ionia, in Caras exercitum traduxit, & Caunios atq; Lycios, vnà ducens Ionas atque Æoles. Nã Cares ab his oriundi, ex insulis ꝓgressi sunt in cõtinentem. Olim em̃ Mi-

Cares. Leleges.

noï paruerunt, appellabantq; Leleges, & insulas habitabãt, tributum autem nullum pendebant, quantum equidem possum superiora repetendo è lõgissimo auditu cõiectare. Ijdem cùm Minos flagitabat, naues ei implebant. Ille felici vsus belli successu,

Carum inuenta. Clypei lora. Crista galeæ.

multos agros populat⁹ est. Caricæ gentis oĩm q̃ illis temporib⁹ claruerunt ingeniosissimę, memorant̃ tria inuenta: quippe galeis cristas imponere, primi docuerunt Cares, clypeis signa adiunxêre, postremò lora quoque scutorum excogitauerunt: anteà nanque citra habenas gestabãt quotquot clypeis vtebant̃, & baltheis duntaxat coria ceis fultos, collo sinistroque humero sustinebant. Post Caras verò tpe longo succe-

Dores atq; Iones.

dente, Dores atque Iones ex insulis egressi, in continenti sedes posuerunt. Hunc in

Cares indigenæ.

modum Cretenses de Caribus referunt. Quanq̃ his non assentiunt̃ Cares, q̃ se Aborigines atque indigenas esse memorant, eodemque noïe vsque vsos. Apud Mylassos

Mylassorũ fanum.

Iouis Carij delubrum ostentant vetustissimum, quo communiter Mysi quoque atque Lydi vtunt̃, vt q̃ Carib⁹ sint germani. Quippe tam Lydum q̃ Mysum Caris fratrem appellant, atque ob id eodem vti fano. Quotquot alterius sunt gentis, etiamsi

Caunij ab origines.

Caunicorũ mores.

Carum lingua vtant̃, non tñ sacro participant. Caunij, quantum mihi videtur, indigenæ sunt, etsi ipsi se è Creta oriundos affirmant. Linguam sanè aut ipsi ad Caricam accommodauerunt, aut Cares Caunicam edidicerunt, id qd̃ ęgrè dijudicari potest. Siqdem legib⁹ vtuntur cùm ab alijs gentib⁹, tum à Carum moribus multum diuersis. Nam apud illos laudatissimum habetur, iuuentutem frequenter amoris gr̃a ad compotationes conuenire, tam viros q̃ mulieres atque pueros. Sacra principio sibi constituerunt externa, quorũ posteà ꝓtæsi, cùm patrijs duntaxat videretur vtendũ dijs,

Caunij externos exigũt deos.

Caunij oĩs ætatis sumptis armis, sacerdotem ad Calyndicos vsque montes ꝓsequuti sunt, fustib⁹ cædentes, exclamantesq; externos se exigere deos. Et huiusmodi morib⁹ illi vtebantur. Lycij è Creta ab initio originẽ traxerunt. Cretã em̃ primũ vniuersam barbari colebant: deinde cõtendentib⁹ ꝓ imperio Europæ filijs Sarpedone atq; Mi-

Milyas. Mynias forte.

noë, Minos superior fact⁹ expulit Sapedonẽ, eiusq; gregales. Hi ꝓpulsati, Asię ditionẽ occupauerunt Milyada. Et quã nunc Lycij colunt, olim erat Milyas, & Milyę iam tunc appellabantur Solymi. His igitur imperitabat Sarpedon. Mox Termilæ appellati, quo nomine etiã vicini eos appellabant tantisper, dũ Lycus Pãdionis filius à fratre Aegæo Athenis pulsus, ad Sarpedonem in Termilas abijsset, factũque esset, vt tẽ-

Lyciorum nomen & leges.

poris ꝓgressu ad Lyci nomen Lycij vocarentur. Legibus vtuntur partim Cretensiũ, partim Carum. Quanq̃ hoc vnum ꝑter cęteros homines ꝓ lege habent peculiare, q⁹

A matrib⁹ repetitum genus.

à matribus nomina sibijpsis indunt. Et si quis obuium ꝓcontetur qsnã sit, quæue familia ortus, à matribus auijsque ꝓtinus genus suum repetet. Et si qua ingenua seruo

Maternũ genus nobilius.

nupserit, liberi qui ex his suscipiuntur, ingenui atque nobiles existimantur. Sin autem vir, vel inter ciues primarius vxorem duxerit externam aut pallacam, suscepti ex his liberi putantur non ingenui. Igitur illius tempestatis Cares nullum ꝑclarum factum relinquentes, ab Harpago subacti sunt. Nec Cares tantùm, verùm & vniuersi

Græci

Græci, quotquot illam regionem tenebant. Tenebant eñ cùm & alij, tum Lacedæmoniorum coloni Cnidij, quorũ regio declinat ad pontum, appellatũ Triopium. Nã cùm initium Bybleſiæ ex peninſula incipiat, ſintq; Cnidij ꝓpemodum circunflui: eã partem qua boream ſpectat, Ceraunius claudit ſinus, auſtralem verò Symanum Rhodiumq; mare. Reliquum frontem, hoc eſt, iſthmum qui perq̃ exiguus eſt, nẽpe quinque ſtadiorum, Cnidij tentauerunt perfodere: volẽtes interea dum Harpagus Ioniã euerteret, ſuam ditionẽ in inſulæ formam redigere. Eratq; hic iſthmus quem ꝓfodere ſtatuerant, ea parte qua continentem ſpectat, Cnidia. Id iam multa manu conantibus, diuinitus arbitror aliquid repugnaſſe, quod nimirum oẽs qui manum admouerent, læderet, cùm alias corporis partes, tũ ꝑcipue oculos infeſtante petra. Cnidij miſſis nuncijs Delphos, rogant quidnam eſſet, quod tantopere conatibus eorum aduerſaretur. Pythia, vt ipſi referunt Cnidij, ſenario verſu reſpondit in hanc ſententiam:

Iſthmum neque aggerate, neque fodite.
Iupiter nanque ipſe, ſi placuiſſet, feciſſet Inſulam.

Cnidij. Triopium. Bybleſia. Iſthmus Cnidiæ.

Cùm rñdiſſet hunc in modũ Pythia, Cnidij à ꝓfodiendo Iſthmo deſtiterunt, ſequentiq; cum exercitu Harpago, vltrò ſeſe non commiſſo ꝑlio dediderunt. Pedaſij, q̃ mediterraneam ſupra Halicarnaſſum colunt, alijq; vicini maximam diligentiã adhibere ferunt, vt eorum ſacerdos Palladi ſacrã barbã habeat, id quod ter illis accidiſſe putat: hi ſoli in Caria populi Harpago diu reluctati, multum negocij exhibuerunt, montẽ extruendo, cui nomen Lyda. Tandem tamen & ipſi expugnati. Cæterum vbi in Xanthium campum exercitum ꝓduxiſſet Harpagus, Lycij contrà progreſſi, pauciq; cum multis confligentes, ſtrenuè ſeſe geſſerunt. Superati autem ꝑlio fugatique, in vrbem ſeſe recipiunt, vxores, liberos, atque pecunias vnà cum totis familijs in arcem cogũt, admotoq; igne arcem vnà cum cæteris rebus incendunt. Quæ vbi feciſſẽt, ipſi regreſſi iureiurando ſe mutuò aſtringunt, & cum hoſtibus iterum congrediunt, fortiterq; pugnando omnes oppetierunt. Ex Lycijs autem qui Xanthij dicuntur eſſe, hi oẽs ꝑter octoginta quoſdam Iſtiæorum ſunt cõuenæ. Qui octoginta tum emigrarũt, atq; ita ſuperſtites remanſerunt. Atq; Xanthum hunc in modum obtinuit Harpagus, pari modo Caunum. Nã Caunij Lycios magna ex parte imitati ſunt. Igit̃ inferiorem Aſiã Harpagus ſubegit: ſuperiorem ipſe Cyrus deuicit, oẽm gentem euertens, nullãq; relinquens. Ego illorũ geſtorum pleraq; ꝓtermittã, & ea duntaxat prodam, quæ illi q̃ plurimùm laboris exhibuerunt & memoria digna ſunt. Igitur Cyrus vbi continentẽ vniuerſam ſuæ ditionis feciſſet, Aſſyrijs bellum intulit. Aſſyriæ cùm aliæ multæ magnæ vrbes ſunt, tum verò celeberrimi nominis ac validiſſima Babylon, illic vbi euerſa ab iſtis Nini regio extiterat. ea vrbs in ingenti planicie ſita eſt, forma quadrata, magnitudine quoquò verſus centenũm vicenũm ſtadiorum, in ſumma quadringentorum & octoginta in circuitu quatuor laterum vrbis. Tãta eſt Babylonis vrbis magnitudo, quæ ita exornata eſt, vt alia nulla earum quas nos nouimus. Iam primùm foſſa ambit alta atque lata, aquæ plena. Deinde murus, quinquaginta cubitorum regiorum craſſitudine, ducentorum celſitudine. Eſt autem regius cubitus, q̃ mediocris tribus digitis maior. Operæ precium eſt me præter hæc diſſerere, quemadmodum humus è foſſa ſit egeſta, & murus effectus: Vt quidq; terræ in deprimenda foſſa efferebant, ex eo lateres ducebant, quorum cùm magnam vim extraxerant, eos in formacibus coquebant. Poſteà cœno vtentes, aſphalto feruenti per triceſimum quenque laterum ordinem ſummitates arundinum inſtipatas conglutinabant: & primùm labra foſſæ, deinde ipſum murum ad eundem modum, ſuper quem circa oras extruxerunt dictas ſingularias, alteras alteris obuerſas: inter quas tãtum intercapedinis relinquebatur, vt quadriga interagi poſſet. Eius per ambitum centum portæ ſtabant, æreæ omnes, cum cardinibus itidem poſtibuſque. A Babylone octo dierum itinere abeſt alia vrbs, nomine Is, vbi fluuius eſt haud magnus eiuſdem nominis, qui ſe deuoluit in flumen Euphratem: Hic itaque fluuius Is vnà cum aqua permultos red-

Cnidiorũ deditio. Pedaſij. Palladis barba. Lycij victi. Xanthij. Iſtiæi. Caunij. Babylon. ſitus. Cubitus regius qd. Babylon. conſtructio. Is vrbs & flumen.

dit

dit aſphalti bituminis grumos, q̃ aſphaltus ad murum Babylonis cõportabat. Hunc in modum Babylon extructa eſt. Eius duæ ſunt plagæ, quas interfluit fluuius nomine Euphrates, qui magnus & altus & celer, ex Armenijs in rubrum mare decurrit. In hunc vterq; murus lacertos exporrigit, eiusq; incuruæ vtrinq; ripæ coctilib⁹ laterib⁹ ꝓ maceria ꝓtexunt. Ipſa vrbs plena domib⁹ eſt ternarũ quaternarũq; cõtignationũ, ſecta in vias rectas, cùm alias, tum verò trãſuerſas, q̃ ad flumen ꝓtingunt. Ad quarum ſingulas ꝓ numero vicorũ portulæ factæ ſunt in maceria, q̃ flumen ſepiebat, & ipſæ æreæ, & ad flumen idẽ ferentes. Et hic qdẽ murus lorica eſt. Alter verò interior non multò q̃ hic debilior, ſed exilior. In vtraque vrbis media platea, eſt murus erectus, quorũ hic regiã cõprehendit ambitu ꝑgrandi atque valido: In altero Iouis Beli templum plum æreis portis, id quod mea etiã nunc ætate extat, duorũ vndecunq; ſtadiorũ amplitudine, figura quadrata. In ſacri medio turris ſolida, craſſitudine ſimul & altitudine ſtadij, cui alia rurſus ſuperimpoſita turris, & huic deinde alia, ad octauã vſque. His extrinſecus ſcalæ ſunt in circuitu adhibitæ, ꝓ quas ad ſingulas cõſcenditur turres. In medijs gradib⁹ ductus, ſellæq; in hoc factæ, in q̃b⁹ aſcẽdentes liceat ſedere ac cõquieſcere. In poſtrema turri ſacellum eſt aliud, in quo lectus eſt ſplẽdidè ſtratus, & appoſita in mẽſa aurea. Statua in hoc ſacello nulla eſt, neq; hîc noctu cubat hoĩm aliq̃s, ꝑter mulierẽ vnã ex indigenis, quã ex oĩbus deus delegerit, vti narrãt Chaldæi huius dei ſacerdotes. Narrãt eñ illi, tametſi mihi parũ credibilia referre videnť, deum videlicet ipſum tẽplum ingredientẽ, in hoc cubili cõquieſcere, ſicut & Thebis Ægyptiacis. ad eũdẽ modũ in Thebani Iouis fano, ſi modò Ægyptijs fides habẽda eſt, mulier quoq; cubare creditť: quæ mulieres cum viris nõ putanť habere conſuetudinẽ. Idẽ fit apud Patara Lyciæ ciuitatẽ, qñ oraculum celebrãť. Neque eñ id fit ꝓpetuò: vbi id futurũ eſt, vates noctu in tẽplum cõcludit. Porrò in Babylone ꝑter hæc cõmemorata, aliud eſt ſacellum inferius, quod Iouis magnã habet ſtatuã, eãq̃ aureã, pone menſam, & ipſam auream, ſimul & ſuſtentaculum cum ſella, oĩaq̃ aurea, adeò vt Chaldęi octingentorum talentorum auri opus exiſtiment. Extra templum altare eſt, & ipſum aureum: atque ꝑter hoc aliud altare ingens, in quo ſolennes hoſtiæ immolanť, quãdoquidẽ aureũ illud nõ licet hoſtiarũ ſanguine polluere, ꝓterq̃ lactentium. Inſuper in hoc maiuſculo altãri Chaldæi quotãnis centũ millia talentorum thuris adolent, qñ huic ſuo deo ſacra faciunt. Eratq̃ in hoc templo etiãnum illo tempore ſtatua duodecim cubitorum è ſolido auro: quanq̃ ego hanc non vidi, ſed ea refero q̃ à Chaldęis referunť. Hãc ſtatuã Darius Hiſtaſpis filius inſidioſè captãs, nõ auſus tñ fuit diripere, ſed quã poſteà Xerxes Darij filius abſtulit, ſacrificio (qui vetabat ſtatuã loco dimoueri) interempto. Atque illud templum hoc pacto fuit ornatum. Sunt & multa priuata donaria. Huius Babylonis multi quoque alij reges extitêre, quorum in exponendis rebus Aſſyrijs mentionẽ faciã, qui & muros ornauerunt & templa: & inter eos duæ fœminæ. Harum prior, q̃ quinq; ætatibus ante poſteriorem regnauit, vocata eſt Semiramis. Hæc per planitiem aggeres extruxit ſpectaculo dignos, cùm antehac fluuiũ eam omnem reſtagnare ſolitus eſſet. Poſterior regina Nitocris noſe extitit ſuperiore ſolertior. Cuius cùm alia monumenta extiterũt, q̃ ego cõmemorabo, tum verò hoc, quod animaduertens imperium Medorum ingẽs ac pacatum, ſubactásq; ab his multas vrbes, & inter has Ninum, ꝓmuniuit ſe omnibus q̃ potuit maximè. Ante omnia fluuium Euphratem, q primùm mediã ipſorum vrbẽ interfluens, rectus erat, tortuoſum reddidit, foſſis ſuperius depreſſis, adeò vt quendã Aſſyrię pagum, nomine Arderica, ter influat, & qui nunc è mari per Euphratem Babylonem verſus ſubuehuntur, ter ad hunc eundem pagum applicent, idq; triduo. & hunc quidem talem reddidit. Aggerem verò ex vtroq; fluminis labro aggeſſit viſu mirandum: tantę eſt & magnitudinis & ſublimitatis. Multò ſupra Babylonem, aliquantulum ſeorſum à flumine, effodit paludis eluuiem, profunditate quidẽ ad aquam ſemper ducta: latitudine verò eis quoquò verſus trecentorum viginti ſtadiorum. Hęc foſſitia humus ad fluminis ripas

aggeſta

Euphrates.

Iouis Beli templum.

Thebę Ægyptiacæ.

Patararũ oppidum.

Darius. Xerxes.

Semiramis

Nitocris eiusq; egregia monimenta.

Euphrat. ductus atque anfractus.

aggeſta eſt,quem locum vbi depreſſit, crepidinem ambitus eius lapidibus induxit. Hæc duo,vt flumen flexuoſum & lacuna tota foſſa eſſet,ideo fecit,vt fluuius per multos anfractus retentus,ſedatior mearet,& nauigationes in Babylonem eſſent tortuoſæ,& ex ipſis nauigationibus lõgus ambitus lacunæ excipereť. Ad hęc, quęcunq; erat regio ad inuadendum opportuna,& cõpendiaria ex Medis via, hanc interſepſit, ne Medi cõmercio Aſſyriorum ipſius negocia cognoſcerent. Et hæc q̃dem ex ꝓfundo circũiecit. Cæterùm ex eis talem fecit cõmunitionem: Cùm ſit vrbs in duas dirẽpta regiones,fluuio medium tenente,quoties aliquis ex altera in alteram regionem tranſire volebat ſub regib⁹ ſuperioribꝰ,is neceſſe habebat nauigio tranſire: quod erat (vt reor) ſanè moleſtum. Huic rei proſpexit: ſiquidem vbi effodit effluuium lacus, aliud opere eodem monumentum ſui reliquit. Saxa ꝓgrandia ꝑcidit, q̃ vbi in expedito fuerunt,& locus depreſſus,in locum ipſum quem depreſſerat, omnem fluminis curſum auertit. Cùm hic locus effoſſus impleret,interea priſtino alueo arefacto, oras fluminis intra vrbem ac deſcenſus,qui ex portulis ad flumen ferunt, extruxit coctis lateribus eadem ratione qua muri extructi ſunt. Extruxit item circa mediam fermè vrbem pontem ex ijs quos effoderat lapidibus,ferro eos ac plumbo deuinciens. Hunc ſubli cijs quadratis,ꝓ quem Babylonij tranſirent,interdiu cõmittebat, eaſdem noctu tollebat: hac videlicet cauſa,ne ꝓ noctem tranſeuntes mutua furta exercerent. Vbi lacuna repleta eſt flumine,& opus pontis exornatum,tunc fluuium Euphratem è ſtagno in priſtinum reuocauit alueum: atq; ita lacus quem foderat,viſus eſt vtiliter factus,& pons in vſum ciuium extructus. Eadem regina hunc machinata eſt dolũ: Supra portas vrbis celeberrimas,in loco edito atq; cõſpicuo,ſepulcrum ſibi extruxit,atq; his literis inſcripſit: Si cui regum Babylonis poſt me futurorum fuerit pecuniæ penuria, aperto ſepulcro ſumat quantumcunq; libuerit pecuniæ,duntaxat indigens,alioquin ne aperiat. Nõ em̃ bonum fuerit. Hoc ſepulcrum tàm diu fuit immotum,dũ regnum ꝓuenit ad Darium. Is indignum eſſe ratus,ſe neq; vti quippiam his portis (ideo autẽ nõ vtebať,ꝙ ſupra caput ipſius tranſeuntis mortuus ſitus eſſet) neq; ſumere pecunias repoſitas,& eas ipſum ꝓuocantes,reſerauit monumentum: in quo non q̃dem pecunias inuenit, ſed literas ita dicentes: Niſi pecunia eſſes inexplebilis, & turpis lucri cupidus,haud aperuiſſes vrnas defunctorum. Talis extitiſſe hæc regina memorať. Aduerſus cuius filium Labynitum,patris nomen,& Aſſyriæ imperiũ habentem, Cyrus exercitum duxit. Ducit autem rex* magnus exercitum,probè domi cõparata re frumentaria,atq; pecuaria. Portať item aqua ex flumine Choaſpe,Suſa ꝑterfluente,quo vno ex oĩb⁹ fluminibus rex potat. Cuius Choaſpis aquam decoctam, & in argentea vaſa diffuſam,ferentes ꝓmultæ carrucæ quatuor rotarum mulis trahentibus, aſſiduè comitanť,quocunq; ille ꝓficiſcitur. Cyrus Babylonem tendens,vbi venit ad Gyndẽ amnem (q̃ in Mantienis ortus montibus, ꝓ Dardaneos in Tigrim alterum amnem fluit,q̃ Opin vrbem ꝑterlabens,rubro infundit mari) conabatur hunc fluuium Gyndem traijcere,cùm non poſſet niſi nauibus traijci. interim ei q̃dam è ſacris equis candidis petulanter ingreſſus fluuium,tranſire conabatur. Hunc fluuius vorticibus contorquens,obruendo abripuit. Cyrus perq̃ ægrè ferens hanc fluminis iniuriã,illi comminatus eſt,ſe ſic reddituꝝ eum tenuem,vt poſthac facile vel à mulieribus tranſiri poſſet,ne genua q̃dem tingentibus. Hæc minatus,expeditione in Babylonem intermiſſa,copias ſuas bifariam diuiſit. Dehinc alueos ad funiculum deſignauit centenos & octogenos,vtrinq; ad Gyndis labra oĩnò conuerſos,quos diſtributis copijs effodi iuſit. Et opus quidem,vt quod à tanta multitudine fieret,perficiebatur: tñ in eo faciendo eam æſtatem triuerunt. Cyrus vbi Gyndem mulctauit in trecentos & ſexaginta riuos diductum, & alterum ver illuxerat: ita porrò ire Babylonem pergit, Babylonijs eum ꝓducto exercitu ꝓſtolantibus. Qui vbi ꝓpius vrbem ille ꝓmouit, cum eo conflixerunt, pręlioque fugati,in oppidum ſe receperunt. Ij tñ quia Cyrum iam pridem animduerterant inquietum eſſe,viderántque omnes pariter gentes aggredien

Epitap. Nitocreos, quod tamen à Plutar. Semiramidi attribuitur.

* Στρατεύει δὲ βασιλεὺς ὁ μέγας, id eſt, duxit autẽ rex magnus exercitũ.

Et ita vertendũ eſt: Siquidẽ res geſtæ Perſarũ Magni dicebantur, vt in ſchol. Ariſtophia. annotatur in Plut.

tem,cõportauerant multorum ſanè annorum cõmeatus. Ideoq; tunc obſidionẽ nul lius momenti faciebant.Et Cyrus cùm iam in longo tpe nihil admodum res ꝓficerent,inops cõſilij erat. Tãdem ſiue alius ei anxio ſuggeſſit, ſiue ipſi in mentem venit qd in rem eſſet,ſic ſtatuit faciendum: Inſtructis vniuerſis copijs,partim quà fluuius vrbem ingredit̃,partim à tergo quà egredit̃,ꝑcipit,vt dum cernerent alueum poſſe trã ſiri,illac vrbem inuaderent.Ita inſtructis atque admonitis ſuis,cum inutiliori exercitus parte abijt ad ſtagnum.Eò vbi ꝓuenit,q̃ Babyloniorum regina fecerat apud flumen,& apud ſtagnum,quod erat palus,eadem ipſe fecit.Nam reuocato flumine, alueum eius priſtinum vado tranſibilem reddidit. Id tale vbi actum eſt,Perſę q ad hoc ipſum inſtructi erant,ꝓ alueum vnde fluuius Euphrates abſceſſerat, mediorum ferè femorum tenus gnauiter Babylonem introierunt. Quos Babylonij ſi factum Cyri prius aut audiſſent aut ſenſiſſent,haud dubiè cõtempto eorum ingreſſu,peſſimo exitio affeciſſent.Nã obſeratis oĩb⁹ q̃ ad flumen ferunt portulis,conſcenſiſque ſeptis,ip ſi ꝓ ripis ſtãtes illos ꝓgreſſos veluti in cauea excepiſſent.Nunc ex inopinato eis Perſæ aſtiterunt: & cùm capti eſſent q media vrbis incolebant Babylonij, ꝓpter eius tñ magnitudinem nõ ſentiebaẽ (vt ferũ) ab his q circa extrema habitabant.Sed fortè qñ dies feſtus eis eſſet,exercendis choreis atque oblectationibus opera dabaẽ,donec plane rem animaduerterunt. Atque ita primum capta eſt Babylon. Cuius vrbis quanta ſit potentia,cùm ex alijs multis pandã,tum verò ex hoc,q cùm regi magno omis plaga,cui imperat,ſit diſtributa in ipſius atq; exercitus eius alimentum, ꝑter tributa ex duodecim, qbus annus cõſtat,menſibus,quatuor regio Babylonia, octo reliquis eũ omnis Aſia alit.Ita huius regionis potentia tertiã Aſię partem equiparat,& eius principatus,quem Satrapiam Perſę vocant,omnium ꝓuinciarum lõge eſt optimus,adeò vt Tritæchmæ Artabazi filio,qui ꝓ rege tributum hoc exigebat,ſingulis diebus ſingulæ argenti plenæ artabæ penderent̃.Eſt autem artaba menſura Perſica, capacior q̃ Atticus medimnus tribus chœnicibus Atticis.Ad hæc erant ei peculiares equi, ꝑter bello deſtinatos,admiſſarij 800.cum equarum quibus admittebãtur 16000.nam ſinguli ad vicenas admittuntur. Prætereà canum Indicorum tanta alebatur multitudo, vt ad ꝓbenda eis cibaria,quatuor in eadem planitie magni vici attributi eſſent, aliorum tributorum immunes. Atque hæc præſidis Babylonis peculiaria erant.In Aſſyriorum terra parum pluit.quod in ea frumenti germinat,id demum eſt, quod ex flumine irrigatur.Irrigatur autem ſeges,& frumentum prouenit, non quemadmodum in Ægypto,flumine ſua ſponte in rura aſcendente,ſed manibus atque ſcrobibus irrigatum.etem̃ Babylonica regio oĩs,quemadmodum Ægyptiaca diſtinguit̃ in foſſas, quarum maxima nauibus tranſiri poteſt,ad ſolem hybernum vergens, ex Euphrate exiens in Tigrim alterum flumen,iuxta quod vrbs Ninus ſita erat. Hæc regio omnium quas nos vidimus,longè optima eſt,duntaxat ferendo frumento. Nã in arborib. ferendis,ficu,vite,olea,nequaq̃ de principatu cõtendit. Cereris autem fructu ꝓcreando adeò ferax eſt,vt nunq̃ non ferè ducenta reddat: & vbi ꝑſtans bonitate ſe vincit,etiã ad tricena,quaternũm ferè digitorum latitudine triticeis atque hordeaceis folijs.milij verò ac ſeſami ꝓceritatem inſtar arborum etſi mihi cõpertam, tñ memorare ſuperſedeo,probè ſciens,his qui nunq̃ Babyloniam regionem adierunt,q̃ de frugiferis dicta ſunt,perq̃ incredibilia viſum iri. Oleo neutiq̃ vtuntur,niſi quod ex ſeſamis faciunt.Sunt eis paſſim per omnem regionem palmæ ſua ſponte naſcentes, pleræque fructiferæ: ex quibus & cibos & vinum & mel conficiunt,curantes more ficorum.Harum,vt aliarum arborum,Græci maſculas vocant,quarum fructum his q̃ palmulas ferunt,alligant,vt illinc prodiens culex,palmulas penetrans cogat matureſcere,alioqui occaſuras.Maſculæ enim in fructu culices ferunt,quemadmodum caprifici.Venio ad id,quod, ex oĩbus q̃ de ea regione ſecundum ipſam vrbem, mihi ꝓ ſummo miraculo eſt diſſerendum.Nauigia illorum q̃ ꝓ flumen commeant Babylonem, omnia ſunt orbiculata atque coriacea,q̃ pecuarij Armenij, qui ſupra Aſſyrios incolunt,

Babylon à Cyro capitur.

Satrapia Perſarum.

Artaba menſura.

Numerus equorũ regis Babyl. & canum.

Aſſyriæ ſiccitas.

Nini ſitus.

Babyloniæ fertilitas.

Milij ac ſeſami proceritas.

Palmæ Babyloniæ.

Babyloniorum nauigia.

lunt,ex cæſis ſalicibus faciunt,inſtruuntq; pellibus,nudo illarum extrinſecus poſito in modum ſoli:neq; puppe diſcreta,neq; prora acuminata,ſed in ſpeciem clypei magis orbiculata.tale nauigium ſtramẽtis ſtipatum,fluuio deferendum ꝓmittunt, cùm alijs rebus,tum verò dolijs è palmularum vino onuſtum, dirigentibus illud duobus, cum totidem palis:quorum alter introrſum palam trahit,alter exterius pellit. Fiunt aũt nauigia hæc & magna admodum,& minora,quorum maxima quæq; ferunt pondus 5000.talentorum,ſingula ſingulos aſinos viuos intus habentia,maiora etiã plures.In quos illi poſtq̃ nauigantes Babylonem ꝓuenerunt,onusq; diſtraxerũt,lignaq; nauigij,atque oĩa ſtramenta adduxerunt,pelles cõgerunt, & eos in Armeniã agitãt. aduerſo em̃ flumine nauigari ꝑ illius rapiditate nullo pacto poteſt. Qua ex cauſa nõ ex lignis,ſed ex pellibus nauigia fiunt.Ijdem vbi aſinos agitando in Armeniã redierunt,alia ad eundem modum nauigia cõparant.& naues q̃dem eorum tales ſunt. Amictu aũt tali vtunt: duabus amiciuntur tunicis,vna linea vſq; ad pedes demiſſa, altera ſuper hanc lanea : poſtremò cãdida &breui penula circundantur. Calceos gerunt gentis more,ſoleis Thebanis ſimilimos. Capita habentes comata mitris redimiunt, vnguentis toto corpore delibuti. Anulum ſignatorium ſinguli geſtant,&ſceptrũ affabrè factum,cui ſuperſtat aut malum,aut roſa, aut lilium, aut aquila, aut aliud ꝙppiã. nam abſq; inſigni geſtare ſceptrum,ipſis nefas eſt. Atq; hic eorũ corporis eſt cultus. Leges verò q̃ conſtitutæ ab ipſis,hæ ſunt: Vna quidem prudentiſſima, altera autem (quantũ ego ſentio) qua Henetos ex Illyrijs audio vti ꝑ ſingulos pagos. Semel quotannis iſta fiunt. Vbi virgines effectæ ſunt nubiles,eas congregant, & vniuerſas vnũ in locum conducunt,quas circunſiſtente virorum frequentia,ſurgens ꝓco ſigillatim vendit,ſed primum pulcherrimam oĩm,ſecundum hanc(vt q̃ plurimo vendaẽ auro) aliam euocat,q̃ poſt illam eſt ſpecioſiſſima. Vendunt autẽ in contubernium,quarum pulcherrimas quaſque Babylonij,q locupletes,& ijdem cælibes ſunt, mercantur, vt quiſque licitando alterum ſuperat. At ex plebe q ſunt cælibes, his non eſt opus pulchra forma,ideo pecunias ac turpiores accipiunt virgines.Nam ꝓco,vbi virginũ ſpecioſiſſimarum peregit venditionem,excitat deformiſſimã, ſi quis illorum mercari volens exiſtat,edicitq; quiſquis velit q̃ minimo auri ſumpto eam in matrimonium habere,donec illi qui minimo contentus eſt,fœmina addicitur. Ita aurum ex ſpecioſis virginibus conficitur,& ꝑ eaſdem cuicunque volenti deformes ac debiles collocantur. Quarum nullam cuique emptori fas erat ſine fideiuſſoribus abducere, ſed datis fideiuſſoribus de cõtubernio vxoris ita demum licebat abducere:ſi de hoc non conueniebat,lex lata erat vt aurum illi redhiberet. Quinetiam ex alio pago venientibus licebat vxorẽ mercari,ſi vellent.Hæc apud eos honeſtiſſima lex erat, q̃ tñ non perſeuerauit.Nouiſſimè aliud quiddam excogitauerunt,ne quis fœminas iniuria afficiat, neue quis aliam in vrbem abducat.Nam poſteaq̃ expugnati malè accepti ſunt,remq; domeſticam abſumpſerunt,vnuſquiſque plebeius ob victus inopiam filias ſuas adigit ad q̃ſtum corpore faciendum.Alteram item ſapienter condiderunt legem,languẽtes efferendi in forum(neq; em̃ medicis vtunt)vt de eorum languore conſulant qui eos adeunt,ſi qs & ipſe eundem paſſus eſt morbum,aut alium vidit patientem. Hæc viri q illos adeunt conſulunt,hortanturq; ad ea q̃ ipſi faciendo effugerint ſimilem morbum,aut alium nouerint effugiſſe.Nec fas eſt cuiquã languentes ꝓterire ſilentio,nec antequam exploraverit quónam laboret ille languore. Sepulcra eiſdẽ in melle ſunt, luctus funebris Ægyptio ꝑſimilis. Quoties cum vxore miſcetur vir Babylonius,adhibito thymiamati aſſidet,& ex aduerſo mulier idẽ facit.Sub diluculum abluuntur ambo,nullum vas priuſquam ſe abluerunt tacturi. Eadem & hæc Arabes faciunt. Vna ijſdem Babylonijs lex eſt,omnibus modis execranda.nempe oĩbus mulieribus indigenis commune eſt,ſemel in vita ad Veneris templum deſidentibus, cum externis viris congrediendi habere.Cæterùm cùm pleræq; ſint diuitijs tumentes, q̃ ſui copiam facere nolunt,hæ vehiculis cameratis ſubuectæ,pro templo conſiſtunt,relicta

Babyloniorũ cultꝰ.

Babylo.leges & inſtituta.

Virginum auctio apud Babylonios.

Aegroti quib' modis curentẽ apud Babylonios.

Sepulcra mellea.

Babyl.lex.

interim à tergo magna famulitij turba. Pleræque etiã hunc in modum faciunt: Ad tẽ plum Veneris ſedent, nodis corollisque tempora reuinctæ, è quibus dum aliæ ſeorſum abeunt, aliæ egrediunt. Nam diuerticula vndecunq; ſic funiculis diſtincta aditũ præbent externis ad mulieres illas, quam cuiq; libuerit deligẽdam. Porrò cùm ſemel illic conſederint, non prius domum regrediuntur, quàm hoſpitum aliquis pecuniam mulieri in ſinum iniecerit, & cum eadem à fano ſeorſum abducta rem habuerit. Hoſpitem autem illum qui pecuniam obtulit, dicere oportet: Tanti ego tibi deam Mylitam imploro. Mylitam enim Aſſyrij Venerem appellant. Ac verò pecuniam illam, quantulacunq; ſit, non eſt fas reijcere, ſiquidem in ſacrum conuertitur vſum. Neque mulieri etiam permittitur hoſpitem aliquem repudiare, ſed quicunque is eſt, qui pecuniam obiecerit primùm, hunc illa ſequitur citra delectum. Poſtremò vbi iam congreſſa fuerit cum externo mulier, dea expiata, domum reuertit. Ac deinceps haud ita multo conduxeris. Iam q̃ forma ſunt elegantiori, citius (vt par eſt) expediuntur: q̃ verò deformes, diutius coguntur deſidere pro templo anteq̃ legi faciant ſatis. Fitq; interdum, vt vno atq; altero anno, aut etiam triennio atq; diutius expectare oporteat miſeras. Alicubi, nempe in Cypro, ſimilis q̃dam lex eſt. Hæc ſunt Babyloniorum inſtituta, quorum tres ſunt familiæ, quæ nullo alio niſi piſcibus victitant. Quos captos vbi arefecerunt ad ſolem, hoc faciunt: In pilam deijciunt, ac piſtillis pinſunt: deinde linteis conſeruant, vnde quiſquis vult conſpergit, offamque facit, quam in modũ panis torreãt. Cyro poſt hanc gentem ab eo ſubactam, inceſſit cupido Maſſagetas in ſuam poteſtatem redigendi. Quæ gens fertur & magna eſſe & robuſta, ad auroram ſolisque ortum ſita, trans Araxem fluuium è regione Iſſedonorum. Sunt qui dicant eã Scythicæ nationis. Araxes Iſtro maior, & idem minor eſſe memoratẽ: & in eo frequẽtes inſulæ Lesbo pares magnitudine: & homines qui illas incolunt, æſtate veſci radi cibus quibuſcunq; quas ipſi euellunt. Arborum autem fructus, quos maturos cõperiunt, in cibum reponere, quo per hyemem veſcantur. Apud eos etiam inueniri arbores talem fructum ferentes, qui iactus in ignem ab his, qui ad ſe calefaciendum cõuenerunt, foco circunſedentes incenſo igne ſic ebrios reddit odore ſuo, vt vinum Græcos: & eò vehementius, quò plus eius fructus fuerit iniectum, quoad conſurgatur ad tripudiandum, ac perueniatur ad cantum. Atq; hæc fertur eorum eſſe viuendi cõſuetudo. Araxes porrò fluuius à Mantienis quidem, vnde & Gyndes (quẽ Cyrus in trecentos ac ſexaginta diduxit riuos) fluit, ſed p ſexaginta ora prorumpens, q̃ vno excepto in paludes, eluuieſq; euoluitur, vbi feruntur homines habitare, qui crudis victitent piſcibus, & p veſtibus vtanẽ vitulorum marinorum pellibus. Reliquum illud p apertum fluit in mare Caſpium, quod mare per ſeſe eſt, nec vllo cum alio commiſcetur. Nam & illud quod Græci omnes pernauigant, & id quod extra columnas vocaẽ Atlanticum, & Rubrum, idem eſt mare. Caſpium verò alterum, ac p ſe ipſum eſt longitudinis quindecim dierum curſu nauis q̃ remis vtatur, latitudinis vbi ſpacioſiſſimũ eſt, octo dierum: qua ex partè ad veſperum vergit, Caucaſo p̃tentum monte, cùm maximæ vaſtitatis, tum ſummæ altitudinis, multas atq; in ſe omnifarias gentes habente, ac pleraſq; oẽs agreſti materia victitantes, vbi arborum frondes, his q̃ ſunt apud nos ſimiles feruntur eſſe, quibus contuſis & aqua dilutis, illi animalia ſibi per veſtes inſcribere dicuntur: eaq; animalia nunquam elui, ſed perinde atq; ab initio eſſent intexta, ſic cum reliqua lana veteraſcere. Horum quoq; hominum cõcubitus ſicuti pecorum in propatulo eſſe. Et ad veſperam quidem vergens hoc mare quod Caſpium vocaẽ, Caucaſus cohibet: qua verò parte vergit ad auroram orientemque ſolem, planicies excipit proſpectu immenſæ magnitudinis. Quam ſpatioſam planiciem non ex minima parte Maſſagetæ poſſident, quibus bellum Cyrus inferre cupiebat multis ac magnis ſolicitatus incitatuſq; cauſis. Primùm ſua genitura, quòd videbatur maius q̃dam homine eſſe. Secundo loco, felicitate qua fuerat vſus aduerſus hoſtes. Quacunque enim gentem Cyrus inuaſerat, ea gens nullo pacto potuerat euadere. Erat autem

Mylita.

Cypriorũ lex.

Cyrus in Maſſagetas.

Iſſedoni.

Fructus ebrios reddens.

ncubi- in pro- tulo. ſpium are.

tem Massagetarum regina defuncto viro Tomyris noīe, ad quam in coniugiū̃ petendam Cyrus misit verbo duntaxat, volens eam habere vxorem. Animaduertens illa nō̃ se in cōiugium, sed regnum Massagetarum peti, accessum Cyro interdicit: Posteà Cyrus cùm dolus nō̃ ꝓcederet, ꝓgressus vsq; ad Araxem, apertè infesto cum exercitu in Massagetas tendit. flumen pontibus iungit, quib⁹ copias traijciat, factis ex nauibus, turres desuper ædificans. Ad quē in hoc labore occupatum, Tomyris caduceatorem misit, q̃ diceret: Rex Medorum, desine incumbere in q̃ incumbis, nescius an ista q̃ cōstituisti, tibi conducibilia erunt. Omisso incepto, apud tuos ipsius regna, & nos sine finium quorum sumus, principes esse. Verùm tu admonitionibus his vti noles, & oīa males q̃ ocium. Quòd si tantopere affectas lacessere Massagetas, omitte quam sustines æruminam, ac iungendo fluuiū: nobis tridui itinere digressis, traijcito in nostram regionem: aut si mauis nos excipere in vestrā, tu hoc idem facito. Hæc vbi Cyrus audiuit, accitis Persarum primoribus coactisque, in medium rem ꝓponit, consulens, vtrum sibi agendum constituerent. Illorum in idem cōuenēre sententiæ, iubentium recipi in ipsorum regionem cum suo exercitu Tomyrim. Quam sententiā Cræsus Lydus cùm adesset, improbat, in contrarium disserens his verbis: Equidem tibi rex etiam anteà dixi, q̃quidem Iupiter tibi me tradidit, q̃cquid animaduertero errati in tua domo, id omne me pro viribus auersurū. Nā meæ ruinæ etsi ingratæ, mihi tñ extitēre disciplinæ. Si tibi esse videris immortalis, & eiusmodi exercitui pesse, nihil est opus vt meam tibi dicam sententiam: sin verò te quoque agnoscis hominē, & alijs talibus pesse, illud in primis discito, humanarum rerum circum esse: q̃ rotatus, semper eosdē fortunatos esse non sinit. Ideoq; de hac, quam ꝓposuisti, re, secus atq; isti sentio. Si em̃ hostes in terrā nostram volemus excipere, id tibi ex hoc periculum erit, ne fugatus omne amittas imperium: quia haud dubiè victores Massagetę, non se retrò fuga recipient, sed tuas ꝓuincias adorientur. Victor autem tu non adeò multū vincis, q̃ multum si transgressus in terram illorum, victis Massagetis instabis fugientibus. Hoc em̃ ꝓ illo substituito consilium, vt victo hoste, rectà pergas ad subigendum Tomyridis regnum, & q̃dem sine duce. Deforme est em̃ atque intolerabile, Cyrum Cambysis filium mulieri cedentem detrectare pugnam. Itaque mihi placet, traiectis copijs ꝓcedere eousque, dum illi in occursum prodeant: atque dehinc ita faciendo, dare operam vt illos superemus. Nanq; vt ego audio, Massagetæ bonorum sunt Persicorum insueti, & magnorum cōmodorum expertes. His ergo viris ꝓpone in nris castris instructarum affatim epularum magna vi pecorum interfecta, cum magna etiā vi poculorum vini meri, atque omnis cibariorum generis. Hoc vbi fecerimus, imbecillissimis quibusque militum ibi relictis, cū reliquis ad flumen nos recipiamus. Quibus tantis bonis illi conspectis (nisi me fallit opinio) se ad cā conuertent, vnde nobis superexit facultas magnas res perpetrandi. Atque hę quidem in discussionem venēre sententiæ. Cyrus autem priori repudiata, Cræsique ꝓbata sententia, indixit Tomyridi vt retrò cederet, vtpote aduersus illam traiecturo. Illa quemadmodum à principio spoponderat, regressa est. Cyrus in Cambysis filij sui (cui regnum tradebat) manus ꝓbuit Cræsum, ac maiorem in modum vt hominem honore beneficijsque ꝓsequeretur, p̃cepit: si sua aduersus Massagetas traiectio non rectè cederet. Hæc vbi pcepit, eosque remisit in Persidem, ipse cum copijs suis flumen traiecit. Transmisso Araxe vbi nox aduenit, vidit p quietem talem visionem: Videbat Cyrus in somnijs cernere maximum natu filiorum Hystaspis, habentem in humeris alas, quarū altera Asiam, altera Europam inumbraret. Erat Hystaspi Achæmenidæ Arsamenis filio, ex liberis natu maximus Darius, tunc fermè vicesimum ætatis annum agens, in Perside relictus, q̃ non maturus militiæ esset. Experrectus Cyrus, visum suum intra se retractabat: quod cùm ei magni momenti videretur, vocato Hystaspi remotis arbitris, inquit: Filius tuus, Hystaspes, mihi atq; regno meo insidiari deprehēsus est: hoc vnde proculdubio nouerim, per me noscas licet. Dij mihi, quòd mei curam gerunt, quæ-

Tomyris regina à Cyro bello adorit.

Cræsus Cyro cōsulit.

Ruinæ hominib⁹ disciplinæ sunt.

Fortunæ circus.

Cræsi cōsilium.

Cræsus Cambysi traditur.

Cyri somnium.

cunq; euentura ſint oſtendunt. Siquidem ꝓxima nocte inter quietem vidi liberorũ tuorum natu maximum, in humeris habentem alas: quarum altera Aſiam, altera Europam inumbraret. Ex quo viſo nulla tergiuerſatio eſt, quin ab illo mihi tendant inſidiæ. Quapropter tu q̃ raptiſſimè in Perſidem reuertere: facitoq;, vt cùm ego ſubactis Maſſagetis illuc rediero, filium tuum mihi ſiſtas ad cauſam dicendam. Et Cyrus quidem hæc locutus eſt, ſcilicet ꝙ ſibi inſidiari Darium ſuſpicabatur. At deus ei portendebat ipſum ibi mortem oppetiturum, & eius regnum ad Darium eſſe peruenturũ. Reſpondens illi Hyſtaſpes: Abſit, inquit, rex, vt quiſpiam vir genere Perſes, tibi moliatur inſidias. Qui ſi quis ſit, is primo quoque tempore morte multetur. Tu em̃ Perſas ex ſeruis liberos, ex ſubditis aliorum hoĩm dños effeciſti. Quòd ſi qua tibi viſio filium meum indicat, rebus nouis contra te ſtudentem, ego tibi eum exhibeo pro tuo arbitratu vtendum. Hoc reddito reſponſo, Hyſtaſpes traiecto Araxe in Perſidem cõtendit, Cyro filium ſuum Darium in cuſtodia ſeruaturus. Cyrus autem Araxe traiecto progreſſus vnius diei iter, q̃ Crœſus admonuerat exequit̃, relictisq́ue illic imbelli parte copiarum, mox cum expedita manu ad Araxem reuertitur. Hos itaque relictos ex Cyri exercitu aggreſſa tertia Maſſagetani exercitꝰ pars, ſeſe defenſantes interimit. Eadem conſpecto epularum apparatu, poſt aduerſariorum cædem ad epulandum diſcumbit: refertaq́ue cibo ac vino ſoporatur. Perſæ ſuperuenientes horum multos occidunt, multoq; plures viuos capiunt, cùm alios, tum verò ducem eorum, reginæ Tomyridis filium, cui nomen erat Spargapiſes. Tomyris cognito exercitus ac filij ſui caſu, miſſo ad Cyrum caduceatore, ita inquit: Inexplebilis cruore Cyre, ne ſpiritus tollas ex hoc quod actum eſt, ſi fructu* viteo, quo ipſi diſtenti adeò deſipitis, vt deſcendente in corpus vino improba à vobis verba fundantur: tali veneno filium meum viciſti, dolo, non prælio ſuperior. Quare meum admitte conſilium bene tibi conſulentis: Abi reddito mihi filio ex hac regione, ferens impunè ꝙ tertiam Maſſagetarũ partem profligaſti. Quæ niſi feceris, per Solem iuro, Maſſagetarum dominum, forẽ, vt ego te (etſi inſatiabilem cruore) tamen ſatiem. Hæc verba ad ſe perlata Cyrus pro nihilo habuit. Filius reginæ Tomyridis Spargapiſes, vbi vino laxatus didicit ſe in malo eſſe, exorauit à Cyro vt vinculis ſolueretur. Statimq; cùm ſolutus eſt, ac manuũ compos effectus, ſeipſum interemit: atque hic quidem talem obijt mortem. Tomyris autem, quando Cyrus ipſam non auſcultaret, contractis ſuis copijs ita conflixit cũ Cyro, vt hanc pugnam ex omnibus quæ inter barbaros extiterunt, acerrimam cenſeam extitiſſe: quamq́ue ita geſtam fuiſſe accipio: Primùm vtroſque ſpacio inter ſe diſtantes, ſagittas egiſſe: deinde ſagittis abſumptis concurrentes, lanceis pugionibusq́; fuiſſe confertos: ac diu pugnantes perſtitiſſe, neutris fugere volentibus, ad extremũ Maſſagetas ſuperiores extitiſſe: ibiq́ue cùm permagnam exercitus Perſici partem, tùm verò Cyrum ipſum occubuiſſe, cùm vnum de triginta omninò regnaſſet annos. Cuius cadauer inter cæſorum Perſarum ſtragẽ Tomyris exquiſitum cùm inueniſſet, caput in vtrem demiſit, quem humano cruore compleuerat, mortuoq́ue inſultans, inquit: Tu quidem meum viuentis & in pugna victricis filium ꝺdidiſti dolo captum, at egò te (prout interminata ſum) cruore ſaturabo. Hæc de Cyri vitæ exitu: de quo cùm multa referantur, is qui mihi maximè veriſimilis videtur, à me commemoratus eſt. Maſſagetæ & amictum gerunt, & victum habent Scythico ſimilem. Ex equis prœliantur & pedibus. Vtroque enim genere valent. ſagittarij item atque haſtati. Sangares, hoc eſt, pugiones, è more geſtantes: in omnibus auro vtentes & ære. Vtunt̃ nanque ære in omnibus quæ ad haſtas, ad pharetras, ad ſangares pertinent: auro autem in cunctis quæ ad capitis, ad baltheorum, ad axillarum ornamentum ſpectant. Equorum itidem pectoribus æreos thoraces circundant. Circa frenum, frenaq́ue & phaleras, aurum adhibent: ferro atque argento nihil prorſus vtentes. Quorum in regione cùm immenſa ſit auri atque æris copia, ferri tamen atque argenti nihil eſt. Moribus his vtuntur: Singuli quidem vxorem ducunt, ſed ea communiter vtuntur. Nã quod

Somnij interpretatio.

Spargapiſes capit.

ἀμπελίτῳ καρπῷ.

Magnanima Tomyridis verba.

Spargapiſis mors.

Diodorus & Trogus hanc Scytharum reginam dicunt, ſed Scythas & Maſſagetas intelligi dicit Strabo in XI.

Cyri caſus.

Diodorus Scytharũ reginam, Cyrum ſuperatũ captumq́ue cruci affixiſſe ſcribit.

Maſſagetarũ ritus.

Sangares, id eſt, pugiones.

Maſſagetarum vxores communes.

Græci

Græci memorant facere Scythas, id non Scythæ faciunt, sed Massagetæ. Siquidē vir Massageta quoties libidine capitur mulieris, suspensa ad plaustrum pharetra, sine pudore concumbit. Terminus vitę nullus eis propositus est: vbi quis admodum senuit, eum conuenientes proximi quique cognati immolant, & cum eo aliquot pecudes, quarum carnibus pro epulo vbi decoxerunt, vescuntur, quod genus obitus apud eos beatissimum habetur. Languore extinctos non edunt, sed terra operiunt, loco damni putantes, quòd ad immolationem non venerunt. Nihil omninò serunt, pecoribus victitant, piscatuque, qui eis abundè ex Araxe fluuio suppeditat, ac lacte, quod potitant. Ex dijs vnum Solem venerantur, cui equos immolant. Hic autem est eis mos sacrificandi, vt deorum perniciissimo è pecoribus omnibus perniciissimum mactent.

Massagetarum senes immolantur.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER SECVNDVS, QVI INSCRIBITVR EVTERPE.

CYRO vita functo, regnum suscepit Cambyses eius filius & Cassandanæ Pharnaspo genitæ: quam ante virum defunctam Cyrus & ipse ingenti luctu prosecutus est: & cæteris quibus imperabat, lugeri præcepit. His parentibus ortus Cambyses, cùm Iones & Æoles pro hæreditarijs sibi seruis existimaret, aduersus Ægyptios fecit expeditionem, comparato cùm ex alijs, tum verò è Græcis quibus dominabatur exercitu. Aegyptij, prius quàm apud eos regnaret Psammetichus, omnium hominum se priores extitisse arbitrabantur: verùm Psammeticho regnum adepto, cùm incessisset cupido noscendi, quinam primi hominum extitissent, ex eo tempore putauerunt Phryges quàm se priores extitisse, se verò quàm cæteros. Enimuero Psammetichus, vbi sciscitando quinam primi hominum extitissent, nullum exitum inuenire posset, huiusmodi rem machinatur: Pueros duos ex humilibus parentibus recēs natos, tradit pastori inter pecora educandos, hunc in modum: Iussit neminem corā eis vocem vllam edere, solitaria in casa ambos sibijpsi relinqui, eisdem in tempore capras admoueri: vbi lacte expleti forent, alia administrari. Hæc ideo faciebat iubebatque Psammetichus, quòd cuperet ex pueris vbi inarticulatè vagire desisterent, audire, siqua vox prima erumperet, prout & contigit. Nam vbi bimatus exactum est tempus, pastori qui hæc administrabat aperienti ianuam atq; intranti, ambo infantes porrectis manibus procidentes, beccus clamabant. Quod primò audiēs pastor, obticuit. Cùm verò crebrius adeunti & obseruanti idem verbum frequentaretur, ita demùm re domino indicata, iussus ab eo pueros attulit exhibuitque. Quos cùm & ipse Psammetichus audisset, percontabatur quinam homines beccus quippiā appellarent? Hęc percontans, cōperit Phrygas sic panem appellantes. Tali negocio argumentati, Phrygas se priores extitisse Ægyptij concesserunt. Quod ita actum esse equidem ex sacerdotibus Vulcani, qui sunt Memphi, audiebam. Græci tamē alia multa & inepta memorant: Psammetichum pueros educandos curasse apud mulieres, quarum linguas præcidisset. Hactenus de puerorum educatione referebant. Alia quoque apud Memphim auditi ex Vulcani sacerdotibus, cum quibus in colloquium veni. Quinetiam harum ipsarum rerum gratia & Thebas & Heliopolim, id est, Solis vrbem, me contuli, animo cognoscendi, nunquid consentanea forent his quæ Memphi dicerentur. Nam Heliopolitani feruntur Ægyptiorum esse solertissimi. Atque ex ijs narrationibus quæ ad rem diuinam pertinentia audiui, ea non libenter enunciauerim, nisi ipsorum tantummodo nomina, existimans omnes homines sentire de his. Quorū quicquid commemorabo, id oratione coactus cōmemorabo. Quæ autem humanarū re-

Cambyses rex.

Prima & naturalis vox hominis.

Beccus.

Phryges antiquissimi.

Hac de re si quis requirat, plures opiniones refert commentarius in Aristoph. nebulas, & Diodorus Sicu.

Herodoti peregrinatio.

Annus Aegyptiorũ. rum ſunt, hæc ita referebant inter ſe cõſtare: Oĩm hoĩm primos Ægyptios annum eõ periſſe, diſtinguentes eum in duodecim tẽporum mẽſes. Idq́ue cõperiſſe ex aſtris: eò ſcientius (vt mihi videt) hoc agentes q̃ Græci, q̃ Græci quidem tertio quoque anno

Aegyptiorũ inuẽta. intercalarẽ mẽſem introducunt tẽporis grã: Ægyptij verò tricenis diebꝰ, q̃bus duo-

Duodecim deorũ primi inſtitutores. decim menſes taxant, adijciunt huic numero quotannis quinos dies. Vnde eis ratio circuli temporum conſtat eõdem redeuntis. Ægyptios quoq; primos duodecim deorum cognomina cẽſuiſſe, & ab illis Græcos fuiſſe mutuatos. Item primos dijs & aras & ſimulacra & delubra ſtatuiſſe: quinetiam animalia in ſaxis ſculpſiſſe: quarũ rerũ pleraq; ita effecta opere demonſtrabant. Prætereà primum mortalium regnaſſe Me-

Menes rex primus. nem, ac ſub eo oẽm Ægyptum p̃ter Thebaicam plagam paluſtrem fuiſſe: ex eaq́; nihil eorum q̃ ſupra ſtagnum Myrios extant, extitiſſe: in quod ſtagnum à mari per flumen ſeptem diebus nauigatur. Atque de regione bene mihi dicere videbant. Manifeſtum eſt ei, qui ſi anteà non audierit, tñ inſpexerit, modò ſit ſolertia p̃ditus, Aegyptũ

Aegyptus fluuij donum. in quam Græci nauigant, acceſſionem eſſe terræ, ac fluminis donum: quinetiam loca ſupra ſtagnum hoc, ad trium vſque dierum nauigationem, de qua nihil amplius commemorabant. Eſt autem & aliud tale: Nam Aegyptiacæ regionis huiuſcemodi natu-

Aegyptiacæ regiõis natura & deſcriptio. ra eſt: Iam primũ cùm Aegyptum verſus in alto curſum tenes, p̃cul ab ea adhuc diurnæ nauigationis ſpacio, patieris ſenſum cœni, etiam in aqua vndecim alta paſſus: quę res declarat eatenus eſſe humi aggeſtum. Ipſius autẽ Aegypti longitudo ſecundũ mare eſt ſexaginta ſchœnorum, id eſt, funiculorum: quemadmodum nos Aegyptum di-

Selbonidos ſtagnum. ſtinguimus à ſinu Plinthinete, id eſt, lateritio, vſque ad ſtagnum Selbonidis, ad quod mons Caſſius vſq; p̃tingit. Itaque ab hac parte ſexaginta ſchœni ſunt. Etem̃ qui modicum terræ poſſident, metiunt illam paſſibus: q̃ minus inopes terræ ſunt, metiunt

Paraſangæ. ſtadijs: qui multùm poſſident, paraſangis: q̃ plurimũ ſanè, ſchœnis. Conſtant autem

Schœni. paraſangæ tricenis, ſchœni ſexagenis ſtadijs. Ita erit Aegyptus ſecundũ mare ſtadiorum trium millium ſexcentorum. Hinc ad Heliopolim mediterranea verſus Aegyptus ſpatioſa eſt, ſupina oĩs, & aquarum inops, ſimul ac limoſa. A mari ad Heliopolim eundo per ſuperiora, eiuſdem penè ſpacij iter eſt, cuius ab Athenis illud, quod ab ara

Duodecim deorũ ara. duodecim deorum fert Piſam, & ad delubrum Iouis Olympij: q̃ itinera ſi quis cõputet, inueniet aut parum quiddam differre quo minus paria ſint: aut non amplius 15. ſtadijs. Nã viæ, q̃ ex Athenis Piſam fert, quindecim ſtadia deſunt, quo minus ſit mille & quingentorum ſtadiorum. At ea q̃ à mari ad Heliopolim ducit, hunc ſtadiorum numerum complet. Ab Heliopoli p̃ ſuperiora eundo Aegyptus anguſta eſt. Nã qua parte mons Arabiæ exporrigitur, ab aquilone ferens ad meridiem atque auſtrũ, ſem-

Pyramidũ lapidicinæ. per pẽf ſuperiora p̃tingit ad mare quod rubrum vocatur: vbi inſunt lapidicinæ ad pyramides, q̃ ſunt apud Memphim exciſæ: ab hac quidem parte deſinẽs mons, declinat in q̃ dictum eſt. Qua verò parte productior ſeipſo eſt, duorum ego audiebam menſium itineris eſſe ab aurora ad heſperum: & eius extrema, q̃ ad auroram vergunt, feracia thuris eſſe. Atque hic quidem mons talis eſt. Quo autem latere Africam Aegyptus ſpectat, alius mons ſaxeus extenditur (in quo pyramides ſunt) ſabulo obſitus eodem modo, quo Arabici montis tractus, qui ad meridiem fert. Itaque quod ab Heliopoli eſt, non ita multorũ ſpaciorum eſt, quod modò Aegypti ſit, ſed quatuor duntaxat dierum nauigatione. Aegyptus anguſta eſt inter eos quos dico montes, quod intercapedinis cãpeſtris eſt terra, ſtadiorũ fermè (vt mihi videt) qua parte arctiſſima eſt, non amplius ducentorum, è monte Arabico ad eũ q̃ dicit Punicus. Illinc rurſus Aegyptus laxa eſt, atq; ita ſitus regionis natura comparatus eſt. Ab Heliopoli autem ad Thebas, nouem diebus nauigat, ſpacio 4860. ſtadiorum, hoc eſt, vnius & octoginta ſchœnorum: q̃ Aegyptia ſtadia collecta ſecundum quidem mare, ſunt, prout à me ſuperius indicatum eſt, tria millia ſexcenta: quantum verò à mari ad Thebas mediterraneum ſit, indicabo. Sunt enim 6120. ſtadia: à Thebis autem ad vrbem nomine Elephantinam, 820. Huius igitur regionis, quæ à me dicta eſt, pleraque pars, vt & ſacerdotes

dotes aiebant,& mihi ipsi esse videbat, acquisititia Aegyptijs est. Siquidē quod inter prædictos montes,supra Memphim vrbem positos,mediū est,videtur mihi sinus maris aliquādo fuisse,quemadmodū ea quæ sunt circa Ilium & Teuthraniā,& Ephesum,& Mæandri planitiem:vt hæc parua magnis cōparentur. Qm̄ nullum eorū fluminū,quę has regiones oblimauerunt,dignū est comparari vni ex septem ostijs Nili, magnitudine. Sunt & alij fluuij nequaquā ad magnitudinem Nili, qui magna opera ediderunt,quorū nomina possem referre: cùm alij,tū vero Achelous,qui p Acarnaniā fluens in Echinadū insularum mare,iam eas media ex parte fecit continentē. Est aūt Arabicę regionis non procul ab Aegypto sinus maris,productus ex eo quod rubrum vocatur,longus ita atq; arctus,vt differendo ostendam. Prolixitas quidem, inchoando nauigationem ex Inacho in amplum æquor, consumit quatuor dies remigationis : Latitudo verò, vbi sinus amplissimus est, dimidiatum diem nauigationis: in quo sinu quotidie reciprocatio aquarum,& vadosum ęstuarium est. Alium huiusmodi arbitror sinum in Aegypto extitisse: quorum alter mare ad aquilonem habet, Aethiopiam versus:alter Arabicum:de quo differere pergam ferens ex austro in Syriam,qui penè inter se suos recessus terminant,exiguo quodam terræ interuallo dirempti. Quòd si in hunc Arabicum sinum Nilus velit alueum suum cōuertere, quid eum p̄hibebit assiduè fluentem,quin intra viginti millia annorum illum oblimet? Ego enim credo intra decem millia annorum,qui ante me natum transierunt,sicubi siccanea facta sunt,nimirum & sinum siccaneum fieri posse, etiam multò (q̄ hic est) maiorem,à tanto flumine atq; ita operoso. Itaq; q̄ de Ægypto à referentibus audiui, ea & ipse ita habere existimo. Quippe cùm videā & Ægyptum esse exporrectā à terra contigua,& conchylia existere in montibus,ac salsuginem exudare,q̄ etiam pyramides corrumpat: & montem hunc,qui in Ægypto imminet Memphi, arenas solas habentem. Prætereà regionem hanc nulli alteri conterminæ,aut Arabiæ,aut Africę, aut Syriæ assimilem esse. Etenim Arabiæ maritima, vbi Syri incolunt, pulla humus est,& fragilis,vtpote limus ex alluuionibus ab Æthiopia,flumine deuectus. Nam punicam humum scimus magis puniceam esse,& magis subarenaceam: Arabicam verò atq; Syriacam argillosiorem,ac suppetrosam. Quinetiam id magnum huius terræ documentum aiebant sacerdotes,sub rege Myri fluuium,quoties octo cubitis dum minimum influebat,irrigasse Ægyptum quæ supra Memphim est: Necdū ab obitu Myris nongenti sunt anni,ad tempus quo hæc ego à sacerdotibus audiebam. At nunc, nisi ad sedecim,aut ad quindecim saltem cubitos ascendat fluuius, regionem nō trāscendit. Quæ regio,si proportione in altum surgat, & tantundem ad incrementū tendat:videntur mihi Ægyptij,vtique hi qui infra paludem incolunt cùm alia loca,tum verò eum qui vocatur Delta,idem passuri,omni futuro tempore eam regionem Nilo non restagnante,quod aiebant ipsi passuros aliquando Græcos. Nam cùm audirent omnem Græcorum terram pluuia perfundi, non fluminibus vt suam, dicebant fore,vt decepti aliquādo magna spe,malè esurirēt. *Qui sermo hoc dicere vult, Græcos si nolit eis deus pluere,siccitate extinctum iri:vt quibus nihil sit aliud aquæ, nisi tantum quod ex Ioue subministretur. Atque hæc q̄ ab Ægyptijs in Græcos dicunt, rectè habent. Agè,nunc vicissim dicam, quomodo res apud ipsos Ægyptios habeāt. Si(vt superius dicebam) q̄ infra Memphim est regio(hæc enim est quę augescit)velit in altum augescere p̄portione præteriti temporis,quid aliud Ægyptios,qui illic incolunt,quàm esurituros?si neque gustare ea quæ ab Ioue sunt, neque à flumine restagnari queant rura ipsorum. Isti nanque ex omnibus hominibus, atque ex omnib» Ægyptijs, maximè illaboratum percipiunt fructum, neque proscindendis aratro sulcis,neque subigendo solo, neque aliud quicquam exercendo eorum,quæ in aruis colendis cæteri mortales laborant:sed postquam fluuius sua sponte superueniens irrigauit rura, & rursus irrigata deseruit, tunc in suum quisque rus iacto semine sues immittit,conculcatoque suibus semine messem deinde expectat: atq; vbi suibus se-

Conchylia in montibus.

Punica humus. Arabica humus. Myris rex.

Græcè sic legitur: τοῦτ ἔστος τῶδε ἐθέλλ λέγῳμι, ὡς εἰμὶ ἐθολοῖσι σφίσι ὗς ὁ θεός, ἀλλ' ἀυχμῷ δι' αχαθαλιμῷ οἱ ἕλλησς αἰρεθέντα.

men

men verſauerit, ita demùm frumentum ꝓcipit. Quòd ſi velimus de Ægypto Ionum vti ſententijs (qui ſolùm Delta eſſe Ægyptũ aiunt, à Perſei ſpecula appellatum, dicẽtes illam ſecundum mare ad Peluſiaca vſq; Tarichea 40. ſchœnorum eſse: à mari aũt mediterranea verſus, ꝓtingere ad Cercaſorum vrbem, iuxta quã ſcindit Nilus in Peluſium fluens & in Canobum: cætera verò Ægypti, partim eſſe Africæ, partim Arabiæ) oſtendemus, hac ratione vtentes, nullã Ægypti primitus fuiſſe regionem. Nam Delta eis (vt ipſi dicunt, & mihi videtur) defluxa humus eſt, ac nuper, vt ſic dicã, extitit. Itaq; ſi nulla eis terra erat, qd curioſi ſunt, putantes ſe primos hoies extitiſſe? qui ne in puerorum qdẽ experimentum (qui primã linguã ꝓderent) ire debebant? quos ego opinor, neq; cum loco, quẽ Delta Iones vocant, pariter extitiſſe: ſed ſemper fuiſſe ex quo genus humanũ extitit, progreſſuq; terræ multos ex eis reliquos fuiſſe, multos aliundè ſubingreſſos. Ideoq; olim Thebę Ægyptus vocabaꝫ, cuius ambitus eſt ſtadiorum 6120. Itaq; ſi nos de eis rectè ſentimus, Iones non rectè ſentiunt de Ægypto. Sin rectè Iones ſentiunt, oſtendo neq; Græcos neq; Iones ſciẽter cõputare: qui cùm aiunt tria mẽbra totam eſſe terrã, Europã, Aſiam, Africam, quartum membrũ annumerant Delta Ægypti, ſi non ſit neq; Aſiæ, neque Africæ. Nam ſecundum hãc rationem non eſt Nilus, qui Aſiam ab Africa diſterminat. Qui cùm diuortia faciat circa acumen Deltæ, quod in medio eſt, id Aſiæ & Africæ eſſet. De quo nos Ionum ſententiam miſſam facientes, ita ſentimus: Ægyptum quidẽ eã oẽm eſſe, q̃ ab Ægyptijs incolitur: quemadmodum Ciliciam eam q̃ à Cilicibus, & Aſſyriam q̃ ab Aſſyrijs. Sed Aſiæ & Africæ ſcimus recta ratione nullum eſse terminum, niſi terminos Ægyptiorum. Si verò quod Græcis ꝓſuaſum eſt ſequemur, ſentiemus oẽm Ægyptum q̃ à Catadupis & Elephantina vrbe incipit, bifariam diuidi, & vtrunq; cognomen obtinere. Aliam emꝫ eius partem eſse Africæ, aliam Aſię. Quippe Nilus à Catadupis incipiens, mediam interfluens Aegyptum, irrumpit mari vno quidem vſq; ad Cercaſorum vrbem alueo: Deinceps tripartito: quorum alueorum vnus ad auroram, quod Peluſiũ oſtium: alter ad veſperam tendit, quod Canobicum oſtium nominatur. Tertius, quo rectà Nilus meat, talis eſt: Delatus per ſuperiora in acutum Deltæ proficiſcitur, dehinc medium Delta ſcindens, in mare euadit, non minimam huic alueo portionẽ aquæ ꝑbens, nec minimè celebrem, quod Sebennyticum oſtium appellatur. A Sebennytico item duo alia diuiduntur oſtia in mare ferentia, quibus hæc ſunt impoſita nomina, vni Saiticum, alteri Mendeſium. Nam q̃ Bolbitinum & Bucolicum nominanꝫ, non ſunt natiua oſtia, ſed defoſſa. Huic meæ opinioni, tantam eſſe Aegyptum, quanta ratione demonſtraui, teſtimonium etiam dat oraculum, quod ab Hãmone eſt reditum, quod ego poſterius, quàm ita in animum induxeram, circa Aegyptum audiui. Nam qui ſunt ex vrbe Marea & Apia, incolentes Aegypti fines Africam verſus, ꝙ ſibi Pœni non Aegyptij viderentur, quodq́ue perofi ſacrorum ceremonias, nollent bobus fœminis prohiberi, miſerunt ad Hammonem, negantes quicquam cũ Aegyptijs ſibi eſſe commune. Habitare emꝫ ſe extra Delta, nullumq́; ſibi cum illis linguæ eſſe commercium, ac velle ſibi fas eſſe omnia guſtare. Hæc eos deus facere non permiſit, inquiens, Aegyptum eam eſſe, quam Nilus ſupergreſſus irrigaret: quiq́ue intra vrbem Elephantinam incolentes, ex hoc flumine potarent, eos eſſe Aegyptios. Hæc illis ita reſpõſa ſunt. Porrò Nilus vbi inflatus eſt, non modò Delta inundat, verumetiã plagam q̃ dicitur Africana eſse, aliquoties & Arabicam: idq́; vtroque verſus duorum dierum itinere, & amplius eo vel minus. De cuius fluminis natura neque à ſacerdotibus quippiam, neque ab alio vllo ꝓcipere potui: cùm promptiſſimo forem animo ad hæc ab illis audienda, cur Nilus aquis inflatus deueniret inchoans intumeſcere ab æſtiuo ſolſtitio, ad centum vſque dies, & propè totidem diebus retrocederet, relinquens fluenta: ita per omnem hyemem tenuis eſse perſeueret ad ſolſtitium rurſus æſtiuum. De his nihil omninò potui percipere ab Aegyptijs ſciſcitando, num aliquam vim Nilus haberet natura diuerſam cæteris fluuijs. Hæc ego noſcendi cupidus

Aegypti diuiſio ſecũdũ Iones.

Aegypti diuiſio ex ſẽtentia Herodoti.

Aliter paulò ab alijs deſcribuntur oſtia Nili.

Aegyptij q̃ ſint ex Hãmonis oraculo.

Nilus ſolus aura caret.

pidus,eos interrogabã,& cur ſolus oĩm amniũ nullas ex ſe auras remitteret. De qua tñ aqua q̃dam Græcorum,inſignes cùm vellent effici ſapientia,trifariã diſſeruerunt. Quarum opinionum duas ne mentiõe q̃dẽ dignas exiſtimo,niſi eatenus vt illas tantùm ſignificem. Earum vna ait,ventos Eteſias eſſe in cauſa,vt Nilus infleẽ,p̃hibentes eum effluere in mare. Atq; nõnunq̃ Eteſiæ nondũ ſpirauerunt,cùm Nilus id agit. Ad hæc,ſi Eteſię cauſa forent,oporteret alia quoq; flumina q̃cunq; Eteſijs obnoxia ſunt, idem quod Nilus,pati: & eò magis,quò tenuiora ſunt,minores gurgites exhibentia. Sunt aũt multa in Syria,multa in Africa flumina,q̃ nihil tale patiunt̃,quale patit̃ Nilus. Altera opinio eſt incredibilior quidem quàm hæc q̃ dicta eſt, dictu tñ admirabilior,q̃ ait illum,q̃ ab oceano fluat,iſtud efficere: ipſum verò oceanum, orbi terrarum circunfluentem. Tertia opinio,vt multò modeſtiſſima,ita lõgè falſiſſima eſt: q̃ppe q̃ nec ipſa aliquid dicit,inquiens è niuib⁹ liqueſcentib⁹ manare Nilum: q̃ cùm ex Africa p̃ medios Æthiopes fluens,in Ægyptum euadat,ex locis calidiſſimis ad frigidiſſima,quî poſſet ex niuibus fluere? De qua re multa ſanè ſunt,q̃ quis coniectare poſſit, nõ eſſe credibile,eum qui talis ſit,manare de niuibus: primum ac maximum teſtimonium p̃hibentibus ventis,qui ab ijs regionibus calidi ſpirant. Secundum ea plaga, q̃ ſine imbribus & ſine glacie p̃petuò eſt: ſuper niuem aũt q̃ cecidit,neceſſe oĩnò eſt intra quinq; dies pluere: vt ſi in his regionibus ningeret, etiam plueret. Tertium hominibus,qui ab æſtu ſolis nigri ſunt,& miluis,atq; hirundinibus q̃ illic perennant: gruibus quoq;, q̃ Scythicæ plagæ hyemem fugientes,ad hæc loca ſe conferunt hybernatum. Si igit̃ vel quantulumcunq; ningeret in ea plaga, p̃ quam fluit,& ex qua incipit Nilus, p̃fectò nihil tale eſſet quemadmodum neceſſitas arguit. At is q̃ de oceano loquit̃,ad occultam fabulam referens,caret argumento. Neq; em̃ ego vllum noui fluuium,qui eſſet oceanus,ſed hoc nomẽ opinor Homerum, aut aliquem priſcorum poëtarum cùm inueniſſet,in poëticam intuliſſe. Quòd ſi opiniones quas p̃poſui improbantem me,oportet de occultis ferre ſententiam,dicam quare mihi videatur impleri Nilus æſtate. Hyberno t̃pe ſol abſcedens à priſtino curſu ſubter hyemale ſidus, meat in ſuperiora Africæ: hoc quidem,vt breuiſſimè demonſtret̃,totum dictum eſt. Etem̃ deum hunc,vt cuiq; terræ p̃ximè accedit,ita eam maxima ſiti afficere credibile eſt,& ſcaturigines indigenarum amnium arefacere. Vt autem pluribus verbis demonſtret̃, ita habet: ſol Africæ ſuperiora p̃means,iſtud efficit,Nam cùm omne veris tempus ſit ſerenum in his regionibus, & ipſæ regiones ſint torridæ,quas ſol tranſiens ventos frigidos facit,quemadmodum medio cælo means æſtate facere cõſueuit: ad ſe trahit aquam,attractamq; in ſuperna abijcit loca,quam excipientes venti ac diſſipantes liq̃faciunt, hi videlicet,qui (vt credibile eſt) ab hac regione flant, auſter & africus,multò oĩm pluuioſiſſimi. Quanquam mihi videtur nõ oẽm ſol humorem eius anni Nilo remittere,ſed penes ſeipſum reſeruare. Idem mitigata hyeme, rurſùs in medium cæli regreditur,atq; illinc iam itidem ex cunctis fluminib⁹ trahit humorem: q̃ flumina mox multarum aquarum imbre cõmixto,terram madefaciente vtique lacunoſam, magna decurrunt. At æſtate cùm deſtituantur ab imbrib⁹ & à ſole attrahantur,exiliora ſunt. Nilus autem qui imbribus caret,cùm attrahitur à ſole,meritò ſolus fluuiorum eo tẽpore fluit multò exilior,quàm ſolet p̃ęſtatem. Tunc enim perę̃què attrahitur atque cæteræ aquæ,per hyemem verò ſolus attrahitur. Ita ſolem cenſeo huius rei eſſe cauſam. Idem mea ſententia,auctor eſt aëreæ ſiccitatis in ea regione,dum exæquat tranſitum ſuum. Ita ſemper Africæ ſuperiora æſtas obtinet. Quòd ſi finium ac cæli ſitus immutaretur,vt vbi nunc aquilo ſitus & hyems,ibi auſtri ſitus eſſet & meridiei: & vbi auſter,illic aquilo collocatus eſſet: ſi hæc ita haberent, profectò ſol amotus è medio cælo,ſub hyemem & aquilonem mearet ſupra Europam, quemadmodum nunc ſupra Africam: pertranſiliensq̃ue nobis omnem Europam, faceret (opinor) eadem in Iſtro quæ nunc facit in Nilo. De aura autem, quæ nulla è Nilo efflat, hoc mea fert opinio: Conſentaneum eſſe, è loçis valde feruidis nihil reſpirare auræ,

Opinion. tres de Nili natu. & increment.

Thaletis Mileſij opinio, vt ait Diodorus.

Anaxag. & Eurip. opinio.

Grues quò prouolẽt.

Herod. ſententia, ſed quam improbat Diodo. in primo.

Nili aura cur nulla.

aurę, q̃ ab aliquo frigido loco flare gaudet. Verùm hæc ita ſint, quemadmodum & ſunt, & ab initio fuêre. Nili tñ fontes nemo neque Ægyptiorum, neque Græcorum, neq; Aſrorum, cum qbus in colloquium veni, ſe noſſe ꝓfeſſus eſt, ꝓter ſcribam ſacrarum Mineruæ pecuniarum apud Ægyptum, in vrbe Sai, q̃ mihi iocari videbatur, affirmans ſe id ꝓculdubio noſſe. Sic aũt dicebat: geminos eſſe mõtes, cacuminibus in acutum tendentibus, inter Syenem poſitos vrbem Thebaidis & Elephantinã. Quorum vni nomen eſſet Crophi, alteri Mophi, & ex eo medio Nili fontes abyſſos, hoc eſt, immenſæ altitudinis, emanare. Cuius aquæ dimidium Ægyptum verſus & ventũ aquilonem flueret, reliquum dimidium Æthiopiam verſus atq; auſtrum. Quod autẽ abyſſi forent fontes, aiebat Pſammetichum Ægypti regem ꝓiculum huius rei feciſſe: q̃ funibus multorum millium paſſuum connexis, & in fontes demiſſis, tñ ad fundum nõ deueniſſet. Scriba hic, ſi modò geſta fuerant q̃ dicebat, affirmando faciebat, vt ego opinarer vortices quoſdam illic eſſe rapidos, ac refluxus, quemadmodum ꝓcipitãtis è montibus aquæ nequit funis ad explorandum demiſſus ꝓuenire in fundum. Aliud ab vllo audire nõ potui, niſi (cùm ipſe inſpiciundi gra ad Elephantinam vſque vrbem ꝓfectus ſum) q̃ddam longiſſimæ narrationis, quod ex fama illic iam inquirendo accepi: eum ab vrbe Elephantina ad ſuperiora eſſe locum accliuem, vbi neceſſe ſit nauigio vtrinque alligato tanq̃ boue ꝓgere: & ſi funis abrumpat, abire nauigium, rapiente fluminis impetu. Abeſſe autem hunc locum vltra quatuor dierum nauigationem: eſſeq̃ ibi Nilum tortuoſum, veluti Mæandrum, & duodecim ſchœnorum, quibus hunc in modum nauigare oporteret, & poſteà peruenire planum in locum, vbi ſit inſula Nilo circumflua, noĩe Tachõpſo. Ab Elephantina deſuper iam Æthiopes incolere & dimidium inſulæ, nam alterum dimidium incolere Ægyptios. Inſulam cõtineri ingenti ſtagno, accolentibus circùm Æthiopib. paſtoribus: in q̃d' è Nilo ſubuectus, peruenias in alueum q̃ in ſtagnum diffunditur. Deinde egreſſus, itinere pedeſtri 40. dierum pergas, propter * flumen. Nam in Nilo acutos ſcopulos exiſtere & ſaxa frequentia, per q̃ nauigare nõ licet. Peragrato 40. diebus eo loco, alterum rurſus ingreſſus nauigium, 12. diebus ſubueheris, dum venias in vrbem magnam noĩe Meroën, q̃ fertur aliarum vrbium eſſe metropolis. Cuius incolæ ſolos deorum colunt Iouem & Liberum, eosq̃ magnopere venerantur. Ioui etiam conſtituerunt oraculum, cuius reſponſis qñ iubentur, & quocunque iubentur, eò ſumant expeditionem. Ab hac vrbe intra tantundem temporis, intra quantum ad ipſam ex Elephantina peruehitur nauigando, peruenies ad Transfugas, quibus nomen eſt Aſmach: q̃d' verbum idem pollet, quod ſiniſtræ regiæ aſſiſtentes. Iſti cùm eſſent Ægyptij bellatores, 208. millia, ad hos Æthiopes tranſiêre, hac de cauſa: Sub rege Pſammeticho fuerant in pſidijs collocati, alij ad vrbem Elephantinam & ad Daphnas Peluſias aduerſus Æthiopes, alij aduerſus Arabes & Syros, alij ad Meroën aduerſus Pœnos. Quibus in locis, quemadmodum ſub rege Pſammeticho erant, ita in ea ætate Perſarum præſidia excubabant. Nam & in Elephantina & in Daphnis Perſæ excubias agunt. Cùm igitur triennium in pſidio fuiſſent Ægyptij, neque illinc ab aliquo dimitterentur, cõmuni vſi conſilio, à Pſammeticho ad Aethiopiam ſibi tranſeundum putauerunt. Quos, re audita, Pſammetichus inſecutus, vbi eſt aſſecutus, multis verbis obſecrabat, vetabatq̃ patrios deos ac liberos vxoresq̃ deſerere. Ibi quidam illorum fertur oſtenſo veretro dixiſſe, vbicunque id eſſet, id ſibi & vxorès & liberos fore. Hi poſteaq̃ in Aethiopiam profecti ſunt, ſeſe Aethiopum regi tradiderunt: quos ille ita remuneratus eſt. Erant ei nõ nulli Aethiopum aduerſarij, quorum terram eripientes iſtos iuſſit incolere. Aethiopes his colonis inter ſe collocatis, facti ſunt manſuetiores, moribus Aegyptiacis imbuti. Ad quatuor igitur menſium partim nauigationem, partim iter, cognoſcitur Nilus: ꝓter id quo fluit per Aegyptum. Tot em̃ menſes in ſumma reperiẽtur impendi ab his, qui ex Elephantina ad hos per fugas pergant. Fluit autem ab heſpero & occaſu, dehinc quid ſit, nemo poteſt pro comperto narrare. Eſt enim deſerta ꝓ feruore ea

regio.

Crophis. Mophis. Nili fõtes. Strabo in 17. hîc Herodotum garrire pũtat.

Tachõpſo inſula.

πρὸ τοῦ ποταμοῦ.

Trãsfugæ gens Aegy. Aſmach pop.

Daphnæ Peluſiæ.

Feſtiuum quidẽ dictum, ſed parum verecundũ.

regio. Accepi tñ hoc ex quibuſdam Cyrenæis, qui ſe ad Ammonis oraculum iſſe cõmemorarent, collocutosq́ cum Etearcho Ammoniorum rege, & ex alijs ſermonibus deueniſſe in garrulationem de Nilo, cuius nemo noſceret fontes: Etearchumq́; narraſſe aliquando Naſamonas quoſdam ad ſe veniſſe, quæ gens ſit Punica, Syrtim incolens, & oram quæ vergit ad auroram, non multum ſupra Syrtim, eos cùm veniſſent, interrogarenturq́; nunquid amplius haberent quod referrent de Africæ deſertis, retuliſſe apud ſe fuiſſe virorum præpotentium filios procaces: eos cùm in virilem ętatem adoleuiſſent, cùm alia ſuperuacua fuiſſe machinatos, tum verò ex ſeſe quinq; ſortitos ad inſpiciundas Africæ ſolitudines, ſi quid amplius cernerent quàm hi q̃ longiſſima inſpexiſſent. Oram enim maritimam Africæ aquiloni obnoxiam Pœnos, & Pœnorum permultas gentes ab Ægypto incipientes omnem obtinere vſq; ad promontorium Soloëntem, quod Africã terminat, p̃ter id demùm quod aut Græci obtineant, aut Phœnices ſupra maritimam orã, & eos q̃ ad mare incolunt, feris vlteriora habitari. Vlteriora feris arenoſa eſſe, vehementerq́ue arida, ac prorſus vaſta. Igit eos iuuenes ab æqualibus dimiſſos, aqua atque cibarijs probè inſtructos, primùm per loca hominibus habitata perrexiſſe, hanc permenſos in illam feris frequentem p̃ueniſſe. Ex ea per ſolitudines iter feciſſe in ventum zephyrum, peragratoq́ue multo ſpacio ſabuloſi loci pluribus ſanè diebus, alpexiſſe demùm arbores in planicie quadam enatas, ad easq́; acceſſiſſe, ac fructum qui inerat decerpſiſſe, eisq́; inter decerpendum ſuperueniſſe quoſdã infra mediocrem virorum ſtaturã puſillos, voce q̃ nec à Naſamonibus cognoſceretur, nec Naſamonum vocem ipſa cognoſceret. Et ab his deprehenſos, ductosq́; p̃ maximas paludes: atq; illas tranſgreſſos p̃ueniſſe in vrbẽ, in qua vniuerſi forent æquali ſtatura illis q̃ adduxiſſent, colore nigro. Eam vrbem p̃terlabi grãde flumen, ab heſpero ad orientẽ ſolem fluens, in quo apparerent crocodili. Hactenus à me de ſermone Ammonij Etearchi cõmemoratum ſit: niſi q̃ is aiebat Naſamones, vt Cyrenæi referebãt, reuertiſſe, & eos hoſtes ad quos illi p̃ueniſſent, oẽs eſſe fallaces. Flumen aũt quod p̃terfluebat, & Etearchus coniectabat Nilum eſſe, & ratio ſic dictat: Ex Africa em̃ Nilus fluit, eamq́; mediam ſecat: & (vt ego ex apertis ignota cõiecto) pari tractu atq; Iſter meat. Iſter nanq; fluens ex Celtis atque vrbe Pyrene profluens (Celtæ autem ſunt extra cippos Herculis, Cyneſijs finitimi, oĩm in Europa ad occaſum habitantium vltimi) mediam Europam ſcindit, totamq́; p̃meſus quà Iſtriani Mileſiorum coloni incolunt, mari Euxino finitur: & Iſter (fluit enim per terrã habitatã) inter primos cognoſcitur. De Nili verò fontibus nemo habet quod referat: & meritò, vtpote Africa per quã fluit, deſerta. De eius fluxu, q̃ potuit longiſſimè repetendo narrari, dictum eſt. Euadit autem in Ægyptum. Porrò Aegyptus mõtanæ Ciliciæ ferè oppoſita eſt. Hinc rectà ad Sinopem in ponto Euxino ſitam, quinq; dierũ iter eſt viro expedito: Sinope autem Iſtro mare irrumpenti, ex aduerſo eſt ſita. Ita Nilus totam permeans Africam, videtur mihi æquiparandus Iſtro. Hactenus de Nilo dictum ſit. Venio ad plura de Aegypto referenda, quia plura q̃ alia omnis regio mirabilia habet, & præter omnem regionem exhibet opera relatu maiora. Horum gratia plura de ea commemorabuntur. Aegyptij quemadmodum & cælo quod apud eos, & flumine diuerſa ab aliorum natura, ita ipſi pleraque omnia à cæteris hominibus diuerſa conſtituerunt & inſtituta, & iura: apud quos fœminæ quidem negociant cauponanturq́;, & inſtitoris operis vacant: viri autẽ intra domos texunt. Alij villũ ſubtẽ gminis deſuper tramant, Aegyptij ſubter. Onera viri capitibus, fœminæ humeris baiulant. Fœminæ ſtantes mingunt, viri ſedentes. Domi ventrem exonerant, exterius in vijs comedunt: reddentes rationem, q̃ ſunt turpia, ſed neceſſaria, ea in occulto fieri debere: palam verò, q̃ non ſunt turpia. Mulier neq; dei neque deę vlla ſacerdos eſt, ſed viri deorum oĩm & dearum. Alendi parentes filijs nulla nolentibus, filiabꝰ & * vt nolint ſumma neceſſitas eſt. Deorum ſacerdotes alibi comati ſunt, in Aegypto deraſi. Apud alios ritus eſt, ſtatim in funere proximi capita deglabrare, Aegyptij in funeribus

Etearchi regis ſermo de Nili ortu.

Solois promotoriũ.

Iſtri ortus & fluxus.

Cippi Herculis.

Aegypti miracula.

Aegyptiorũ mores ꝓpoſteri.

κομῶσι μὲν ἐν λυπέονται.

Aegyptij ſacerdotes.

neribus ſinunt capitis crines augeſcere, barbā tñ tōdent. Apud cæteros mortales victus à ferarū ſecretus eſt cōſortio, Ægyptij cum feris veſcunt. Alij frumento atq; hordeo victitant, Ægyptijs victitare his q̄ ex his facta ſunt, maximo ꝓbro eſt: ſed cibis è farre cōfectis, quod q̄dā ſiliginem appellant. Cōſperſionē pedib», lutum manib» ſubigunt. Virilia, ꝓut contigerunt, alij eſſe permittunt, p̄ter eos q̄ ab iſtis didicerunt: Ægyptij circuncidunt. Viri binas veſtes habēt, fœminæ ſingulas. Alij velorum anſulas, & funes extrinſecus aſſuunt, Ægyptij intrinſecus. Græci literas ſcribunt, & calculis cōputant, à ſiniſtro in dextrā manū ferentes, Ægyptij à dextro in ſiniſtrum: & hoc facientes, aiunt ſe in dextrum, Græcos facere in ſiniſtrum. Literis bifarijs vtunt̄, quarū vnas ſacras vocant, populares alteras. In deos religione ſupra modum, ſupraq́; oīes hoīes vtunt̄. Talib» etiā moribꝰ vtunt̄: Aheneis in poculis potant, ſingulis ea diebus extergentes, nō eorum aliquot, aliquot nō item, ſed vniuerſi. Linea ferunt veſtimēta ſemper recens abluta, huic rei p̄cipuè vacantes. Virilia circuncidunt munditiæ gr̄a, pluris facientes ſe mundos eſſe q̄ decoros. Sacerdotes quóque die totum corpus eradunt, ne quid eis inter deorū cultum, aut pediculi aut alterius ſordis creetur. Iidē veſtem tantummodo lineā, calceos papyraceos geſtant. Aliam veſtem, aut alios calceos inducere eis fas non eſt. Lauant̄ quotidie frigida interdiu ter, noctu bis. Alias p̄tereà ceremonias, ꝓpè dixerim infinitas exercent. Quinetiā non exiguis afficiunt̄ commodis. Nam neq; è re domeſtica aliquid cōferunt, neq; erogant, ſed eorum ſingulis quotidie cibi ſacri cocti p̄ſtò ſunt, & carnis bubulæ, & anſerinę ſatis abundeq́;. Vinū quoque viteum datur. De piſcib» guſtare nefas eſt illis. Fabas Ægyptij in ſua terra nec admodum ſerunt, neq; natas, aut crudas, aut in aqua coctas edunt. Sacerdotes verò ne aſpicere quidem ſuſtinent, arbitrantes haud mundum illud legumen eſſe. Initiantur non ſigillatim cuiq; deorum, ſed gregatim: quorum vnus eſt pontifex. Vbi quis defunctus eſt, filius eius ſubrogatur. Boues mares Epaphi eſſe cenſent, eaq́; de re hūc in modum explorant: Si pilum in eo nigrum vel vnum viderint, nequaq̄ mundum cenſent. Explorat aūt hæc ſacerdotum aliquis, ad id conſtitutus, linguā pecudis vel ſtantis reſupinatæ exerendo, an munda ſit his ſignis, q̄ ego alio referam in libro. Inſpicit & caudæ pilos, num habeat ſecundum naturam ꝓcreatos. Eam ſi fuerit his omnibus munda, notat alligato cornib» cannabo: deinde applicita terra ſigillari anulo impreſſa, atque ita abducunt. Nam immolare non notatam, pœna morte ſancita eſt. Et hūc quidem in modum pecus probatur. Sacrificandi autem is eis eſt ritus: Pecude q̄ obſignata eſt, ad aram vbi immolatur abducta, pyram incendunt: deinde ſupra pecudē libato contra templum vino, ac deo inuocato, eam mactant: mactatæ caput aſportāt in forum, ſi nundinæ ſunt, & Græci negotiatores adſunt, atque illis vendunt: qui ſi non adſunt, in flumen abijciunt. Execrantur autem capita in hæc verba: Si quid mali aut ipſis immolantibus, aut vniuerſę Ægypto futurum ſit, id in caput hoc conuertat̄. Eodem ritu circa capita pecudum immolandorum, & vini libamina, omnes pariter Ægyptij ad omnia templa vtuntur. Atq; ex hoc ritu nemo Ægyptiorum de capite illius animantis deguſtat. Eſt tamen ſacrorum delectus, & alius apud alia templa adolendi modus ab eis inſtitutus. Quem verò aut deum exiſtiment, eiq́ue maximum feſtum agant, iam dicam. Poſteaquam ieiunauerunt pridie feſti, atque obdormierunt, vaccam immolant, eamq́ue corio exuunt, & toto aluo vacuant. Inteſtina intra ventrem adipemq́; linquunt, crura truncant, & externos lumbos armosq́ue ac ceruicē. His actis, reliquum vaccę corpus ſtipant panibus puris, & melle, & vua paſſa, & ficis, & thure, & myrrha, atque alijs odoribꝰ. Vbi hęc infarſerunt, adolent, multum vini oleiq́ue infundentes, ieiuni tñ priuſquam ſacrificent. Dum ſacrificium ardet, omnes verberantur. Poſteaq̄ vapulauerunt, dapes ex ſacrificij reliquijs proponuntur. Boues mares eoſdemq́ue mundos, ac vitulos vniuerſi Ægyptij immolant. Fœminas eis immolare non licet, vtpote Iſidi conſecratas. Nam Iſidis ſimulacrum muliebre eſt; bubulis p̄ditum cornib», quemadmodū Io Græci deſcribunt. Boues q́; fœminas omnes

Circuncisio Aegyptiorum.

Aegyptiorū veſtes.

Aegyptiorum ſcriptura.

Circuncisionis cauſa.

Aegyptiorum ſacerdotū cibi.

Fabis Aegyptij abſtinent.

Epaphi boues.

Sacrificandi ritus.

Execrationis verba.

Deus maximus Aegypt.

Boues Aegypt.

Vaccæ Iſidi ſacræ.

itidem

itidem Ægyptij veneranᵗ ex oĩbus pecudibus longè plurimũ: eoq; nemo Ægyptius, Ægyptiáue, Greci viri aut os ſuauiatur, aut cultro, veráue, vel olla, vel pura bouis carne Græco cultro inciſa vtitur. Boues qui demortui ſunt, hunc in modum ſepeliunt: Fœminas quidem in flumen abijciunt, mares autem in ſuburbanis ſinguli defodiũt, vno aut altero cornu extante, ſigni gratia. Vbi cõputruerunt, & ſtatum tempus adue nit, ꝑſtò eſt ad ſingulas vrbes nauis, ex inſula nomine Proſopitide, q̃ eſt in Delta, nouemq; ſchœnorum ambitus. In qua cùm aliæ ſunt frequentes vrbes, tum ea vnde ꝓfi ciſcuntur naues ad oſſa tollẽda, noĩe Atarbechis, vbi templum Veneris extructũ eſt. Ex hac vrbe alij ꝓmulti vagant in alias vrbes. Vbi effoderũt oſſa, aſportant, eaq; vno in loco cuncti ſepeliunt. Quem in modum boues, in eundẽ defuncta alia pecora ſepeliunt. Ita em̃ apud eos circa hæc legibus cõparatum eſt. Nam neq; interimunt ea. Cæterùm q̃ Iouis Thebani templum incolunt, aut Thebani ritus ſunt, ij oẽs ab ouibus ſe abſtinentes, capras immolant. Nõ em̃ eoſdẽ deos ꝑæquè colunt vniuerſi Aegyptij, ꝓter Iſidem & Oſirim, quẽ Bacchum eſſe aiunt. Hos ꝑæquè vniuerſi colunt. Qui Mendetis templum obtinent, ſiue Mendeſij ritus ſunt, hi capris abſtinentes, immolant oues. Itaque Thebani, & quicunq; ꝓpter illos ouibus parcunt, aiunt ideo ſibi conditam hanc legem, q̃ Iupiter cùm ab Hercule cernere eum volente, cerni nollet, tandẽ exoratus id commẽtus ſit, vt amputato arietis capite, pelleq̃ villoſa, quã illi detraxerat, induta ſibi, ita ſeſe Herculi oſtenderet: & ob id Aegyptios inſtituiſſe Iouis ſimulacrum facere arietina facie: & ab Aegyptijs Ammonios accepiſſe, q̃ ſunt Aegyptiorum atq; Aethiopum coloni, & linguam inter vtroſq; vſurpantes. Qui etiã mihi videnᵗ eadem re ſe Ammonios cognominaſſe, q̃ Aegyptij Iouem Ammonẽ appellant. Ob hanc rem arietes non mactantur à Thebanis: ſed eius ſacro ſancti ſunt. Certo tantùm die, quotannis in feſto Iouis, vnum demum arietem amputant, cuius pellem detractam, hunc in modum Iouis ſimulacro induunt: ad illudq; deinde aliud ducunt Herculis ſimulacrum. Hoc acto, cuncti qui circa templum arietẽ verberant, deinde ſacra eundẽ vrna ſepeliunt. De Hercule hunc ego audiui ſermonẽ, q̃ ſit vnus ex dijs duodecim. Nam de altero Hercule, quem Græci norunt, nulla in parte Aegypti quippiam potui audire, cuius nomen non Aegyptij à Grecis acceperunt, ſed Grecî potiùs ab Aegyptijs: & hoc nomẽ filio impoſuêre Amphitryonis. Quod ita ſe habere cùm multa mihi indicia ſunt, tum verò aliud, q̃ huius Herculis vterque parens, Amphitryon & Alcmena, fuerunt ab Aegypto oriundi. Ideoq; Aegyptij negant ſe aut Neptuni, aut Tyndaridarum nomen noſſe: neq; hos deos inter cæteros admiſerunt. Quòd ſi nomen dei vllius à Græcis mutuati eſſent, non minus, imò vel magis iſtorum mentionem habuiſſent, ſi etiam tunc nauicularíam exercebant, & vlli Græcorum nauicularij erant, vt credo, & mea fert opinio, quapropter iſtorũ potius deorum, q̃ Herculis nomen Aegyptij percepiſſent. Atqui vetuſtus quidã deus eſt apud Aegyptios Hercules, & (vt ipſi aiunt) decem & ſeptem annorũ millibus ad Amaſim regem, ex quo Herculem ex octo dijs, qui duodecim erant, vnum eſſe arbitranᵗ. Quibus ego de rebus certior fieri cupiens, à quibus poſſem, in Tyrum & Phœnicem nauigaui, q̃ ibi templum Herculis eſſe audirem, quod & vidi opuleter exornatum cùm alijs multis donarijs, tum verò duobus cippis, altero ex auro excocto, altero ex lapide ſmaragdo maiorem in modum ſplendente per noctem. Cumq; veniſſem in colloquium cum dei ſacerdotibus, percontabar quantum temporis foret, ex quo id tẽplũ fuiſſet extructum. Cõperi ne hos q̃dem cõgruere cum Græcis, q̃ppe dicentes ab vrbe cõdita fuiſſe dei templum pariter extructum: eſſe aũt à Tyro cõdita annorũ duo millia ac trecentos. Vidi ꝑterea Tyri etiam aliud Herculis templum cognomine Thaſi. Quinetiam in Thaſum ꝓfectus ſum, vbi inueni templum à Phœnicibus cõditum, qui ad inueſtigandum Europam nauigantes, Thaſum condiderunt. quod quinq; virorum ætatibus prius fuit, q̃ Hercules Amphitryonis in Græcia exiſteret. Hæc quæ commemorantur, planè declarant Herculem vetuſtum deum eſſe. Eoq; videntur hi

Boum ſepulturæ.

Iupiter Thebanꝰ.

Iſis.

Oſiris.

Arietes quare non immolentur.

Ammonij vnde dicti

Hercules à duodecim dijs.

Hercules deus vetuſtus.

Cippi duo Herculis.

Tyrus quãdo extructa.

Hercules geminus. rectiſſimè facere è Græcis, qui bifariam Herculi templa ædificanda colendaq; cẽſuerunt: vni quidem vt immortali, cognoïe Olympio, immolantes: alteri verò vt heroï, parentãtes. Alia quoq; multa incõſideratè Græci loquunt, quorum & hæc inepta fabula eſt, quam de Hercule ferunt: eum cùm in Ægyptum ꝓueniſſet, ab Ægyptijs redimitum tanq̃ Ioui immolandum, ſub pompa fuiſſe eductum, ac tantiſper quietẽ tenuiſſe, dum illi ante aram eum ſtitiſſent: ibi ad vim conuerſum, oẽs interemiſſe. Quę cùm dicunt Græci, videntur mihi ſe & naturæ Ægyptiorum, & morum ignaros prorſus oſtendere. Quibus em̃ nullam pecudem fas eſt immolare, ꝑter ſues, ꝑterq; boues mares & vitulos, dummodò mundos, & anſeres: ij qua ratione immolarẽt hoïes? Aut quomodo Hercules, cùm & vnus eſſet, & adhuc (vt aiunt) homo, tot millia virorũ interemiſſet? Et hęc qdẽ, q̃ de his rebus diximus, ſint & à dijs & ab heroïbus in bonam partem accepta. Capras & hircos ea de cauſa hi quos diximus Ægyptiorum non mactant, quod Pana inter octo deos Mendeſij numerent, quos octo aiunt priores duodecim dijs extitiſſe. Panos ſimulacrum & pictores pingunt, & ſtatuarij ſcalpunt, quẽadmodum Græci, caprina facie, hircinisq; cruribus: haudquaq̃ exiſtimantes eum eſſe talem, ſed ſimilem cæteris dijs. Qua tñ eum cauſa talem deſcribant, non eſt mihi relatu iucundum. Verùm hi cùm capras, tum verò capros hircóſue oẽs veneranť. Et inter Mẽdeſios caprarij ꝑcipuo honore afficiunť, & ex his vnus maximè: qui cùm deceſſit, ingens toti Mẽdeſiæ plagæ luctus exiſtit. Vocať aũt & hircus & Pan, Ægyptiacè Mẽdes. In hac regione cõtigit hoc mea memoria ꝓdigium: Hircus cum muliere coïjt ꝓpalam, quod in oſtentationẽ hoïm ꝓuenit. Suem Ægyptij ſpurcã belluam arbitranť: quam ſi qs vel tranſeundo cõtigerit, abit lotum ſeſe cum ipſis veſtimentis ad flumen. Eoq; ſoli oïm ſubulci in Ægypto, etſi indigenæ, tñ nullum ingrediunť in templũ: nemoq; aut filiã cuipiam eorum nuptum dare vult, aut cuiuſpiã eorum filiam in matrimonium ducere. Ipſi inter ſe ſubulci dant, accipiuntq; filias. Alijs dijs immolare ſues, ius Ægyptijs nõ eſt, ꝑterq̃ Lunæ tantum & Libero: niſi ꝓ tẽpus plenilunij, quo ſues immolant, ac ſuilla carne veſcunť. Ideoq; alijs diebus feſtis ſues abhorrẽt, cùm in hoc mactent. Cuius rei ab Ægyptijs ratio redditur, ſed eandem intellectã mihi magis decorum eſt non referre. Sacrificium aũt de ſuibus Lunæ hunc in modum fit: Immolata ſue, extremam eius caudam, & lienem, & omenta ſimul cõponunt, & adipe qui circa aluum pecudis exiſtat, ea operiunt, ac deinde igni admouent: reliqua carne plenilunij die veſcunť, quo die ſacra faciunt: alio die non amplius guſtant. Qui ſunt ex eis inopes ꝓpter tenuitatem facultatum, aſſimilatos quoſdã ſues coquunt, quos immolent Baccho quoque in eius feſto. Singuli in cœnam porcum ꝓ foribus mactant, reddunťque ſubulco q̃ illum tradidit. Quin & alium diem feſtum Baccho Ægyptij agũt ſine porcis, ferè ꝓ oïa Græco feſto ſimilem. Sed loco phallorum, id eſt, ficulneorũ veretrorum à collo pendentium, ſunt ab eis excogitatæ ſtatuæ cubitales è neruis cõpactæ, quas fœminæ circunferunt ꝓ pagos, mentula, q̃ ꝓpemodũ inſtar eſt reliqui corporis in ventre, & tibia ꝑeunte, quam fœminæ Bacchum canẽtes ſequuntur. Cur autem mentulam habeat iuſto maiorem ſtatura, & vnum corporis mẽbrum agitet, redditur ab eis ratio: vt iam Melampus Amytheonis filius nõ imperitus huius ſacri, ſed peritus fuiſſe videatur. Siquidem Melampus fuit, qui Græcis Dionyſij, id eſt, Liberi patris vel Bacchi nomen & ſacrificium, & pompam phalli enarrauit, non tñ oẽm plenè rationem complexus. Verùm hi qui poſt hunc extiterunt ſophiſtæ, rem in maius explicauerunt. Itaq; phallum Dionyſio miſſum, narrandi Melampus auctor extitit: à quo edocti Græci, faciunt ea q̃ faciunt. Equidem Melampodem dico virum fuiſſe ſapientem, diuinationemq; ſibijpſi comparaſſe: eundemq; cùm alia multa ab Ægypto accepta Græcis enarraſſe, tum verò nonnulla de Dionyſio tñ commutata. Neque em̃ dixerim q̃ in Ægypto fiunt huic deo, congruere cum his q̃ in Græcia. Nam conſenta nea ſunt Græcis, non nuper introducta. Neque tñ credam Ægyptios à Græcis fuiſſe mutuatos aut hoc, aut aliud quippiam, ſed Melampodem, quæ ad Dionyſium pertinent,

Herculis fabula.

Aegyptiorum victimæ.

Pan inter octo deos.

Mẽdes lingua Aegyptiaca qd. Hircus cũ muliere.

Subulci profani.

Lunæ feſt.

Suis ſacrificandi modus.

Phalli.

Mentulæ portentũ.

Melampus Bacchici ſacrificij inuentor.

nent, audisse ex Cadmo, alijsq; Tyrijs, qui cum eo è Phœnice venerunt in terram q̄ nunc Bœotia appellatur. Adeò deorum omnium nomina fermè ex Ægypto in Græciam puenerunt. Idq́ue ego ex barbaris sciscitatus, ita rem habere comperio, ac reor ex Ægypto p̄cipuè venisse: & iccirco illic non esse vsq̄ nomina neque Neptuni, neq; Castoris, quemadmodum à me superius dictum est, neq; Iunonis, neque Vestæ, neq; Themios, neque Gratiarum, neque Nereidum, neque aliorum deorum. Dico autem q̄ ipsi Aegyptij, q̄ se negant deorum agnoscere nomina. Qui dij videntur mihi à Pelasgis fuisse nominati, p̄ter Neptunum, quem ab Africanis audierunt. Nam Neptuni nomen ab initio non vsurpauerunt, nisi Afri q̄ semper hunc deum in honore habent. Eum Aegyptij igitur putant esse, sed nullo honore ꝓsequuntur. Hæc itaq; & alia p̄tereà q̄ ego referam, Græci sunt ab Aegyptijs mutuati, sed non id, vt Mercurij statuā facerent, porrecto cum veretro, verùm a Pelasgis: & primi ex omnibus Græcis Athenienses, & ab his deinceps alij. Nam p̄stabant inter Græcos ea tempestate Athenienses, in quorum regione ꝓmixti Pelasgi habitant, ex quo cœperunt ꝓ Græcis haberi. Hæc q̄ dico, quisquis Cabirorum sacra imitatur, quibus Thraces initiantur, nouit à Pelasgis esse sumpta. Nam Samothraciam quondam incoluerunt hi Pelasgi, q̄ cum Athenienſibus vnà habitauerunt, à quibus Samothraces ceremonias mutuant. Itaq; primi è Græcis Athenienses à Pelasgis edocti, statuas Mercurij erecta tenere virilia idem factitauerunt. De qua re Pelasgi sacrum quendam sermonem retulerunt, q̄ in Samothracibus mysterijs patefactus est. Ijdem anteà in deorum inuocatione tum omnia immolabant, quemadmodum ego apud Dodonam audiendo cognoui, tū nulli deorum aut cognomen, aut nomen imponebant, quippe qđ alicunde nunq̄ audissent. Quos aūt cognominauerunt, eos ob id cognominauerunt, q̄ o͂es res atque o͂es regiones illi tenerent redacta in ordinem. Multo deinde ꝓgressu temporis, aliorum deorum nomina audierunt ex Aegypto allata: post quos diu nomen Liberi acceperunt. Itemq; aliquanto pòst de illorum nominibus in Dodona oraculum petiuerūt. Nanque hoc oraculum omnium q̄ apud Græcos sunt oraculorum vetustissimū esse existimatur, atque adeò solum erat ea tempestate. Consulentibus igit̄ Pelasgis apud Dodonam, num omnia quæ barbaris aduenissent ascisceré deberent, oraculum reditum est, vt illis vterentur. Atque ita ex eo tempore sacrificauerunt, deorum nomina occupantes, & ea deinceps è Pelasgis Græci acceperunt. Vnde autem singuli deorum extiterint, an cuncti semper fuerint, aut qua specie, haud ita multo ante hoc tempus ignorabatur, vt ingenuè loquar. Nam Hesiodus atque Homerus, quos 400. non amplius annis ante me opinor extitisse, ij fuére qui Græcis deorum ꝓlem introduxerunt, eisque & cognomina, & honores, & diuersa artificia, & figuras attribuerunt. Quibus & posteriores videntur extitisse hi poëtæ, q̄ fuisse priores feruntur. Et prima quidem illa Dodonææ sacerdotes meminerunt. Posteriora autem ad Hesiodum vsq; & Homerum, ego referam. At de oraculis q̄ in Græcia, & de illo quod in Africa est, talia Aegyptij cōmemorant. Nam enarrabant sacerdotes Iouis Thebani duas fœminas, q̄ essent sacerdotes è Thebis, à Phœnicibus fuisse exactas: & harum vnā in Africa fuisse venundatam se audisse, alteram in Græcia: atque has fœminas esse q̄ primæ apud dictas gentes oracula cōdidissent. Per contantiq; mihi vnde id qđ cōmemorant, planè compertum haberent: rīderunt, maiorem in modum se instituisse vestigare de his mulieribus, nec tū vnq̄ inuestigare potuisse: sed postea hęc q̄ dicebantur de eis audisse. Hæc igitur Thebis è sacerdotibus audiebam. Antistites autem Dodonæorum illas aiunt geminas ex Aegypto columbas aduolauisse, vtranque nigram, vnam quidem in Africam, alterā ad ipsos: q̄ fago insidens, humana voce elocuta sit, eo loci Iouis oraculum condi debere, & se interpretes esse, quod ipsis annunciaretur diuinitus fieri: & ob id se ita fecisse. Eam verò q̄ ad Afros abijsset columbā, iussisse Afris vt Ammonis oraculum conderent, quod oraculum & ipsum Iouis est. Ita referebāt Dodonæorum sacerdotes cum assensu cæterorum Dodonæorum templo vicinorum: quarum antiquissimæ nomen erat Promeneæ, proximæ Timareteæ, minimæ natu Nican

Græci ab Aegyptijs pleraque sumpsêre.

Deorum nomina.

Cabirorū orgia.

Liberi nomen.

Dodonęū oraculum vetustissimum omnium.

Hesiodus & Homerus deorū opifices.

Oracula apud Græcos prima, eorumq́ue origo.

Columba Dodonęa.

Ammonis oraculi origo.

dræ, de quib⁹ ita mea fert opiniõ: Si re vera Phœnices ablegauerunt fœminas sacerdotes, & earum alteram in Africa, alteram in Græcia vendiderunt: hanc, q̃ in Græcia illa q̃ Pelasgia vocabat, venijt, eam esse q̃ apud Thesprotos venijt: atq; deinde ancillã tem ibidem condidisse sub fago enata fanum Iouis, quẽadmodum mos erat Thebis ministrare in Iouis templo. Hinc ꝓcessit vt hic memoria eius haberet, atq; hinc oraculum institutum. Et posteaq̃ illa linguam Græcam ꝓcepit, dixisse aiunt, sororẽ suã in Africa ab eisdem Phœnicibus (vt ipsa fuisset) venundatam. Quòd aũt mulieres à Dodonæis columbæ vocatæ sunt, ob id mihi videt factum, quia barbaræ essent, q̃ videlicet simile quiddam auibus sonarent. Interiecto deinde tempore, columbã humana voce locutam aiunt, postq̃ more ipsorum mulier locuta est, tamdiu volucris modo sonare visa, q̃diu barbarè loquebat. Nam columba quodammodo humanam vocem sonat. Nigram aũt columbam esse dicẽtes, Ægyptiã fœminam significant. Sunt itaq; similima inter se oracula, & illud apud Thebas Ægyptias, & hoc apud Dodonã. Estq; diuinandi in templis ratio ab Aegypto ascita, cùm ipsi Aegyptij extiterũt principes, conuentus & põpas & cõciliabula factitandi, & ab eis Græci didicerunt. Cuius rei hoc apud me argumentum est, q̃ illa cõstet priscis temporib⁹, Græcanica vero recens fuisse instituta: nec semel quotannis conuentum agere Aegyptios: sed frequenter cùm alibi, tum ꝑcipuè ac studiosissimè in vrbe Bubasti in honorem Dianæ. Secundo loco in vrbe Busiri in honorem Isidis. In qua vrbe maximum est templum Isidis, ipsa in medio Delta Aegypti sita. Est aũtẽ Isis, q̃ Græca lingua dicitur Δημήτηρ, id est, Ceres. Tertio gradu in vrbe Sai, in honorem Mineruæ. Quarto Heliopoli, in honorem Solis. Quinto in vrbe Buti, in honorem Latonæ. Sexto in vrbe Papremi, in honorem Martis. Cæterùm cùm se conferunt in vrbem Bubasti, hæc faciunt: Nauigant viri pariter & mulieres, magna in singulis nauib⁹ vtrorumq; multitudo. Inter nauigãdum assiduè mulieres aliquot crepitacula tenentes plaudunt, viri tibijs canunt. Cæteri cæteraq̃; modulantur, manusq̃; complodunt. Ita nauigãdo vt ad quanq; vrbem ꝓueniunt, talia agunt: appulsa ad terram naui, mulierum aliæ ea q̃ dixi faciunt, aliæ cõpellantes eius vrbis fœminas, ingerunt ꝓbra, aliæ saltant, aliæ surgentes retrahunt illas. Talia ad singulas vrbes flumen accolentes agunt. Cùm ad vrbem Bubastum ꝓuentum est, diem festum celebrant, magnis hostijs offerendis. Quo in festo plus vini vinealis absumitur, q̃ in reliquo anni tempore. Cõmeant illuc (vt indigenæ aiunt) virorum ac mulierum ꝑter pueros ad 700. millia. Atque hæc quidem in ea vrbe fiunt. At in vrbe Busiri, vt diem festum Isidi agant, superius à me dictum est. Verberant eñ post sacrificium cuncti, multa sanè hominum millia: quot autem verberentur, nõ est mihi fas dicere. Sed ex omnibus ꝑcipuè hoc faciunt Cares, qui Aegyptum incolunt: adeò quidem, vt gladijs quoq; frontes cõcidant, ex quo facto datur intelligi eos hospites esse, non Aegyptios. Vt verò in Saim vrbem sacrificatum conuenerunt, noctu sub dio vniuersi circum mœnia frequentes lucernas accendunt, imbutas sale & oleo plenas cum multo lychno, quod tota ardeat nocte. Cui festo nomen impositum est, Accensio lucernarum. Ad hunc conuentum quicunque Aegyptiorum ierint, obseruantes sacrificij noctem, & ipsi lucernas accendunt: neque id in Saï modò, sed etiam ꝑ vniuersam Aegyptum. Qua verò gratia nox hæc lumen & honorem sortita sit, sacra q̃dam ratio cõmemoratur. Ad Heliopolim & ad Butim qui veniunt, tantùm sacrificasse contenti sunt. In Papremi verò quemadmodum in alia, & hostias & sacra operantur, sed quoad sol circumfertur, pauculi sacerdotes circa simulacra exercentur: cõplures eorum tenentes ligneas clauas, stant pro foribus templi: alij è regione plus mille virorum, q̃ vota exequuntur, cum singulis fustibus frequentes consistunt: q̃ pridie simulacrum ligneum ex ligneo sacello deaurato in alias sacras ædes exportant, paucis illis qui ministerio simulacri delecti sunt, trahentibus plaustrum quatuor rotarũ, quo vehitur sacellum cum simulacro, quod intus est. Hos ingredi prohibent hi q̃ in vestibulo stant. At hi qui vota exequuntur, opitulantes deo, percutiunt hos seſe defensantes. Hic vehemens existit fustuaria pugna mutuò capita ferientium, multiq; ex vulne-

Herodoti de oraculorum origine sententia.

Columbæ quare mulieres vocatæ.

Aegyptiorum præcipui conuentus.

Cares Aegyptij.

Lucernarum accensionis festum.

vulneribus (vt ego opinor) pereunt, etsi Aegyptij quenq; mori negant. Aiunt autem indigenæ conuentum hunc ideo institutum, q; id templum incolat mater Martis, & ad eam Martem iam adultum ac virilis ætatis venisse gratia coëundi cum matre, quē materni ministri, vt q; eum à principio non agnoscerent, ingredi ad matrem nō sinerent. Hunc ex alia ciuitate adductis hominib⁹, illos malè multasse, & ad matrē fuisse introgressum. Et ob hanc rem ait solennem esse matri die festo hanc rixam, & institutum, ne in templo cum fœminis coïret, néue à Venere nisi ablutis templa adirent. Hi sunt q; primi cerimonijs vacauerunt, nā cæteri ferè mortales, pter Aegyptios ac Græcos, coëunt in templis: & à Venere surgentes, non abluti introëunt templum, putātes hoīem esse vt cæteras animantes. Etenī videre licet & pecudes oēs, & volucrum greges coïre in deorum templis atq; in fanis: quod si non esset deo gratum, nō facturas illas fuisse allegant. Mihi aūt ista facientes non ꝓbantur. Aegyptij cùm in alijs ad sacra pertinentibus, tum verò in his superstitiosè agunt. Cæterū Aegyptus cùm sit Africæ finitima, non tā admodum feris est frequens: q; verò illic sunt, eæ oēs pro sacris habentur, partim mansuetæ, partim immansuetæ. Qua autem causa ꝓ sacris habeāt, si dixero, ad res diuinas oratio mea descenderet, quas ego in primis enarrare deuito: quarumque quicquid dixi, id necessitate coactus tā delibando dixi. Lex verò q; de feris est, ita habet: Earum educandarum curam seorsum à cæteris Aegyptij atq; Aegyptię suscipiunt. In quo honore filius patri succedit. His feris oēs qui in vrbibus sunt, vota persoluunt q; susceperunt illi deo, cuius illa fera est, hunc in modum: derasis filiorum capitibus aut in totum, aut ex media, aut tertia parte, appendunt crines vna in lance, & altera tantundem argenti: q; pecunia cùm lancem traxerit, eam tradunt curatori ferarum. Ille pro hoc amputatum piscem ꝓbet feris escam. Talis cibus illis præbetur. Quarum si quam quis necauerit, si volens, morte multatur: sin inuitus, plectitur ea multa quam sacerdotes statuerint. Quisquis tamen ibim aut accipitrem necauerit, siue volens, siue nolens, necessariò morte afficitur. Sed cùm multæ sint feræ quæ vnà cum hominibus victitent, multò tā plures essent, nisi res hæc officeret felibus. Feles postq; sunt enixæ, non amplius adeunt masculos. Eas isti coëundi gratia indagantes, tā potiri nequeunt. Ergo contra illas talia cōminiscuntur: Ereptos aut subreptos earum fœtus occidunt, non tā occisos edunt. Illæ filijs orbatæ, cupiditate aliorū (amantissima eī filiorum fera est) ita demùm ad mares se conferunt. Felem incensa strue diuina res occupat. Nam quoties ignem extinguere neglexerunt Aegyptij, custodias felium dispositi agunt. At illæ aut intrudendo sese hominibus, aut transiliendo in ignem insiliunt. Hoc dum contingit, ingenti luctu afficiuntur Aegyptij. Quibuscunq; autem in domibus vltrò felis oppetit mortem, earum domorum habitatores cuncti sola supercilia eradunt: totum autem corpus & caput, in quorum domibus sic moritur canis. Efferuntur feles mortuæ ad sacra tecta, vbi salsæ sepeliuntur in vrbe Bubasti. Canes in sua quisque vrbe tumulant, sacratis in loculis. Eodem quo canes modo, indagatores sepeliuntur. Nam mygalas, id est, mures araneos, & accipitres in vrbem Butum asportant. Vrsos autem qui sacri sunt, & lupos, non multò vulpibus grandiores, eo loci sepeliunt, vbi iacentes inueniunt. At crocodilo talis inest natura, vt quatuor mensibus maximè hybernis nihil omninò edat: & cùm sit quadrupes, tamen terrestre & aquatile est. Nam oua parit humi, excluditque: & plerunque diei in sicco agit, sed totam noctem in flumine, quippe calidiore aqua quàm nocturno sereno & rosido. Ex omnibus quæ mortalia agnoscimus, hoc maximum existit ex minimo, siquidem oua gignit haud multò maiora anserinis, & pro portione oui fœtus excluditur. Excretus, ad decem & septem & amplius cubitos peruenit. Oculos habet suillos, dentes magnos proportione corporis, & prominentes atque serratos, cui ex omnibus feris soli lingua innata non est. Idem inferiorem maxillam solùm non mouet, sed superiorem inferiori admouet. Vngues quoque robustos habet, pellemque circa tergum impenetrabilem. Inter aquas cæcus, sub dio perspicacissimus. Itaque cùm in aqua vitam degat, os fert introrsum hirundinibus refertum. Cumq; eum cæ-

Pustuaria pugna.

Coitus in templis.

Feræ Aegyptiæ sacræ.

Ferarū cura apud Aegypt.

Crocodili natura.

teræ ferè ac volucres fugiant, ſolus ipſi trochilus pacatus eſt, quòd videlicet ei eſt vti lis. Etenim poſteaquam crocodilus ex aqua in terram egreſſus eſt, ac deinde hiauit (ſemper enim ferè hoc ad zephyrum facere ſolet) tunc in eius os trochilus penetrãs, deuorat ſanguiſugas. Qua vtilitate delectatus crocodilus, nihil omninò trochilum lę dit. Quibuſdam Aegyptiorum crocodili ſacroſancti ſunt, quibuſdam non ſunt, ſed veluti hoſtes exagitantur. Sacros admodum eſſe eos exiſtimant, qui circa Thebas & Mœrios ſtagnum incolunt: quorum vtrique vnum ex oñibus crocodilis alunt cicurem & edoctum manu tractari, appendentes eius auribus vel gẽmas, vel ex auro fuſiles inaures, & primoribus pedibus catenã innectentes: cibaria quoq; accommodata, ac ſacra p̃bentes, conſectantur tanq̃ pulcherrimè viuentẽ. Vbi mortem obijt, ſale cõditum ſacris in vrnis ſepeliunt. At qui circa Elephantinam vrbem incolunt, q̃ ſacros eſſe nõ cenſeant, etiã comedunt. Neq; verò crocodili vocant, ſed chãpſę. Iones appellauêre crocodilos, illi generi crocodilorum, quod apud eos in ſepibus gignitur, cõparantes. Hos capiendi cùm ſint cõplura & multiplicia gña, vnum tantũ hoc, mihi qd̃, maximè dignum relatu videtur, puto ſcribendum. Vbi tergum ſuillum hamo circundatum, ad alliciendum crocodilum, ptulit in mediũ fluminis venator, ipſe ad ora fluminis porcellum, quẽ viuum tener, verberat. Cuius vocẽ crocodilus audiens, ſecundum illã tendit, nactusq; tergũ deuorat. Et poſteaq̃ attractus eſt, ante omnia eius oculos venator cœno opplet. Hoc acto, cætera facilè ſanè obtinet, alioqui cũ labore adepturus. Equi verò fluuiales in plaga Papremitana ſacri ſunt, in cætera Aegypto nõ ſacri, talẽ ſpeciẽ naturãq; habẽtes: Quadrupedes bifidis pedibus, vngulis bouinis, ſimo naſo, equina iuba, eminentibus & cancellatis dentibus, fulgida cauda, equna voce, magnitudine maximi tauri, tã craſſo corio, vt ex eo arefacto fiant pila miſſilia. Gignunt̃ p̃terea in fluuio aquatilia q̃dam, q̃ Aegyptij ſacrata eſſe arbitrantur. Arbitrantur itẽ ſacrũ genus piſciũ, qd̃ vocatur ſquamoſum, atq; etiã anguillã. Hos piſces aiunt ſacros eſſe. Ex volucribus verò vulpãſares. Eſt & alia volucris ſacra, nomine Phœnix, quam equidẽ nunq̃ vidi, niſi in pictura. Etem̃ perrara ad eos cõmeat, 500. quoque (vt aiunt Heliopolitani) anno, & tunc demum, & cùm pater eius deceſſit. Is ſi picturę aſſimilis eſt, talis tantusq; eſt: Pennæ coloris partim rubidi, maxima ex parte cùm habitu tum magnitudine ſimillimus aquilæ. Eum aiunt (quod mihi non fit veriſimile) hoc excogitare: Ex Arabia ꝓficiſcentem in templum Solis, geſtare patrem myrrha obuolutũ, & in eo templo humare. Sic autem geſtare: primũ ex myrrha ouum cõponere, quantum ipſe ferre poſſit: deinde ferẽdo illud experiri, Hoc expertum, ita demum ouum exenterare, atque in illud parentem inferre: & qua parte ouum exinaniuit, patremq; intulit, eã partem alia myrrha inducere. Et cùm tantundem põderis impoſito parente effectum ſit, obſtructo rurſus foramine, baiulare illud in templum Solis. Hæc facere hãc auẽ cõmemorãt. At circa Thebas ſunt ſacri ſerpẽtes, nihil oñinò hominib. noxij, puſillo corpore, binis p̃diti cornibus, è ſummo vertice enatis: quos defunctos in Iouis ædẽ ſepeliunt. Huic enim deo ſacros illos eſſe prædicant. Eſt Arabiæ locus, ad Butum vrbem ferè poſitus, ad quem locum ego me contuli, quòd audirem volucres eſſe ſerpentes. Eò cùm perueni, oſſa ſerpentum aſpexi, & ſpinas multitudine ſupra fidem ad enarrandum, quarum acerui erant magni, & his alij atque alij minores, ingenti numero. Eſt autem hic locus, vbi ſpinæ proiectæ iacebant, huiuſcemodi: Ex arctis montibus exporrigitur in vaſtam planiciem Aegyptiæ contiguam. Fertur ex Arabia ſerpentes alatos ineunte ſtatim vere in Aegyptum volare, ſed eis ad ingreſſum planiciei occurrentes aues ibides, non prætermittere, atque ipſos interimere: & ob id opus, ibidem magno in honore ab Aegyptijs haberi. Arabes aiunt, confitentibus & ipſis Aegyptijs, iccirco ſe his auibus honorem exhibere. Eius auis ſpecies talis eſt: Nigra tota vehementer eſt, cruribus gruinis, roſtro maxima ex parte adunco, eadem qua crex magnitudine. Et hæc quidem ſpecies eſt nigrarum, quæ cum ſerpentibus pugnant. At earum quæ pedes humanis ſimiles habent (nam bifariæ ibides ſunt), gracile caput, ac totum collum, pennæ candidæ, præter caput ceruicemq́ue, &

Crocodili ſacri.

Capiendi crocodili modus.

Equi fluuiales.

Ἡλίου πόλιν ὀρνίθων τῶν χίλια λώβητας. Phœnicis auis deſcriptio.

Serpentes ſacri.

Serpentes alati.

Ibidis forma.

Crex.

extrema

extrema alarum & natium: q̃ oĩa q̃ dixi ſunt vehementer nigra, crura & facies alteri cõſentanea. Serpentis porrò figura qualis hydrarũ, alas nõ pennatas, ſed glabras gerit, & alis veſpertilionis valde ſimiles. Hactenus de ſacris feris dictum ſit. Ipſorũ autẽ Ægyptiorum, q̃ circa partẽ Aegypti frumentariã colunt, memoriã oĩm hoĩm cõmẽtantes, ſunt ferè eorum (in quorum ego veni experimẽtum) lõgè excellẽtiſſimi, anteoĩa tali vitæ gñe degentes. Singulis menſib⁹ triduo purgant ſe, vomendo atq; inteſtina diluendo, gr̃a ſanitatis cõſeruandæ, exiſtimãtes oẽs lãguores hoĩb⁹ creari ex cibis. Nã ſunt alioq̃ Aegyptij oĩm virorum ſecũdum Afros maximè ſano corpore, aëris (vt mihi videt̃) beneficio, q̃ nunq̃ immutat̃, cuius mutationib⁹ p̃cipuè exiſtunt in hoĩb⁹ morbi. Pane veſcunt̃, quẽ ex farre cõficiunt, quẽ colleſtem nominant. Vino vtunt̃ facto ex hordeo: deſunt em̃ in ea regione vites. Victitãt quoq; tum piſcib⁹ partim crudis ad ſolẽ arefactis, partim ſalſugine cõditis, tum auib⁹, ſed earum crudis, prius tñ ſale cõditis, cothurnicib⁹, anatibusq̃; atque auiculis. Cæteris aũt vel volucrib⁹ vel piſcĩbus, q̃ ipſis in ꝓximo ſunt, (p̃ter illa q̃ ab eis ſunt recepta, ꝓ ſacris) partim aſſis, partim elixis. Apud locupletes eorum cùm multi cõuenerunt, & à cœna diſceſſum eſt, circũfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, ſed pictura & opere verum maximè imitantem, longitudine cubitali omninò, aut bicubitali, oſtendensq̃ ſingulis cõuiuarum, ait: In hunc intuens pota & oblectare, talis poſt mortem futurus. Hæc illi apud cõuiuia faciunt, cõtentiq̃ morib⁹ patrijs, nullum alium aſciſcunt. Quibus cùm alia ſint egregia inſtituta, tum verò illud, adhibendum modulatorem, q̃ & in Phœnice & in Cypro, & alibi, nomen ꝓ differentia gentium habet. Idem tñ cõgruit cũ eo, quem Græci decantant appellantes Linum, vt ego admirer cùm alia multa, q̃ ſunt apud Aegyptum, tum verò vnde nomen Lini acceperint, quem ſemper quodãmodo decantare cognoſcunt̃. Vocat̃ aũt Linus Aegyptiacè Maneros: quẽ Aegyptij tradiderunt, cùm filius vnicus extitiſſet primi ipſorũ regis, p̃maturaq̃; morte deceſſiſſet, his lamentis ab Aegyptijs fuiſſe decoratum, & cantilenã hanc, eamq̃; ſolam ipſis inſtitutã. Cõgruunt p̃tereà in hoc cum ſolis Græcorũ Lacedæmonib⁹ Aegyptij, q̃ minores maioribus natu obuij cedunt via, ac deflectunt, aduenientibusq̃; è ſedili aſſurgunt: qua in re cum nullis alijs Græcorum cõueniunt. Inuicẽ cõpellandi ſe mutuò in vijs adorãt, genu tenus demiſſa manu. Veſtib⁹ amiciunt̃ lineis, circa crura fimbriatis, quas caſiliris appellãt, ſuper quas cãdida ferunt amicula tanq̃ ſuperiecta. Laneæ veſtes neq; in ædes ſacras geſtant̃, neq; vnà cum cadauere ſepeliunt̃: ꝓfanũ em̃ eſt, q̃ cõſentanea ſunt his q̃ Orphica & Bacchica appellãtur, ab Aegypto & à Pythagora ortum ducentib⁹. Nã his ceremonijs participantẽ, laneis indutũ veſtib⁹ humari religioſum eſt. De q̃b⁹ ſacra redditur ratio. Alia inſuper ſunt ab Aegyptijs excogitata, q̃s menſis diẽſue cuius deorum ſit, & quo q̃s die genitus, qualia ſortietur, & quam mortem obibit, & qualis exiſtet. Quib⁹ reb⁹ q̃ in poëſi verſati ſunt, vſi fuerunt. Plura quinetiam ab eis ꝓdigia cõperta ſunt, q̃ à cæteris oñib⁹ hoĩb⁹. Nam cùm ꝓdigium extitit, ſcribũt id, obſeruantes quomodo euenerit. Et ſi qñ poſtmodum huius ſimile extiterit, exẽplo prioris putant euenturum. Diuinatio apud eos ita eſt conſtituta, vt eius artificiũ nulli mortalium vendicet̃, ſed certis dijs. Siquidem Herculis illic oraculum eſt, & Apollinis, & Mineruæ, Dianæq̃ ac Martis, & Iouis. Sed qđ p̃cipuo honore colunt ex omnibus oraculis, Latonæ eſt, in vrbe Buti. Verùm hæc vaticinia nõ eodem modò ſunt oñia inſtituta, ſed differenter. Iã verò medicina apud eos hunc in modũ eſt diſtributa, vt ſingulorũ morborũ ſint medici, nõ plurium. Itaq; oñia referta ſunt medicis. Alij em̃ ſunt ocularij, curãdis oculis cõſtituti, alij capiti, alij dentib⁹, alij alui partib⁹, alij morbis occultis. Luctus eorundẽ ac ſepulturæ tales ſunt: Quibuſcunque domeſticis aliq̃s deceſſit hõ alicuius momenti, ibi oñis muliebris ſexus familia caput ſibi & vultum oblinit luto. Deinde relicto domi cadauere, ipſę ꝓ vrbem vagantes ſe plangunt, ſuccinctæ, nudatis mãmillis, & cum eis ꝓximæ q̃que. Altera ex parte viri, & ipſi expectorati ſe verberant. His actis, ita demum ad cõdiendum portãt. Sunt autem certi ad

Hydræ.

Aegyptiorum purgamina.

Colleſtis panis.

Vinum ex hordeo.

Mortis ſtatua exemplaris.

Linus modulationis genus.

Maneros Aegyptijs quid.

Senectę veneratio.

Veſtes laneæ profanæ.

Diei natalis obſeruatio.

Prodigiorum obſeruatio.

Diuinationis inſtitutio.

Medici ſinguli ſingulorũ morborum.

Lugendi ritus.

hoc

hoc ipſum conſtituti, q̃ hoc artificium factitant: q̃ cùm ad ipſos cadauer portatũ eſt, oſtendunt his qui portauerunt, exemplaria mortuorum lignea pingendo aſſimilata. Et eorum vnum accuratiſſimè fabrefactum eſſe aiunt, cuius ego nomen ſi nuncupauero, haud faciam ſanctè. Alterum illo inferius ac vilioris p̃cij. Tertiũ viliſſimi. Ea dicentes ſciſcitant̃ ab his, ad quod exemplum velint effingi mortuum ſuum. Iſti cõuento de p̃cio illinc abeunt. At hi q̃ reliquunt̃ in ædib⁹, hunc in modum diligẽtiſſimè cõdiunt corpus. Ante oĩa incuruo ferro cerebrum per nares educunt, vt quanq; partẽ eduxerunt, ita locum eius medicamentis explẽtes. Dehinc acutiſſimo lapide Aethiopico circa ilia cõſcindunt, atq; illac oẽm aluum protrahunt: quam vbi repurgarunt, ac vino Phœniceo expleuerunt, rurſus odorib⁹ cõtuſis refarciunt: tum omenta complent cõtuſa myrrha pura, & caſia, & cæteris (excepto thure) odorib⁹, iterumq; cõſuunt. Vbi hæc fecêre, ſaliunt intrò abditum 70. dies. Nã diutius ſalire nõ licet. Exactis 70. dieb⁹ cadauer, vbi abluerunt ſindone byſſina, inciſis loris totum inuoluunt, gummi illinẽtes: quo Aegyptij glutinis loco pleruñq; vtunt̃. Eo deinde recepto, ꝓpinqui ligneã hoĩs effigiem faciunt, in qua mox inſerunt mortuum, incluſumq; ita repo nunt. Hîc autẽ q̃ mediocria volunt, nimium fugientes ſumptum, ita comparant: Clyſterem vnguine, quod è cedro gignitur, complent. Deinde ex hac aluum mortui, ipſam neque ſcindentes, neque extrahentes, ſed per ſeceſſum, prehenſo viæ poſterioris hiatu, infarciunt: & tot, quot dixi, diebus ſale condiunt: quorum dierum vltimo cedrinum vnguen, quod prius ingeſſerant, ex aluo egerunt, qd̃ tantã habet vim, vt vnà ſecum aluum atque inteſtina tabefacta educat. Nitrum autẽ carnes tabefacit, mortuiq; tantum cutis & oſſa relinquunt̃. Vbi iſta fecêre, ex quo ſic tradidêre mortuum, nihil amplius negocij ſuſcipiunt. Tertia cõditura hæc eſt adornãdi eorum mortuum. Qui tenuiori ſunt fortuna, dilutionibus ventrem abſtergunt, arefaciuntq́ue ſale ſeptuaginta ꝓ dies, deinde tradunt reportandum. Vxores tñ inſignium virorum, nõ ſtatim vita defunctas tradunt condiendas, ac ne eas quidem fœminas, q̃ cõſpicuæ valde & maioris momenti fuerint, ſed triduo atque quatriduo defunctas: ea de cauſa facientes, ne cum fœminis ſalinarij cõcumbant. Deprehenſum em̃ quendam aiunt coëuntẽ cum recenti cadauere muliebri, delatumq; ab eiuſdẽ artificij ſocio. Quiſquis autẽ vel ipſorum Aegyptiorum, vel hoſpitum cõpertus ſit mortuus, ſiue à crocodilo raptus, ſiue ab ipſo flumine, neceſſarium prorſus eſt ei ciuitati, ad quã eiectus eſt, cõdire: & q̃ honeſtiſſimo funere ſepelire, in ſacris monumentis, quẽ ne cõtingere q̃dẽ fas eſt alteri, aut ꝓximorum aut amicorum, niſi ipſis Nili ſacerdotibus, ceu maius quiddã q̃ hoĩem mortuum tractantib⁹ ad ſepeliendum. Græcanicis iuſtitutis vti recuſant, & (vt ſemel dicã) nullorum hoĩm aliorum inſtitutis vti volunt. Et hoc q̃dẽ cęteri Aegyptij obſeruant. Eſt tñ Chẽmis oppidum grande Thebaicæ plagæ, ꝓpe nouã vrbẽ, quo in oppido eſt tẽplum Perſei, Danaæ filij, quadratum ac palmeto circundatum, ingẽti ſanè è ſaxis veſtibulo, ſtãtib⁹ deſuper duab⁹ grandib⁹ è lapide ſtatuis. In hoc veſtibulari ambitu eſt ſacellum, & in eo ſimulacrum Perſei. Quẽ Chemmitani memorãt ſibi apparere frequenter è terra exeuntem, frequẽter intra templum. Eiusq; ſandalium q̃d̃ geſtabat, inuentum bicubitali magnitudine: q̃d̃ poſtq̃ apparuerit, exhuberare oẽm Aegyptum. Hęc q̃dem illi aiunt. Faciunt autem Perſeo Gręcanicè gymnicos ludos, ꝓ omne certandi genus, ꝓpoſitis p̃mijs, tum pecorum, tum palliorum, tum pellium. Percontantiq́; mihi cur eis ſolis ſoleret apparere Perſeus, & cur in edendo gymnico certamine ab Aegyptijs diſcreparent, aiebãt Perſeum ex ipſorum ciuitate eſſe oriundum. Danaum em̃ & Lynceum, q̃ eſſent Chemmitani, nauigaſſe in Græciã: à q̃b⁹ origínem gradatim ducendo, deueniebãt ad Perſeum. Hunc in Aegyptum ꝓfectum, quem & Græci dicunt gĩa afferendi ex Africa caput Gorgonis, veniſſe ad ipſos quoque, ac cognatos oẽs agnouiſſe, quos poſtq̃ didiciſſet, & nomen Chemmis ex matre audiſſet, in Aegyptum veniſſe, & gymnicum certamen celebrari iuſſiſſe. Hæc oĩa opinant̃ Aegyptij, q̃ ſupra paludes incolunt: q̃ verò in paludib⁹, vtunt̃ eiſdem q̃b⁹ cęteri

Aegyptij

Mortuorũ exẽplaria.

Mortuorũ apud Aegyptios cõdituræ.

Nitri vis.

Vxorum conditura.

Salinarij cum mortuis concumbẽtes deprehẽſi.

Perſei templum.

Perſei ſandalium.

Perſei profectio in Aegyptũ.

Gymnici certaminis inſtitutio.

Ægyptij moribꝰ, cùm in alijs, tũ in habendis ſingulis vxoribꝰ, quemadmodũ Græci. Cæterũ ad victus facilitatem alia ſunt eis excogitata. Siquidẽ cùm fluuius plenus cãpos inundauit, in ipſa aqua exorit̃ ingens vis liliorũ, q̃ loton Ægyptij vocant. Ea vbi demeſſuerunt, ad ſolem exiccant. Deinde qđ mediũ loti eſt, papaueri aſſimile, poſtq̃ coxerunt, ex eo faciunt panes aſſos. Eſt aũt huius loti radix quoq; eſculenta, etiã ſuauitate p̃ſtãti, orbiculata, mali magnitudine. Sunt & alia lilia roſis ſimilia, & ipſa in flumine naſcẽtia: quorũ fructus in alio calyce germinante è terra, ſimillimus ſpecie eſt fauo veſparum. In eo eſculenta q̃dã inſtar nuclei oliuæ coagmentata innaſcunt̃, q̃ & tenera comedunt̃ & arefacta. Iã verò iuncũ annuũ vbi è paludibꝰ excerpſerunt, ſupe rioré eius partẽ amputant, quã in aliud q̃ddã cõuertunt: quod relictũ eſt inferius lõ gitudine cubitali, id edunt pariter, ac venũ dant. Eo ſi qui admodũ ſuaui vti cupiunt, in luculento furno torrefactũ ita comedunt. Sunt p̃tereà ex eis qui ſolùm piſcibus vi ctitant, quos, vbi ceperunt, exenteratos ad ſolẽ deſiccant, exiccatisq̃ deinde veſcunt̃. In fluminib. nõ ferè gignunt̃ piſces gregales. Qui nutriuntur in ſtagnis, hęc faciunt: Simul ac inceſſit eis libido gignendi, gregatim in mare enatant, ducibus maſculis genituraꝫ ſpargentibus, quã fœminæ cõſectantes, recũruãdo ſe ex ea cõcipiunt. Eædem vbi p̃gnantes in mari ſunt effectæ, remeãt oẽs rurſus ad ſibi cõſueta, nõ amplius eorundem ductu, ſed fœminarũ. Ducunt em̃ illæ quemadmodũ fecerant mares, gregatim oua fundentes inſtar milij parua, q̃ mares adeuntes deuorant. Sunt autem ea tan q̃ milij grana piſces, ex quorũ reliquijs nõ deuoratis, ſed nutritis, piſces fiunt. Ex his piſcibus qui capiuntur, dum in mare meãt, hi detritis capitum dexteris partibus: qui verò retrò meant ſiniſtris, apparent: q̃ ea de cauſa patiuntur, q̃ in mare dum tẽdunt, à ſiniſtra terrã legunt: rurſus eadem via reuertentes, incurſant atq; offenſant contingendo terrã plerunq;, ne itinere aberrent ꝓpter aquæ decurſum. Nilo incipiente augeſcere, in primis depreſſa terrarum & lacunæ fluuio ꝓximè impleri incipiunt. Confeſtimq; redundante à flumine aqua, hæc plena fiunt, & cõtinuò cuncta piſciculis minutis opplentur. Vnde autem ſecundo loco veriſimile ſit eos gigni, hoc mihi videor cauſę intelligere, qđ ſuperiore anno, poſtq̃ Nilus abſceſſit, piſces qui oua in cœno pepererant, vna cum poſtremis abeãt aquis: circumacto rurſus anno, vbi aqua reſtagnauit, protinus ex his ouis gignuntur piſces. Quod ad piſces attinet, ita habet. Vtuntur Ægyptij, qui paluſtria accolunt, vnguento ex fructu ſillicypriorum, qđ appellãt Aegyptij Kiki, hunc in modum cõficiẽtes. Sillicypria hæc, q̃ apud Græcos vltrò naſcuntur, ad oras fluminum ſtagnorumq; ferunt, multum quidem fructum ferentia, ſed graueolentem. Hunc vbi collegerunt, alij cõtuſum ad ignem, alij in ſartagine coquũt, & qđ ex eo ꝓfluit, excipiunt pingue quiddã, & nihilominus ad lucernas tã idoneum q̃ oleum, ſed graueolentiã exhibens. Sunt autem aduerſus magnã vim culicum hæc ab eis excogitata. Cum em̃ his qui ſupra paludes incolunt, munimento ſint turres, quas dormituri aſcendunt (nã culices ventus ꝓhibet in altum volare) alia ſunt machinati qui intra paludes habitant: Singuli ſua obtinent retia, quibus ꝓ diem piſces capiãt, eiſdem noctu vtuntur cubili, in quo requieſcunt. Circundatis illis, deinde operti ſomnum capiunt: qui ſi in veſtimento inuoluti, aut in ſindone dormirent, eos ꝓ ipſa in dumenta culices morderent, ꝓ retia verò ne tantulum quidem mordere conantur. Naues eorum onerariæ ſunt factæ è ſpino, cuius figura ſimilima eſt loto Cyrenæo, & cuiꝰ lacryma gummi eſt. Ex hac ſpino ligna cõcidunt, q̃ magnitudine bicubitali, tãq̃ lateritio opere componunt, hunc in modum compingentes: Ligno cubitali circundenſos ac longos ſtipites appendunt: vbi hunc in modum compegerunt, deſuper frequentia tranſtra extendunt. Commiſſuris nequaquam vtuntur, ſed introrſum compages iunco innectunt. Gubernaculũ ſcitè faciunt, & hoc ꝓ naué trãſit. Malo quoq; ſpinaceo, & velis iunceis vtuntur. Hæc nauigia contra flumen meare non poſſunt, niſi luculentus ingruat ventus, uerùm à terra ꝓtrahunt̃. Secundum decurſum hoc pacto ferunt̃: Eſt ianua ex myrica facta, putaminib. arundinaceis ſtrata, & lapis politus duorũ ferè talẽtorũ põdo. Huiuſmodi ianuã ſune alligatã, in anteriore parte nauis ſi-

Lotos.

Iuncus e- ſui aptus.

Piſcium in ſtagnis Aegypt. genitura.

Sillicypria Kiki.

Culicum vis apud Aegyp.

Naues Aegyptiorũ.

Vela iun cea.

nunt deferri: lapidem verò retrorſum alio fune. Ita ianua impetu aquę inſidente, ꝓtinus meat & trahit barim: hoc enim his nauigijs eſt nomẽ. Lapis autem dum retrorſum trahitur, fundo admotus dirigit nauim. Horũ nauigiorũ ingens apud illos eſt copia, quorum quædam ferunt multa millia talentorũ pondo. Cùm regionem ſupergreſſus eſt Nilus, ſolę vrbes apparent, eatenus extantes, vt inſulis Ægei maris ferè aſſimiles eſſe videantur. Nã cætera Ægypti, pelagus efficiuntur: ipſæq; vrbes, quę ſolæ extant, ſtatiões nauium faciunt. Nec iam cùm hoc contingit, per alueũ fluminis, ſed per medium campi nauigatur. Ex Naucrate quidem Memphim verſus, nõ iam iuxta pyramides ipſas, ſed iuxta acumẽ Deltæ & vrbem Cercaſorum: à mari autem & Canobo Naucratem verſus per campum, ad Anthyllã, vrbem venies, & ad vrbem quæ vocatur Achãdri. Harum vrbium Anthylla, quæ eſt inſignis, datur peculiaris in calceamenta vxori ſemper eius qui in Ægypto regnat. Quod factũ eſt ex quo Ægyptus fuit ditionis Perſarũ. Altera videtur mihi nomen habere ab Archandro Danai genero Phthij Achæi filio. Archandri enim vrbs nominatur. Quòd ſi alius quiſquam Archander eſſet, nequaquam Ægyptiũ nomen foret. Hactenus quæ vidi, quę noui, quę interrogaui, dicta ſunt. Hìc pergam differere de Ægypto quæ audiebam, addens aliquid quod ipſe viderim. Menẽ, qui primus apud Ægyptum regnauit, aiebant ſacerdotes iunxiſſe pontibus Nilum ad Memphim. Nam eum, Africam verſus, totum prętерlabi montẽ Pſammium: & ſupra Memphim centum circiter ſtadia meridiem verſus aggeſta humo ad anfractum fluminis arefeciſſe priſtinũ alueum. Ita flumen facto ſibi alueo, per medium montiũ fluere. Adeò nunc quoq; ſub Perſis iſte anfractus Nili, tanq̃ coërcitus fluat, magnis præſidijs cuſtoditur quotannis, obſeptus aggeribus. Quos ſi refringens flumen velit ea parte redundare, oĩs Memphis adibit periculum, ne aquis operiatur. Ab hoc Mene, qui primus extitit rex, id vnde fluit amnis effectũ terreſtre, ibiq; ab eodẽ vrbẽ hanc conditã, quæ nunc Memphis appellatur (eſt enim Memphis in anguſtijs Ægypti ſita) & exterius aquilonem verſus & veſperum, ex flumine effoſſum eſſe ſtagnum, (nam ab aurora ipſe Nilus arcet) & ab eodem in ea vrbe extructum hoc templum Vulcani tum magnum, tum memoratu digniſsimum. Poſt hunc recenſebant è libro ſacerdotes nominatim alios trecentos ac triginta reges. In quibus tot ætatibus hominum, decem & octo fuiſſent Æthiopes, & vna mulier alienigena: cæteri indigenæ. Mulieri quæ regnauit, fuiſſe nomen idem quod reginæ Babylonicę Nitocrim: quam dicebant vltam fuiſſe fratrem, ab Ægyptijs, apud quos regnabat, interemptum: & ſic vbi hunc interemerant, regnum ad hanc detuliſſent. Vltam autem fratrem, dolo multis Aegyptiorũ abſumptis. Nam extruxiſſe eam permagnum ædificium ſubterraneum, per cauſam quidem noui operis, animo autem aliud agitantem: & conuocatis ad conuiuium multis, quos præcipuè nouerat fraternæ cędis auctores fuiſſe, per occultum quendam ſpecum immiſiſſe flumen diſcũbentibus. Hæc demum de illa referebant, præterquam quòd vbi hoc feciſſet, conſperſiſſe eam multo cinere ædificium, quo impunita eſſet. Aliorum autem regum nullum referebant clarum opus editũ, niſi vnius: qui poſtremus horũ extitit, Mœris. Hunc em̃ ædificaſſe memoratu digna Vulcani veſtibula, ad ventũ aquilonem vergentia: & ſtagnũ effodiſſe, cuius quot ſint in ambitu ſtadia, poſterius aperiam: & pyramides in ea extruxiſſe, de quarũ magnitudine ſimul cum ipſius lacu, mentionẽ faciam. Hunc itaq; tantum operum edidiſſe, alios autem nihil prorſus. Quos ego prętergreſſus, eius qui his ſucceſſit, nomine Seſoſtris, mẽtionem habebo. Iſtum dicebant ſacerdotes, primũ longis nauibus ex Arabico ſinu profectũ, rubri maris accolas in ſuam poteſtatẽ redegiſſe: progreſſumq; longius, veniſſe in mare iã vadoſum, & proinde non nauigabile. Illinc vbi retrò ſe ad Aegyptũ recepiſſet, ſecundum ſacerdotũ commemorationem, coacto ingenti exercitu per cõtinentem perrexiſſe: omnesq; gentes, vt in quanq; incidebat, ſubegiſſe. Et quaſcunq; earum nanciſcebatur feroces & vehemẽter ſtudioſas libertatis, in earũ regiõibus cippos ſtatuebat, inſcriptos literis ſui nominis & patriæ,

Baris nauigij genus.

Menis regnum Mena Diodorus in ſecũdo lib. nõ omnium primũ apud Aegypt. regnaſſe dicit, ſed poſt deos.

Nitocris regina Aegypti.

Mœris rex.

Seſoſtris rex. Diod. Seſoſim appellat.

Cippi Seſoſtris nomine inſcripti.

& quæ

& q̃ referrent ipſum illos vi ſubegiſſe. Quarũ verò vrbes nullo p̃lio nulloq; negocio cepiſſet, his cippos inſcribebat: tũ eiſdẽ literas, quas ſcripſerat eis gentibus q̃ viriles extiterant: & p̃tereà muliebria genitalia, planum facere volens, illos haudquaq̃ viriles extitiſſe. Hæc faciendò p̃egit cõtinentem, donec ex Aſia in Europam trãſgreſſus, Scythas ſubegit & Thraces, ad quos vſq; & non vlterius, mihi videtur Aegyptius exercitus peruenisſe: qm̃ in iſtorum terra tituli non vltrà poſiti monſtrantur. Hinc digreſſus retrò abijt, & poſteaq̃ ad Phaſim ſubſedit, quid deinceps, non habeo quod dicã: an ipſe rex Seſoſtris, diuiſo ſuo exercitu, aliquantulum copiarum reliquerit ad eã regionem incolendam, an aliqui militum p̃tæſi peregrinationis, circa fluuium Phaſim ſubſtiterint. Nã Colchi videntur Aegyptij eſſe, qd̃ ipſe prius notum, quàm ex alijs auditum refero. Cuius rei cùm mihi cupido inceſſiſſet vt vtroſq; p̃contarer, magis Colchi reminiſcebantur Ægyptiorũ, q̃ Ægyptij Colchorum. Dicebant tñ Ægyptij, ſe opinari Colchos è Seſoſtris eſſe exercitu. Ipſe ex hoc cõiecturã capiebã, q̃ atro colore ſunt & criſpo capillo: tametſi hoc p̃ nihilo putari poſſet, cùm & alij ſint huiuſcemodi: ſed quod iſti p̃cipuè. Præterea q̃ ſoli oĩm hoĩm Colchi & Ægyptij & Æthiopes, ab initio ſtatim pudenda circuncidunt. Nã & Phœnices & Syrij, q̃ ſunt in Palæſtina, didiciſſe id ab Ægyptijs & ipſi cõfitẽt. Syrij verò q̃ fluuium Thermodontẽ & Parthenium accolunt, & horum cõtermini Macrones, à Colchis didiciſſe ſe aiũt. Hi eñ ex hoĩbus ſoli ſunt, qui circuncidunt̃: & in hoc faciendo, agnoſcunt̃ Ægyptij eſſe. Tñ Ægyptij atq; Æthiopes, non queo dicere, vtri ab vtris didicerint. Nam videtur eſſe p̃antiquum. Sed q̃ ex Ægypto, qui illic cõmercium habuerunt, didicerint, magnũ mihi fit hoc teſtimonium: q̃ hi Phœnices, q̃ cum Græcia cõſuetudinem habent, non amplius circa virilia imitant̃ Ægyptios: ſed eorum qui poſteà p̃eant̃, virilia nõ circuncidunt. Agedum & aliud de Colchis dicam, eos eſſe ſimiles Ægyptiorum. Hi ſoli atq; Ægyptij linum eadẽ ratione operant̃: oĩs vtrorumq; vita pariter & lingua cõſentanea eſt. Linum autem Colchicum à Græcis Sardonicum appellat̃, cùm illud qd̃ ab Ægypto venit, appelletur Aegyptiacum. Titulorum, quos Seſoſtris rex Aegypti regionatim erexit, pleriq; iam incolumes non extant. Quoſdam in Syria Paleſtina ipſe vidi inſcriptos, tum quos dixi literis, tum muliebribus genitalibus. Circa Ioniã quoque duæ huius viri figuræ viſuntur in petris inciſæ: vna quidẽ quà ex Epheſo in Phocæam itur, altera verò quà è Sardibus Smyrnam verſus. In quarum vtraq; inſculptus eſt vir magnitudine quinũm palmorum, dextra ſpiculum tenens: ſiniſtra arcus, cæteramq; item armaturam, etenim Aegyptiacam & Aethiopicam geſtat: & ex altero ad alterum humerum euntes ſacræ literæ, Aegyptiacè ſunt inciſæ in hæc verba: HANC EGO REGIONEM MEIS OBTINVI HVMERIS. Quis tñ aut cuias fuerit, ab hac parte non indicant, ſed ab altera. Eam quidam conſpicati, Memnonis imaginem eſſe cõiectant, multum à veritate aberrantes. Seſoſtrim Aegyptium ſacerdotes hunc eſſe dicebant, redeuntem, multoſq; mortales earum gẽtium ac regionum, quas ſubegerat, reportantẽ. Eundem poſteaq̃ ad Daphnas Peluſias ſe receperat, fuiſſe à fratre, quẽ Aegypto p̃fecerat, vnà cum liberis inuitatum: & cùm ille domum exterius materia circunſtipaſſet, ſtruemq̃ incendiſſet, re hunc intellecta extẽplò cum vxore deliberaſſe (nam & vxorem ſecum duxerat) & ea ſuadẽte, vt duos è ſex liberis ſuper ardentem pyram extendens pontem faceret, ſuper quos ipſi tranſeuntes euaderent, ita feciſſe: & duobus filijs ita incenſis, cæteros vnà cum patre fuiſſe ſeruatos. Seſoſtrem in Aegyptum reuerſum, vltionem de fratre ſumpſiſſe: quã verò multitudinem è terris in poteſtatem redactis abduxerat, ea vſum in hac fuiſſe. Siquidem iſti fuerunt, qui ſub hoc rege immenſæ magnitudinis lapides in templum Vulcani portatos p̃traxerunt, quique ad diuortia aquarum, q̃ nunc in Aegypto ſunt, cuncta effodienda ſunt adacti, q̃a inuiti faciebant, vt Aegyptum prius equis & plauſtris agendis vbique idoneam, redderent non idoneam. Nã ab eodẽ tempore Aegyptus, q̃ omnis plana eſt, tñ inequitabilis & plauſtris inhabilis extitit, propter multiplices foſſas vniuerſa loca occupãtes,

Mulierum pudenda cippis inſcripta.

Circũciſio quibus cõmunis.

Seſoſtris inſcriptio.

Pons funeſtus.

quas ideo rex fodiendas putauit, vt ciuitates q̄ non accolerent flumen, ſed in medio Aegypti eſsent, refluo flumine nō laborarēt penuria aquæ ad potandum, ſed ea ſuppeditaretur è puteis. Hac de cauſa Aegyptus interciſa eſt, & ab hoc rege, vt dicebant, in oēs Aegyptios diſpartita ſoli quadrati æqua portione viritim ꝑ ſortem data, atq; hinc ꝓuentus inſtituti, impoſita certa penſione, quā illi quotannis ſoluerent. Quòd ſi cuius portionem alluuione flumen decurtaſſet, is adiens regem, rei q̄ cōtigerat certiorem faciebat. Rexq́; ad p̄dium inſpiciendū mittebat, q̄ metirentur quāto deterius factū eſſet, vt ex reſiduo ꝓportione taxatū vectigal penderet: atq; hinc Geometria orta, videtur in Græciā tranſcēdiſse. Nā polū & gnomonē, id eſt, normam, & duodecim diei partes à Babylonijs Græci didicerunt. Solus hic Aegyptius rex imperio potitus eſt: Aethiopiæ monumentum quoq; ſui reliquit ante ædē Vulcani lapideas ſtatuas, duas q̄dem tricenūm, vnam ſuā, alterā vxoris: quatuor aūt vicenūm cubitorū, totidem filiorum. Huic ſtatuæ longo pòſt tempore, cùm Darij Perſæ ſtatua anteponeret, nō tulit id ſacerdos Vulcani, negans Darium tales res geſſiſſe, quales geſſiſſet Seſoſtris Aegyptius: q̄ppe q̄ cùm alias nationes nō pauciores q̄ Darius, tum verò Scythas ſubegiſſet: eoq́; iniquum eſſe huius ante illius ſiſti donaria, q̄ reb⁹ geſtis nō eſſet illum ſupergreſſus. Hæc locuto ſacerdoti tñ ignouiſse Darium ferunt. Defuncto Seſoſtre, regnum ſuſcepiſse Pheronem eius filium, & hunc nullam ſumpſiſse expeditionem, ſed ei cōtigiſſe vt luminib⁹ caperetur. Idq́ue hac de cauſa: Cùm flumen eo tempore copioſiſſimum manaret, ita vt ſupra decem & octo cubitos rura tranſcenderet, vento ingruente, q̄ fluctus cieret, ferunt huc regem facinus admiſiſſe, q̄ ſumptū ſpiculum in medios fluminis vortices cōtorſerit, ſtatimq́; laboraſse ex oculis, ac viſum amiſiſſe, decennioq́; cæcum fuiſse. Vndecimo aūt anno ex vrbe Buti ei oraculū aduenisſe, iam exactum eſſe tēpus calamitatis: viſumq́; ei rediturum, ſi oculos abluiſset lotio mulieris, q̄ ad ſuum ſolum virum acceſſiſſet, aliorum virorum expers. Et ante oīa vrinā vxoris expertus; cùm nihil amplius cerneret, cęterarū deinceps vrinam expertum, tandem vidiſſe. Ibiq́; oēs mulieres, quas fuiſſet expertus, p̄ter eam cuius lotio lotus viſum recepiſſet, vnam in vrbē coēgiſſe, q̄ ἐρυθρὴ βῶλος, id eſt, rubra gleba dicit, & eas illic coactas cum ipſa vrbe oēs concremaſſe: & eam cuius lotio lotus viſum recepiſſet, vxorem duxiſſe. Atque ea clade liberatum cùm alia in alijs templis donaria poſuiſſe, oīa memoratu digna, tum maximè memorabilia, ac ſpectaculo digna in templo ſolis, gemina ſaxa, quos obelos vocant, à figura veru, centenūm cubitorum longitudinis, octonūm latitudinis. Huic in regno ſucceſſiſse aiebant virum Memphitem, cui nomen eſſet lingua Græca Proteus. Cuius nunc Memphi viſitur fanum, decorum ſanè, ac valde adornatum, ad auſtralem partem templi Vulcani poſitum, circunquaq; Phœnicibus Tyrijs habitantibus: qui locus oīs caſtra Tyriorum appellatur. In hoc fano Protei eſt ædes, q̄ vocatur Veneris hoſpitę: quā cōijcio eſſe Helenes Tyndari filiæ: q̄a & apud Proteum fuiſſe diuerſatam audiui, & cognomine Veneris hoſpitæ appellatam. Nā q̄cunq; ſunt alterius Veneris templa, neutiq̄ hoſpitæ appellantur. Et ſanè ꝓcontanti mihi ſacerdotes de Helena, referebant ita rem eſſe geſtam: Alexandrū, rapta è Sparta Helena, cùm renauigaret domum, in mari Aegæo ventis curſu excuſſum in Aegyptiacum pelagus: atque illinc nō remittentib⁹ flatibus appulſum in Aegyptum, ad oſtium Nili, quod vocatur Canobicum atq; ad Taricheas. Erat in eo littore quod nunc quoq; eſt, Herculis templum: ad quod ſi quis cuiuſcunque hoīs ſeruus confugiens, capiat ſacras notas, ſeſe deo tradens, eum nefas eſt tangere. Quæ ſanctio ad meam vſq; ætatem ꝓrſus immutata ꝑſeuerauit. Eam templi legem famuli Alexandri cùm audiſſent, ab eo profugerunt: aſſidentesq́ue deo ſupplices, Alexandrum inſimulabant, eum deſtructum volentes: remq́ue oēm exponebāt, vt circa Helenam geſta erat, & illata Menelao iniuria. Inſimulabant autem de his apud ſacerdotes, & apud huius oſtij Nili p̄fectum, nomine Thonim. His auditis, Thonis quàm raptiſſimè Memphim ad Proteum mittit hæc nunciatum, his verbis: Peregrinus quidā genere

Teucer

Dio. Sic. in 2. Herodotum, cæterosq́ue Aegyptios multa hic prę̄ter veri opinionē voluptatis gratia fingere tradit.

Geometriæ ort⁹.

Poli & Gnomonis inuentio.

Dies horę.

Pherō rex cæcus.

Paulò aliter hæc referuntur à Diodo.

Lotij mulieris vſus.

Obeli, quorum memi nit Plin. in 36. li. ca. 11.

Proteus.

Multos reges huic ſucceſsiſſe ante Proteū refert Diodo. in 2. libro.

Venus hoſpita.

Helenæ raptus.

Aſylum Herculis.

Teucer, qui rem nefariam in Græcia perpetrauit: quippe ſeducta hoſpitis vxore, quã ſecum ducit cum multis admodum opibus, in tuam terrã ventis appulſus eſt: Vtrũm ne ſinemus eum abire impunè, an ea q̃ attulit ſecum eripiemus? Ad hæc remiſit Proteus qui diceret: Virum iſtum, vndecunque is ſit, qui rem nefariam in hoſpitẽ ſuum perpetrauit, cõprehenſum ad me deducite, vt quidnam dicturus ſit, ſciam. Hoc ubi accepit Thonis, Alexandrum comprehendit, nauesq́; eius diſtinet: dehinc illum Helenamq́; cum opibus, atq; etiam ſeruos Memphim ducit. Quibus omnibus repręſentatis, Proteus percontatus eſt Alexandrum quiſnam eſſet, & vnde cum nauib⁹ ꝓfectus. Alexander illi & genus ſuum cõmemorauit, & patriæ nomen, & vnde nauigaſſet, & quò. Sed interrogante Proteo vnde Helenam accepiſſet, titubantẽ in loquendo ac tergiuerſantem coarguebant hi qui fuerant ſupplices, exponentes oĩa q̃ in ſcelere admittendo geſta eſſent. Tandem Proteus apud eos hanc ſententiã tulit, inquiens: Ego niſi nefas eſſe arbitrarer de peregrino aliquo ſupplicium capitis ſumere, ad terram meam ventis appulſo, ſupplicium pro Græco illo de te ſumerem oĩm hoſpitum deterrimè, ſceleſtiſſimũ facinus admiſiſti, à tuo ipſius hoſpite erepta vxore: neq; his contentus, cum ea abiſti. Ac ne his quidem ſatis habẽs, compilata hoſpitis domo veniſti. Itaque quoniam magni momenti eſſe duco non necare hoſpitem, mulierem hanc atque opes tibi vt abducas, non ſinam, ſed ego hæc Græco hoſpiti reſeruabo, dum ille ipſe conſtituerit venire ad iſta reportanda: tibi verò ipſi, tuisq́; conuectoribus, vt è mea terra in aliam triduo transfretetis p̃cipio, alioqui vos pro hoſtibus perſecuturus. Hunc Helenæ ad Protea aduentum fuiſſe, ſacerdotes referebant. Quã famam videtur mihi & Homerus accepiſſe, ſed quia non perinde decora res erat in carmine, alio loquendi modo eſt vſus, in quem tranſtulit, declarans ſe hunc famæ ſermonem notum habuiſſe. Id manifeſtum eſt, quòd in Iliade facit mentionem eiuſdem erroris Alexandri: nec vſquam alibi retractat Alexandrum ferentem Helenã fuiſſe abductum, & alibi errabundum Sidonem Phœniciæ applicuiſſe. Meminit enim huius rei in laudanda virtute Diomedis, ita verſibus inquiens:

Paris Alexander ad Proteũ ductus.

Proteus Paridem arguit Philoſtratus in vita Apollonij his quoq; ſuffragat.

Homer. de Helena rapta.

Picturata inerant ibi pallia, opus mulierum
Sidonidũm, quas ipſe Paris formoſus ab vrbe
Sidonia duxit, ſulcans freta lata carinis,
Cùm retulit magnis Helenam natalibus ortam.

Ilia. ſexto.

Meminit quoque in Odyſſea his verſibus:

Hoc habuit Ioue nata probum, præſensq́ue venenum,
Quod Polydamna ſibi Thonis donauerat vxor:
Ægypto quæ terra ferax fert plurima mixtim,
Multa quidem proba, multa autem damnoſa venena.

Odyſſ. 4.

Hæc quoque alia ad Telemachum Menelaus inquit:

Hunc etiam Ægypto dij me tenuêre reuerti
Conantem, quibus haud tuleram ſolennia ſacra.

Eodẽ lib.

In his carminib⁹ fateẽ Homerus ſe noſſe errorẽ Alexandri in Ægyptũ. Eſt em̃ Syria Aegypto contermina, & Phœnices (quorũ Sidon eſt) in Syria incolunt. Itaque cùm hi verſus, tum verò locus nõ minimum, imò maximè ꝓbant Cyprios verſus nõ Homeri, ſed cuiuſpiam alterius eſſe: in quibus dicitur Alexander ex Sparta Helenam ducens, triduo Ilium perueniſſe, ſecundo vento vſus, ac trãquillo mari, cùm id in Iliade dicat, illum cùm Helenã duceret, erraſſe. Sed Homerus & Cyprium carmen valeto. Cęterùm, nunquid Gręci vana q̃ circa Ilium geſta memorarent, nec ne, percontanti mihi, ſacerdotes ita reſpondebant, ſe nouiſſe ab ipſo Menelao, rapta Helena magnas Græcorum copias auxilio veniſſe Menelao in regionẽ Teucriam: q̃ in terram egreſſæ, locoq́; cõmunito, miſerunt Ilium legatos, cumq́; eis & ipſum Menelaum iſſe. Hos poſtq̃ ingreſſi ſunt mœnia, tum Helenã opesq́;, quas Alexander furto aſportaſſet, repoposciſſe, tum iniuriæ ſatisfactionẽ. Teucros autã tunc eadẽ narraſſe, deinde & iu-

Cyprij verſus Homeri.

Helenæ raptus hiſtoria.

ratos negaſſe habere ſe Helenã, atq; opes de quibus arguerent, ſed ea in Ægypto eſſe oĩa: neq; ſe iure reatum ſuſtinere earum rerum, quas Proteus Ægyptius rex teneret: Græcos, cùm ſe ab illis derideri arbitrarentur, ita obſediſſe Iliũ, donec expugnauerũt.

Menelaus apud Proteum Helenam bonaque recuperat.

Vrbe capta, cùm Helena non exiſteret, & eandem orationem quam prius, audirent Græci: ita demum habita prioribus verbis fide, ipſum Menelaum ad Proteũ mittũt. Hic vbi ad Ægyptum puenit, & ad Memphim nauigauit, expoſita rei geſtæ veritate, honorificentiſſimo hoſpitio exceptus, Helenamq; malorum immunẽ recepit, & inſuper oẽs pecunias ſuas. Et cùm hæc aſſecutus eſſet Menelaus, tñ iniurius in Ægyptios extitit. Nam cùm proficiſci conaretur, nec per ventos poſſet, idq; iam diu, rem indignam excogitauit. Sumptis eñ duobus pueris quorundam indigenarum filijs, exectisq;, haruſpicinam fecit. Quod vbi eum feciſſe reſcitum eſt, inuiſus & exagitatus fuga deuenit in inſulas Africæ obiacentes. Eò poſteaq̃ ſe contulit, nihil amplius quod referrent Ægyptij habebant. Atq; horum alia, q̃ ex hiſtorijs noſſe dicebant, alia apud ipſos geſta, vel magis habere cõperta. Hæc aiebant Ægyptiorum ſacerdotes. Ego verò ad ea q̃ de Helena cõmemorata ſunt, & ipſe adijcio hoc coniecturæ: Si intra Ilium fuiſſet Helena, vtiq; fuiſſet Græcis tradita, ſiue volente Alexandro, ſiue inuito. Neq; enim ita deſipiebat Priamus, aut alij eius propinqui, vt ſuis ac liberorum corporib⁹, atque etiam vrbe periclitari vellent, quò Alexander Helenę contubernio potiretur. Quòd ſi inter initia ita ſenſiſſent, non tamen id feciſſent, poſteaquã cùm multi aliorum Troianorum, tum verò Priami filiorum duo, tréſue aut plures perierant cũ Græcis præliantes, ſi quid referentibus credi verſificatoribus debet. Quæ cùm contingerent, ego crediderim Priamum, vel ſi ipſe in contubernio habuiſſet, Achæis redditurum fuiſſe, cupiditate præſentia mala deuitandi. Neque verò regnum ad Alexandrũ erat peruenturum, vt iam ſub eo res eſſent ſeniore Priamo, cùm Hector & natu maior, & virtute præſtantior q̃ ille, regnũ eſſet defuncto Priamo ſuſcepturus: quẽ haudquaquã cõueniebat fratri iniuſtè agenti indulgere, cùm præſertim tanta mala propter eũ, tum priuatim ipſi, tum cęteris Troianis oĩbus euenirẽt. Sed nec poterãt reddere Helenam, nec verum dicentibus eis Græci fidem habebant, deo (vt quod ſentio dicam) diſponente, vt funditùs euerſi planum facerent hominibus, magnarum iniuriarum magnas à dijs eſſe vltiones. Et hæc quidem, vt mihi videntur, dicta ſunt. Protei autem regnum dicebant ſuſcepiſſe Rhampſinitum, qui memoriam ſui reliquit veſtibula ab occaſu ſpectantia templum Vulcani, & è regione veſtibulorum ſtatuit duo ſimulacra quinũm & vicenũm cubitorum longitudinis: quorum q̃ aquilonem ſpectat, id æſtatem: quod auſtrum, id hyemem Aegyptij vocant, præpoſterè facientes. Huic regi ingentem etiam pecuniarum vim fuiſſe, quam nemo regum, qui deinceps ſcripti ſunt, ſuperare potuerit, ac ne proximè quidem accedere. Et cùm in tuto eam pecuniam collocare vellet, ædificium extruxiſſe lapideum, cuius parietum vnus in exteriorem ædium partem pertingebat: ſed ſtructorem inſidiantem hoc fuiſſe machinatum. Is vnum è lapidibus ita ſtruxit, vt è pariete facilè tolli à duobus viris, atque adeò ab vno poſſet. Aedificio abſoluto, regem in eo pecuniam repoſuiſſe. Interiecto tempore, ſtructorem illum, cùm eſſet vita exceſſurus, vocaſſe ad ſe filios (nam duos huic fuiſſe) eisque narraſſe, ſe illis proſpicientem, vt affluenter vitam degerent, aſtutè ædificaſſe regis ærarium: denique omnia illis expoſuiſſe planè, menſurasque ad lapidem amouendum docuiſſe ac tradidiſſe, quæ filij obſeruantes, regij ęrarij quæſtores forent. Patre vita functo, haud in longum filios rem diſtuliſſe. Noctu enim ad regiam accedentes, lapidem ædificij inuentum nullo negocio amouiſſe, multumq; pecuniæ expilaſſe. Cùm autem rex fortè fuiſſet ædificium ingreſſus, videretq; vaſa nummorum imminuta, obſtupuiſſe: nec habuiſſe quem inſimularet, cùm & ſigna ſalua, & ædificium obſeratum eſſet. Vbi iterum ac tertio aperienti minor aſſiduè pecunia apparebat, hoc feciſſe, ne fures cum furto abirent. Laqueos faciẽdos curaſſe: & eos circa vaſa, in quibus pecuniæ inerant, collocaſſe. Fures quẽadmodũ ſuperiori tempo-

Herodoti cõiecturis videtur refragari Iſocra. Philoſtratus tamen alibi cum Herodoto videtur ſentire.

Magnarũ iniuriarũ magnæ vindictæ. Rhampſinitus.

Aeſtatis & hyemis ſimulacra.

Structoris regij ærarij calliditas.

tempore cùm veniſſent,& alter eorum penetrans ad vas rectà ꝓrexiſſet, eũ fuiſse laqueo retentum: & vbi agnouit quo in malo eſſet, ꝓtinus fratrem vocaſse, & ꝑſentis conditionis ſuæ certiorem feciſse: iuſſiſſéq; vt q̃ celerrimè introgreſſus ſibi caput abſcinderet: ne ipſe cõſpectus agnitusq; q̃s eſſet, etiam illum ꝓderet. Qui cùm viſus eſſet ꝓbè dicere, fratrẽ ei obſequentẽ ita feciſse: & adaptato lapide domum abiſse, fratris caput aſportantem. Vbi dies illuxit, ingreſſum in ædificium regem expauiſse, cernentẽ corpus furis in laqueo ſine capite, & ædificium incorruptum: nullumq; neque ingreſſum, neque egreſſum habens. Ita abiſſe, atq; ita faciendum ſtatuiſſe, vt furis cadauer è muro ſuſpenderet: cuſtodesq; illic appoſuiſse, iuſſos, vt ſi quem plorantẽ aut miſerantem animaduertiſsent, eum ad ſe ꝓducerent. Suſpenſo cadauere matrẽ indignè tuliſse: allocutamq; filium q̃ ſupererat, impetraſse vt quacunq; ratiõe machinari poſset, corpus fratris reſoluereț, aſportaretq;. Id ſi negligeret, minatam ſe regem eſſe adiuturã ad eum indicandum, q̃ pecunias regias haberet. Aduerſus hanc cùm filius multa verba faceret, nec ꝑſuaderet, q̃ illa rem grauiter accipiebat, eum talem rẽ fuiſſe cõmentum: Inſtratis aſinis vtres vino completos impoſuiſſe: & poſtq̃ agendo aſinos iuxta cuſtodes fuit ante ſuſpenſum cadauer, reuulſis ligaculis, duos trẽſue pedes reſoluiſſe: & cùm vinum ꝓfluereț, tum caput cædentem vehementer vociferatũ, tãq̃ neſcientem ad vtrum prius aſinorum ſe cõuerteret. Cuſtodes cùm multum vini profluere viderent, cõcurriſse cum vaſis in viam: & id qđ ꝓfluereț lucrifacientes cõportare. Iſto ſimulata iracundia oĩb⁹ maledicente, aliquantoq; pòſt illis cõſolantib⁹, hũc finxiſse ſe mitigatum, & ab iraſcendo deſijſse: Tandem ſeduxiſse è via aſinos, atque inſtruxiſse: & cùm plura verba inter eos fierent, & q̃dã faceto dicto hoĩem laceſſeret, vt riſum eliceret, donaſse illis vinum ex vtrib⁹. Atque eos illic vt erant diſcumbentes potare cõſtituiſse, ꝓhenſantes hoĩem ac iubentes vt ſecũ ad cõpotandũ maneret. Atque iſtum obſecutum remanſiſse. Et cùm inter potãdum comiter acciperẽ, donaſse inſuper alterum vtrem: ita ſe vino ingurgitantes cuſtodes, admodum temulentos eſſe factos, ſomnoq̃ oppreſſos, ibidẽ vbi potauerant obdormiſſe. Iſtum vbi multum noctis erat, tunc corpus fratris diſſoluiſse, & cuſtodum malas dextras in cõtumeliam deraſiſse, & aſinos impoſito cadauere domum verſus agitaſse, executumque imperia matris. Regẽ, vbi ei renunciatum eſt, furẽ cadauer ſurripuiſse, acerbè tuliſse. Et cùm vellet quoquo modo inuenire quiſnã eſset iſta machinatus, hoc feciſse, qđ apud me caret fide. Filiam ſuã domi ꝓſtituiſse, iuſſam oẽs indifferenter excipere: ſed priuſquã coĩrent, adigere ad ſibi dicendum, quídnam in vita eſſet actum à ſe ſolertiſſimũ ac ſceleſtiſſimum: & q̃ narraret q̃ circa furem acta eſsent, eum cõprehenderet, neque exire ꝓmitteret. Cùm itaque filia patris imperia faceret, furẽ quod audiſset, quamobrẽ iſta fierent, cupientẽ euadere verſutiam regis, hoc egiſse: Recentis mortui amputatã ex humero manum ſub pallio ferentem iſse: atque ingreſſum ad filiã regis, cùm interrogatus eſset eadem q̃ cæteri, enarraſse, ſceleſtiſſimum facinus ꝓpetraſse, q̃ fratris in ærario regis laqueo capti caput amputaſset. Solertiſſimum autem, q̃ cadauer fratris ſuſpẽſum reſoluiſset, cuſtodib⁹ prius ebrijs factis. Illã, cùm hæc audiſset, manum in hũc ieciſse, eiq; furẽ in tenebris manũ mortui porrexiſse. Quã mulier cùm apprehendiſſet, manum ſe hui⁹ iſtius tenere rata, iſtum ꝑ fores ſe ꝓripuiſse, muliere deluſa. Poſtq̃ & hæc renunciata ſunt regi, ſtuporem incuſſiſse, tum aſtutiam, tum audaciã hoĩs. Ad extremum dimiſſis ꝑ oẽs vrbes nuncijs, regẽ edixiſse, nõ modò veniam, ſed etiam magna munera manere furem, ſi in cõſpectum ipſius veniret: ita furem fide habita, ad eũ veniſse: eiq; Rhampſinitum magna viri admiratione ductum, filiam ſuam collocaſſe, tanq̃ ex oĩb⁹ mortalibus plurima ſcienti. Nam Ægyptios quidem cæteris, hunc autẽ Ægyptijs antecellere. Poſt hæc aiebant regem hunc deſcendiſse viuum ſub terrã, eò vbi Græci opinantur ſedes infernas eſse: & ibi cum Cerere alea luſiſse: & aliquando victorem, aliqñ victum fuiſse: & ſurſum iterum fuiſse reuerſum, mun⁹ ab ea obtinentem mantile aureum. Quod tempus à Rhampſiniti deſcenſu ad reditum, dicebant ſe

Fures ærarij callidè deprehẽſi.

Furis callidum commentum.

Malæ dextræ in cõtumeliam deraſæ.

Regis filia proſtituit.

Furis mira & audacia & aſtutia.

Ægyptij cæteris antecellunt.

riatum esse apud Ægyptios. Idque ego ad meam memoriã scio obseruatum. Verùm an ob id sic feriati sint Aegyptij, asserere non possum, sed sacerdotes pallium quoddam, quod intra vnum diem detexuerunt, vni ex suis induere, & oculos mitra obducere: quem gestantem pallium vbi in viam deduxerunt, quæ fert ad Cereris templũ, ipsos redire illo relicto. Hunc autem sacerdotem oculos velatos habentem aiunt, à geminis lupis agi ad Cereris templum, quod ab vrbe viginti stadia abest: & rursus à templo in eundem locum à lupis reduci. Quæ ab Ægyptijs referuntur, cuicunq; credibilia videntur, is eis vtatur. Mihi autem in omni sermone constitutum est, ea scribere, quæ auditu cognoui. Inferorum principatum tenere Cererem & Liberum, Ægyptij aiunt. Hi denique primi extiterunt qui dicerent animam hominis esse immortalem, quæ de mortuo corpore subinde in aliud atque aliud corpus, vt quodque gigneretur, immigraret. Atque vbi per omnia se circuntulisset, terrestria, marina, volucria, rursus in aliquod genitum hominis corpus introire. Atque hunc ab ea circuitũ fieri intra annorum tria millia. Hanc rationem sunt è Græcis qui vsurpauerint tanquam suam ipsorum, alij prius, alij posterius. Quorum ego nomina sciens, non duco scribenda. Ad Rhampsinitum vsque regem aiebant in Aegypto viguisse sanè ius omne. Post hunc autem qui in regno successit, Cheopem in omne flagitium fuisse prolapsum. Omnibus nanque eum templis obseratis, ante omnia Aegyptijs ne sacrificarent interdixisse. Deinde iussisse, vt in suis ipsius operibus exercerẽtur. Alijs vt ex lapidicinis Arabici montis saxa exciperent, & illinc ad Nilum vsque protraherent. Alijs, vt transmisso flumine, illa acciperent, & ad montem, qui dicitur Africus, traherent. Faciebant autem opus circiter decem myriades, id est, cẽtum millia hominum, ternis semper mensibus singulæ. In ea via populus dum trahendis saxis atteritur, decenne tempus triuit, quod non multo minoris operis mihi videtur, quàm pyramidẽ extruxisse: cuius longitudo est quinque stadiorum, latitudo decem passuũ: altitudo vbi maxima est, octo passuum, lapide polito & animalibus insculpto. In hac decem annos fuisse consumptos, & in subterraneis ædibus in tumulo, supra quem pyramides stant, quas fecit sibi pro sepulcro, in insula intromisso per fossam Nilo. Verùm in pyramide hac annos viginti absumptos: cuius singulæ frontes (nam est formæ quadratæ) sunt octogenũm iugerum, pari altitudine, saxis dolatis, decentissimeq; coagmentatis, quorum nullum est minus triginta pedum. Est autem extructa hæc pyramis in speciem graduum, quas quidam schalas, quidam arulas vocant. Posteaquam eam principio talem fecerunt, attollebant reliquos lapides breuibus machinis è ligno factis, ex humo in primum ordinem gradatim leuantes. Vbi super hunc gradum lapis erat, super alteram machinam imponebatur, quæ in ipso primo gradu stabat. Ab hoc deinde in alterum ordinem trahebatur, super alteram machinam. Nam quot ordines graduum, totidem machinæ erant, siue eandem machinam, quæ vna & facilis ad ferendum esset, transferebant ad singulos ordines, quoties saxum amolieban tur. Dictum sit à nobis de vtroque, quemadmodum refertur. Effecta sunt igitur ita prima quæque ex pyramide, vt erat altissima: deinde gradatim sequentia, nouissimè verò quæ solo sunt iuncta & infima. In ipsa pyramide literæ Aegyptiacæ scriptæ, indicant quantum sit erogatum in operarios pro apio, cepis, & allijs, quod interpres earum literarum (vt probè reminiscor) aiebat in summa mille & sexcenta talenta pecuniæ esse. Quod si ita se habet, quantum in alia credibile est fuisse consumptum, vel in ferramenta, vel in cibos, vel in vestiarium operariorum? Atque per id quod dixi tempus opera extruebant. Alio item tempore (vt ego opinor) lapides excidebant, atque portabant, & alio non exiguo subterraneam fossam effecerunt. Propter quod eò flagitij deuenisse Cheopem, vt pecunia defectus, filiam suam in quodam ædificio prostituerit, imperans quantumcunque faceret quæstum (non enim quantum dicebatur) eamque cùm patris iussa fecisse, tum verò priuatim de relinquenda sui memoria cogitasse. Itaque singulos ad se intrantes orasse, vt sibi ad opera singulos lapi-

des

Luporum ductus.

Auctoris fides.

Animarũ immortalitas, atque transanimatio. Notat Pythagoras & Plato.

Cheopes.

Pyramidis forma.

Vide Plin. lib. 36. cap. 12. vbi multa de pyramidibus & eorũ structoribus.

des donarent. Ex his lapidibus aiebant extructam fuisse pyramidem, quæ stat in medio trium in conspectu pyramidis magnę, cuius vnumquodque latus sesquijugerum est. Quinquaginta annos regnasse hunc Cheopem Aegyptij dicebant, eoque defuncto, accepisse regnum fratrem Chephrenem: & hunc eodem instituto vsum cùm in alijs, tum verò in facienda pyramide, non tamen quæ ad magnitudinem fraternæ accederet. Eas nanque & nos fuimus dimensi. Nam subterranea non subsunt ædificia, neque per fossam deriuatus in eam Nilus, quemadmodum in alteram influit, sed extructo anfractu introrsum insulam circunluit, in qua situm esse ipsum Cheopem aiunt. Fulsisse tum ex Æthiopico lapide versicolore* primum domum, quadraginta pedibus depressiorem altera, sed habentem idem quod grande ædificium, magnitudinis. Stant autem super eundem tumulum ambæ, centum ferè pedum celsitudinis. Sex & quinquaginta annos regnasse Chephrenem aiebant. Ita centum & sex anni supputantur, quibus & Aegyptij in omni calamitate versati sunt, nec templa aperta, sed semper fuerint occlusa. Hos reges Aegyptij præ odio ne nominare quidem volunt, sed eorum pyramides vocant pastoris Philitionis, qui ea tempestate pecudes per hæc loca pascebat. Post hunc regnasse in Aegypto dicebant Mycerinũ Cheopis filium, eumque paterna perosum facta, & templa reserasse, & populo ad vltimum calamitatis afflicto fecisse potestatem res agendi & sacrificandi: quinetiam su per omnes reges iustitiam exercuisse. Quo nomine ex vniuersis regibus hunc Aegyptij maximè prædicabant: tum ob alia quæ bene iudicabat, tum verò quòd conquerenti de ipsius sententia, de suo donabat, vt indignationi hominis satisfaceret. Cùm esset in ciues ita clemens Mycerinus, atque ita studiosus, principium ei malorum cõtigisse obitum filiæ, quæ domi vnica soboles erat. Qua clade supra modum dum doleret, velletque filiam excellentiori aliquo genere sepelire, quàm cæteri, fecisse ligneam bouem vacuam, quam cùm inauraset, in ea filiam sepelisse defunctam. Neq; humo bos hæc condita est, sed ad meam vsque memoriam in propatulo fuit in vrbe Saï apud regiam, in conclaui quodam exornato posita. Cui singulis diebus omnifarij odores inferuntur: noctibus autem perpetuò incensa lucerna astat. In altero cõtiguo conclaui imagines stant concubinarum Mycerini: vt in vrbe Saï sacerdotes aiebant. Stant enim colossi, id est, grandia simulacra, circiter viginti, è ligno fabricati, nudi plerique: qui quarum sint mulierum, non possum dicere, præterquam quæ narrantur. Sunt qui de hac boue & colossis hæc referant: Mycerinum amore filiæ suæ captum, vim ei intulisse: deinde illam cùm præ mœrore se suspendisset, patrem in hac boue sepelisse: matrem autem manus ministrarum, quæ filiam patri prodidissent, præcidisse: & nunc earum hæc esse simulacra eius mali, quòd viuæ passæ fuissent. Hęc (vt ego opinor) dicunt nugatores, vt alia, ita & de manibus colossorum: quippe quas ipsi vidimus temporis diuturnitate delapsas, quæ ad meam vsq; ætatem ad pedes eorũ stratæ visebantur. Bos quoq; cùm cæterum corpus operta est Phœniceo pallio, tũ vero ceruicẽ & caput crasso admodum auro: Cuius inter media cornua circulus annexus inest, soli assimilatus. Neq; stans est bos, sed in genua cubans, magnitudine quãta est grandis vacca. Effertur aũt è conclaui quotannis. Et postq; Ægyptij verberarunt deũ quendam, quem in tali negocio non puto mihi nominandum, tunc & bouem in lucem proferunt. Aiunt eam orasse patrem Mycerinum, vt defuncta quotannis semel solem intueretur. Huic regi, post calamitatem filiæ, secundo loco hęc accidisse: Ex vrbe Buti venisse oraculum, fore vt sex omninò annos viueret, septimo defuncturus. Id hunc ægrè ferentem, vicissim misisse ad oraculum cõtumelioſas querimonias: quòd, cùm pater suus, & patruus, qui deorum immemores templa clausserant, hominesq; p diderant, tamdiu vixisent, ipse piè faciens tam citò foret vita defuncturus. Rursus ei venisse dicunt ex oraculo responsa, ea ꝓpter ipsum ꝓperè vitã finiturum, q; nõ id faceret quod deberet. Oportere em̃ Aegyptum centũ quinquaginta annis affligi: idq;

Chephrenes.

Diodorus non Chephrenem, sed Cephũ hunc vocat, qui (vt ipse ait) ab aliquibus regno nõ successisse putat, sed Chabreus superioris reg. filius: quapropter scitè dicit Plin. in 36. lib. cap. 12. nõ conuenire inter scriptores, à quib' factæ sint pyramides, cùm & ipsi Aegyptij regum esse monumẽta negent.

Mycerinus rex.

Bos lignea sepulcri loco.

Colossi cõcubinarũ.

Mycerini oraculũ.

Mycerini cõmentũ quo oraculum vlciſceretur.

duos,qui ante eum fuiſsent,reges didiciſse,ipſum verò nequaq̃. Hæc vbi accepit Mycerinus,ſe iam numinibus damnatum,lucernas feciſse permultas: q̃bus cùm nocteſceret accenſis,potaret ac ſe oblectaret: neque diu neque noctu intermittens, quin p paludes perq̃ nemora vagaretur,vtq̃ audiret iuuenilibus in rebus ſtudioſiſſimè verſari. Hæc idcirco excogitauit,q̃ vellet oraculum conuincere mendacij, vt duodecim p ſex fierent anni,diebus factis ex noctibus. Pyramidem & hic reliquit longè minorem paterna,vicenis pedibus ex omni parte(nã eſt quadrangularis)breuioremq̃; trium iugerum ad medium vſque,Æthiopico ex lapide. Hanc quidã Græcorum volũt eſse Rhodopis mulieris p̃ſtantis,nõ rectè ſentientes: q̃ ne noſſe quidem videñ q̃nã fuerit Rhodopis,de qua loquuntur. Neque eñ talem pyramidem illã ſibi facere deſtinaſset,in qua talentorum infinita(vt ſic dicam)millia conſumpta ſunt. Ad hæc nõ iſtius,ſed Amaſis regis temporibus Rhodopis floruit. Multis eñ poſt hos reges annis,q̃ iſtas pyramides reliquerunt,Rhodopis extitit,genere Thracia, ancilla Iadmonis Samij,ex vrbe Vulcani,cõſerua Æſopi fabularum ſcriptoris (nam & hic Iadmonis fuit)poſtq̃ is huic mulieri nõ minimũ cordi fuit. Siquidẽ cùm ſæpenumero Delphi ex oraculo pronunciarent,ſi quis ſumere pœnas vellet aĩæ Æſopi,alius nullus extitit qui ſumere vellet,niſi Iadmonis ex filio nepos alius Iadmon. Ita Æſopus Iadmonis fuit. Rhodopis autem in Ægyptum abijt,portata à Xantho Samio, profecta illuc ad quæſtum faciendum. Magna pecunia fuit redempta à Charaxo viro Mitylenæo, Scamandronymi filio,Sapphûs poëmatum conditricis fratre. Hunc in modum Rhodopis libertatem nacta eſt,& in Ægypto remanſit: gratioſaq̃ue vehementer effecta, ingentes opes comparauit,quæ Rhodopen tranſcenderent, non quæ ad talem pyramidem faciendam aſcenderent. Ex quarũm opum decima parte,cuicunque etiamnũ volenti cognoſcere licet,nõ magnam ab illa pecuniam fuiſſe repoſitam. Nã cùm optaret memoriam ſui in Græcia relinquere, fecit opus, quod ab alio excogitatum nõ eſſet neque donatum: idq̃ue donauit in templo Delphico monumentum ſui. E decima eñ ſuarum opum,tot è ferro verua ad boues torrendos fecit,ad quot faciẽda ſufficeret decima ipſa,quam Delphos miſit: quæ nunc quoque poſita ſunt,è regione tẽpli poſt aram,quam Chij donauerunt. Solent autem quodãmodo in Naucrate meretrices fieri nobiles. Nam hæc de qua mentio habetur, adeò nobilitata eſt fama, vt nemo Græcorum non edidicerit Rhodopis nomen. Alterius quoque quæ poſterior fuit,nomine Archidice,fama per Græciam celebris extitit, ſed minus quàm prioris: cuius amore Charaxus inſaniens Mithylenen redijt,vt meminit Sappho, conuicijs eum inſectata. Et de Rhodope quidem hactenus.

Rhodopis pyramis Plinius in 36. li. c. 12. Stra. in 17. Diod. in 2. multiq̃; alij ſcriptores putant hanc eſſe Rhodopis pyramidẽ.

Æſopus fabularũ ſcrip.

Charaxus.

Sappho poëtria.

Iadmon Sami.

Verua Rhodopis.

Archidice meretrix.

Sappho in fratrem.

Poſt Mycerinum aũt Ægypti regem dicebant ſacerdotes Aſychin,eumq̃ feciſſe Vulcano porticum ad ſolem orientem,longè pulcherrimam,longeq̃; maximam. Habere eñ vbiq; cùm figuras inſculptas,tum aliam infinitam ædificiorum ſpeciem. Illud verò maximum ab hoc rege fuiſſe factum,vt cùm vehementer laboraret ex ære alieno,legem hanc Ægyptijs p̃mulgauerit,vt ita demum quis pecuniam mutuo acciperet,ſi cadauer patris pignori traderet. Itaq; ad hanc legem adieciſſe, vt penes creditorem eſſet poteſtas omnis ſepulcri debitoris: vtq̃; hæc irrogaret mulcta pignus deponenti,cui ſi diſſoluere æs alienum recuſaret,fas non eſset ſepeliri, aut in paterno, aut vllo in alio ſepulcro: ac ne alium quidem ex ſeipſo p̃genitorum ſepulturę mãdare. Hunc p̃tereà regẽ ſuperiores antecellendi cupidum,reliquiſse memoriã ſui pyramidẽ lateritiã,inciſis lapide literis in hęc verba: NE ME CÆTERIS PYRAMIDIBVS COMPARES, QVI TANTVM ILLIS PRÆCELLO, QVANTVM IVPITER CÆTERIS DIIS. NAM FVNDVM LACVS CONTO VERBERANTES, QVOD LVTI CONTO ADHÆRESCEBAT, ID COLLIGENTES, ME COMPOSVERVNT, ET IN TALEM MENSVRAM REDEGERVNT. Atque id demum operis hunc regem edidiſse. Poſt hunc regnaſse cæcum quendam ex vrbe Anyſi, nomine Aniſim. Atque eo regnante,excurriſse in Aegyptum magna cum manu Æthiopum Sabacum regem: Et cùm cęcus hic fuga ſe in pa-

Lex de cadauere paterno oppignerando.

Pyramis lateritia Aſychidis.

Sabacus.

in paluſtria proripuiſset,illum regnaſse in Ægypto 50.annos:idq; intra tempus hæc edidiſſe: Quoties Ægyptiorum quiſq; aliquid deliquiſſet,neminẽ voluiſſe morte affi cere: ſed ꝓ ſui quenq; delicti magnitudine,damnare ad agendam certam menſuram aggerum ad vrbem,vnde quiſque incolentium erat. Atque ita vrbes ſunt etiam ſublimiores effectæ. Nam primùm humus aggeſta fuerat ab his qui ſub rege Seſoſtre riuos effoderant: iterum ſub rege Æthiope valde ſunt vrbes factæ excelſæ, cùm cæteræ quæ in Ægypto ſunt,tum verò (vt mihi videtur) Bubaſtis vrbs, vbi præcipuè terra eſt exaggerata. In qua vrbe templum eſt Bubaſtis,quæ noſtra lingua dicitur Diana, omnium maximè memorabile. Quo etſi alia ſunt tum grandiora, tum ſumptuoſiora,nullum tamen eſt aſpectu iucundius: Id ita ſe habet. Cætera præter acceſſum inſula eſt: cuius ad ingreſſum vſque duo è Nilo fluenta vicina currunt,nec cõfluunt, hinc atque illinc præterfluentia, centûm vtrunque pedum latitudinis,arboribus inumbrata. Eius veſtibulum decem paſſibus ſublime eſt,figura ſenûm cubitorum adornatum. Id templum in media vrbe ſitum,vndique circumeuntium oculis ſubijcitur. Nã cùm vrbs ſit aggeſtu terræ ſublimis,templum quemadmodum à principio conditũ, nec loco motum,pro ſpeculo eſt. Illud maceria figuris exculpta ambit. Interius delubrum,ingenti proceriſſimis arboribus manu conſitis luco ambiente,in quo delubro ſtatua eſt. Longitudo templi quoquo verſus vnius eſt ſtadij. Ab eius ingreſſu via per forum orientem verſus,quæ fert ad Mercurij templum,tria circiter ſtadia longitudinis, & quatuor iugerum latitudinis, ſtrata lapide eſt, vtrinque arboribus manu conſitis in cælum euntibus. Atque hunc quidem in modum templum habet. Verùm ſe ita ad extremum liberatos Aethiope referebant,quòd ille per quietem oblata ſibi viſione,fugæ ſe mandauerit. Viſus eſt ſibi videre quendam aſtantem,qui ſuaderet ipſi,vt congregatos cunctos Ægypti ſacerdotes incideret medios. Hac eum viſione cõſpecta dixiſſe,videri ſibi deos demonſtrare cauſam,vt piaculo in ſacro commiſſo, aliquid cladis aut à dijs,aut ab hominibus acciperet: ſe verò nequaquam iſta facturum, ſed abiturum: quoniam exceſſiſſet iam tempus, quod ipſi à dijs vaticinatum eſset, quouſque foret in Aegypto regnaturus. Etenim cùm in Aethiopia ageret, oraculis quibus vtuntur Aethiopes,reſpõderat deus,fore,vt is in Aegypto quinquaginta regnaret annos. Id tempus cùm exceſſiſſet,& viſo inſomnij perturbatus eſſet Sabacus, vltrò ex Aegypto conceſſit. Eo profecto ex Aegypto, rurſus cæcum è paluſtribus egreſſum accepiſſe imperium: vbi quinquaginta annos habitans, inſulam cinere atq; humo exaggerauit. Nam vt quiſque Aegyptiorum iuſſus illuc ibat portans frumentum,ei mandabat,vt clam Aethiope ad ſe dono etiam cinerem ferret. Hanc inſulam nemo ante Amyrtæum inueſtigare potuit,ſed ſeptingentis & amplius annis ſuperiores Amyrtæo reges nequierunt eam inuenire,cui inſulæ nomen eſt Elbo,decem omninò ſtadiorum magnitudinis. Poſt hunc regnaſſe ſacerdotem Vulcani, nomine Sethon: eumque bellatoribus Aegyptijs abuſum fuiſse,contemptui habentem tanquã ſibi non opportunos,& cùm alijs ignominijs affeciſse,tum verò agris exuiſſe,quibus fuerant à ſuperioribus regibus ſinguli donati duodenis. Ex quo factum eſt, vt cùm poſtea Sanacharibus Arabum Aſſyriorumque rex,cum magnis copijs inuaſiſſet Aegyptum,noluerint ei opitulari. Tunc ſacerdotem conſilij inopem, in cœnaculum ſe contuliſse: ibiq; apud ſimulacrum comploraſſe,quanta pati periclitaretur: eiq; inter lamentationem obrepſiſſe ſomnum: & inter quietem viſum aſtare deum exhortantem,nihil eum moleſti paſſurum,ſi copijs Arabum obuiam iret: ſe em̃ auxiliarios ei miſſurum. His in ſomnis fretum ſacerdotem,ſumptis Aegyptiorum his qui ſecũ vellent,caſtra in Peluſio poſuiſse. Hàc enim Aegyptus inuaditur. Nec eum fuiſse quem piam bellatorũ ſecutum,ſed inſtitores,& operarios,& forenſes homines. Eò cùm ꝓueniſsent noctu,effuſam ipſis hoſtibus vim agreſtium murium: qui illorum tũ phare tras,tum arcus,tum ſcutorũ habenas abederunt,ita,vt poſtera die hoſtes armis exuti fugam fecerint,multis amiſſis. Eoq; nũc iſte rex in tẽplo Vulcani lapideus ſtat, manu murem

Sabaci iuſtitia.

Bubaſtis quid Aegyptijs.

Sabaci viſum.

Sabaci abitio. Diod. ait Aegyptios poſt Sabaci abitionem duos annos regè caruiſſe, ſed pro eo duces duodecim. Amyrtæus. Elbo inſula. Sethõ rex. Sanacharib. Arabum rex.

Murium auxilium.

murem tenens, atq; hæc ꝑ literas dicens: IN ME QVIS INTVENS, PIVS ESTO. Ad hūc vſq; narrationis locū & Ægyptij & ſacerdotes referebāt, demōſtrātes à primo rege ad Vulcani ſacerdotē hunc, q̄ poſtremus regnauit, ꝓgenies hoīm fuiſſe 341. & totidem intereà pōtifices, totidēq; reges. Tercentæ ꝓgenies idē q̄d decē millia annorū pollent. Nā tres virorum ꝓgenies, cētum anni ſunt. Ex q̄b⁹ vna & 40. q̄ reliquæ ſunt vltra trecentas, ſunt anni 1340. Ita intra decem millia trecentosq; & 40. annos, negabant vllum deum forma humana extitiſſe: ac ne in regib⁹ q̄dem Aegypti, q̄ aut prius aut poſterius extiterint, aliquid tale dicebant fuiſſe: ſed intra hoc tēpus quater ſolē ꝑter cōſuetudinem fuiſſe ortum. Bis q̄dem illinc exortū, vbi nunc occidit: bis autem vnde nunc oriť, illic occidiſſe: nec tñ ſub hæc aliquid in Aegypto eſſe immutatū, non ea q̄ è flumine ipſis ꝓueniunt, nō ea q̄ circa morbos, aut q̄ circa mortes eueniūt. Atque ante Hecatæum ſermonum* ſcriptorem, apud Thebas originem generis ſui recenſentem, ac ꝓgenitores familiæ ſuæ repetentē, ad ſextumdecimum deum, ſacerdotes Iouis tale q̄ddā fecerant, & mihi nō recenſenti originem familię meę, introducto in quoddā grande cœnaculū, enumerando demōſtrabant tot è ligno coloſſos quot dixi. Ibi nanq; ſtabant pontifices ſub imagine vitæ, qua quiſq; vixerat. Enumerantes itaq; ſacerdotes, oſtendebant mihi vnumquenq; eorū eſſe filium ꝓximè defuncti ſacerdotis, imagines eorum ſingulas gradatim percenſendo, donec oēs expoſuerunt. Atq; Hecatæo originem ſuam recenſenti, & ad ſextumdecimum deum referenti, occurrebant è diuerſo ꝓgeniem recenſentes, & in enumeratione non admittentes, id quod ab illo diceret, hominem progenerari è deo. Occurrebant autem in repetenda ꝓgenie hunc in modum, quòd dicerent vnicuique coloſſorum fuiſſe Piromin ex Piromi genitum, donec trecentos quadragintaquinque cōmemorarent: Piromin aſſiduè ex Piromi ꝓcreatum, non referentes ad deum illos aut ad heroa. Eſt autem Piromis Græca lingua expoſitum καλὸς κ'ἀγαθὸς, id eſt, honeſtus & bonus. Eos itaq; quorum imagines erant, demonſtrabant tales omnes extitiſſe, ſed multum à dijs diſtantes. Pribres tamen his viris fuiſſe deos in Ægypto principes, vnà cum hominibus habitantes, & eorum ſemper vnum extitiſſe dominatorem: poſtremum illic regnaſſe Orum Oſiris filium, quem Græci Apollinem nominant. Hunc poſtquam extinxit, Typhonem regnaſſe in Ægypto poſtremum. Oſiris Græca lingua eſt Dionyſius, id eſt, Liber. Atq; apud Græcos nouiſſimi deorum cenſentur Hercules, Dionyſius, & Pan. At apud Aegyptios Pan vetuſtiſſimus eſt etiam ex octo dijs, qui primi dicūtur, Hercules ex his qui duodecim: Dionyſius ex his qui tertij vocantur, ab illis duodecim procreati. ab Hercule autem quantum annorū ad Amaſim regē eſſe ipſi Aegyptij dicant, ſuperius à me patefactum eſt. A Pane verò plus annorū eſſe dicitur, minimū inter hos à Dionyſio: quanq̄ ab hoc ad Amaſim regem quindecim millia annorum ſupputantur. Et hæc Ægyptij pro cōpertis aſſeuerant, ſeq; ſcire aſſiduè ſupputādo, ſemperq; annos deſcribendo. Igitur à Dionyſio quidem, q̄ ex Semele Cadmi genitus fertur, ad meā ætatem ſunt anni fermè mille ſexcēti. Ab Hercule verò Alcmenæ filio, fermè nongenti. à Pane autem Penelopes (ex hac enim & Mercurio Pan genitus dicitur à Græcis) minus annorum eſt, q̄ à bello Troiano, octingenti ferè ad me anni. Vtrum horū probabilius ſibi uidetur, eo quiſq; vtatur licet: mihi aūt de his recepta opinio probať. Nā ſi & iſti & Græcia cùm celebres fuiſſent, tū ſenuiſſent, quēadmodum Hercules ex Amphitrione genitus, Dionyſi⁹ ex Semele, & Pan ex Penelope natus, dixiſſet aliquis & hos & alios habere illorū deorū noīa, qui prius geniti fuerāt. Nunc Græci aiūt Dionyſiū ſtatim editum ab Ioue inſitum in femore, portatūq; in Nyſſam, quę eſt ſuper Ægyptū in Æthiopia. De Pane ne habēt quidē q̄ dicāt, vbinā à partu ſit educatus: ex quo fit mihi manifeſtū, Græcos audiuiſſe poſteriorū, q̄ aliorum deorū noīa: & ex eo tēpore illorū progenies recenſuiſſe, quo primū eos audierant. Atq; hæc quidē Ægyptij aiunt. Quæ verò cæteri hoīes cum Ægyptijs cōſentientes memorāt in hac regione fuiſſe geſta, hæc iam explicabo, aliquid etiā his quæ

Agyptiorū progenies.

Progenies tres quot conficiāt annos. Sol præter cōſuetudinē oriens occidensq;.

λογοποιῶ, i. hiſtoriographum. Fuit enim Hecatæus Mileſi. hiſtoricus, q̄ Darij floruit tēporib⁹, vt teſtatur Suidas. Meminit huius Strabo cū alijs, cū li. decimo quarto in primis.

Orus quis. Oſiris qui deus. Hercules. Pan.

Amaſis rex. Interuallū à Dionyſio ad Amaſim.

Diodorus putat hūc nō eſſe Semeles filium, Hercules putat. Herodoti ætas.

quæ ego vidi conferentibus. Poſt Vulcani ſacerdotem regē ſuum, Ægyptij libertatē adepti, duodecim ſibi reges (nullo em̄ temporis momento poterāt ſine rege viuere) deligunt, in totidem partes oēm Ægyptū diſtinguentes. Iſti iunctis inter ſe affinitatibus regnabāt, pactionib⁹ initis ne mutuò auferre imperiū conarēt, néue q̄s plus alio q̄ppiā obtinere q̄reret, ſed vt eſſent inter ſe q̄ amiciſſimi. Atq; ea de cauſa has pactiones arctas accuratasq; inierunt, q̄ eis inter initia ſimulatq; tyrānides inuaſerunt, reſponſum fuerat, q̄ in tēplo Vulcani ærea phiala libaſſet, eum toti⁹ Ægypti regno potiturum. Vbi oīa ſacra executi ſunt, placitū eſt eis aliquod relinquere ſui cōmune monumentū: ex eoq; placito fecerunt labyrinthum, paulò ſupra ſtagnū Mœrios, maximè vrbē verſus, q̄ dicit crocodilorum, quē ego aſpexi fama maiorē. Si q̄s em̄ ex Græcorū narratione muros & operis ſpeciem ratiocinet̄, minus cōcipiet q̄ pro labore & ſumptu huius labyrinthi. Tametſi & Epheſi templum eſt memoratu dignū, & in Samo, tñ pyramides erāt ad narrandū maiores, quarū ſingulæ multis ac magnis operibus Græcis æquiparandæ ſunt. Sed eas quoque labyrinthus antecellit. Etem̄ duodecim eius aulæ ſunt tecto opertæ, portis oppoſitis altrinſecus: ſex ad aquilonē contiguæ, totidem ad auſtrum vergentes, eodē extrinſecus muro p̄cluſæ. Bifaria in eo ſunt domicilia, vna ſubterranea, altera ſuperiora illis impoſita, vtraq; numero 3500. Quorum ea quidem q̄ ſuperiora ſunt, ipſi vidimus, & q̄ aſpeximus enarramus. Subterranea verò auditu didicimus. Nam p̄poſiti Ægyptiorum nolebant vllo pacto illa monſtrari, q̄ dicerent illic ſepulcra eſſe tum eorum regum, qui ædificandi labyrinthi fuēre auctores, tum ſacrorum crocodilorum. Ita de inferioribus ædificijs fando, cognita referimus. Superiora ipſi aſpeximus humanis operibus maiora. Nam egreſſus per tecta, & regreſſus per aulas diuerſiſſimi, infinita me admiratione afficiebant. Ex aula in conclauia tranſitur, ex cōclauibus in cubicula, è cubiculis in ſolaria alia, è conclauib⁹ in alias aulas. Horum oīm lacunar, quemadmodum parietes, lapideum eſt, ſculptilibus paſſim figuris ornatum. Singulæ aulæ maxima ex parte digeſto lapide albo, columnarum ambitu redimitæ. Angulo quo finitur labyrinthus, adhæret pyramis 40. paſſuum, in qua grandia ſunt inſculpta animalia, ad quam iter ſub terra fit. Et cùm talis ſit labyrinthus, tñ ſtagnum Mœrios, ad quam labyrinthus ædificatus eſt, plus p̄rębet admirationis. Cuius in circuitu menſura 3600. ſtadiorum eſt, ſchœnorum ſexaginta, quanta videlicet ipſius Ægypti ad mare menſura eſt. Iacet autem ſtagnū longo ſitu aquilonem verſus, auſtrumq; ue: altitudine vbi eius profundiſſimum eſt, quinquaginta paſſuum. Quod autem manu factus ſit ac depreſſus, indicat, quod in ei⁹ fermè medio ſtant duæ pyramides, quinquaginta paſſus ab aqua extantes, altero tanto ędificij aquis tecto. Super quarum vtraque lapideus eſt coloſſus in ſolio ſedens: ita pyramides ſunt centum paſſuum. Centum autem iuſti paſſus ſunt: ſtadiū vnum ſex iugerum. Paſſus in q̄ menſuræ ſex pedum, ſiue quatuor cubitorum: pedes aūt quatuor palmorum, cubiti verò ſex palmorum. Aqua ſtagni natiua nō eſt, vtpote ſolo illo admodū arido, ſed è Nilo deriuata, ſex menſib⁹ in ſtagnum fluens, totidem retrò in Nilum refluens. Illisque ſex menſibus quibus effluit, augens regium fiſcum talentis argenti ſingulis, in ſingulos dies; prouentu piſcium: cùm influit viginti mnis. Hoc ſtagnum dicebāt indigenæ euadere in Syrtim Africæ, pforato ſub terram meatu in mediterranea Heſperiam verſus, ſecundum montem Memphi imminentē. Verùm cùm humum è lacu egeſtam nuſq; viderem (hoc em̄ mihi indagare curæ erat) p̄contabar proximos accolarum, vbinam eſſet humus illinc defoſſa. Illi dicere fuiſſe deportatā, facilè id mihi perſuadentes: quippe qui ſimile quiddam factum eſſe apud Ninum vrbem Aſſyriorum auditu cognoueram. Siquidem fures quidam magnam vim p̄cuniæ Sardanapali, qui Nini rex erat, in theſauris ſubterraneis abſtruſam, compilare cùm conſtituiſſent, à ſuis domibus fodere exorſi ſunt, dimenſi viam ſub terra ad regias ædes, eamque humum è cuniculis effoſſam, vbi nox aderat, in flumen Tigrim (qui Ninum præterfluit) exportabant, donec id quod optabant, perfecēre.

Aegyptus in duodecim reguloſ diſtributa.

Labyrinthi deſcriptio.

His refragant Plin. Strabo & Mel.

Crocodili ſacri.

Mœrios ſtagni deſcriptio.

Stadium.

Cubitus.

Pes.

Sardanapali theſaurus.

Eodem

Eodem modo audiui in Aegypto hanc alteram fuiſse factam lacunam, ꝑterq; q non noctu hæc, ſed interdiu eſt facta. Aegyptios em̃ humum quam effodiebant, in Nilum extuliſse, quam ille acceptã diſſiparet. Et hic qdẽ lacus ita ferũ fuiſse depreſſus. Duodecim aũt reges cùm iuſtè degerent, ac ſtato tẽpore in tẽplo Vulcani ſacrificaſſent, & vltimo die feſto libaturi eſſent, porrexit eis pontifex aureas phialas, quibus libare cõ ſueuerant, aberrans numero, duodecim videlicet viris vndecim phialas. Ibi Pſammitichus, q poſtremus eorum ſtabat, cùm nõ haberet phialã, detractã ſibi æreã galeã tenuit, libauitq;. Ferebãt aũt & cæteri oẽs reges, & tunc quoq; geſtabãt galeas. Nec dolo malo Pſammitichus galeam tenuit. Cæteri tñ id conſulto factum eſſe à Pſammitiſ. Pſammitichus.

cho exiſtimantes, & in memoriam redeuntes, oraculum ipſis eſſe redditum, q ęrea in phiala libaſſet, eum ſolùm regem Aegypti futurũ, nõ cẽſuerunt æquum eſſe Pſammitichum morte mulctari, poſtq̃ rimando cõpererunt nõ id illum feciſſe induſtria, ſed maxima potentiæ ſuæ parte exutum in paluſtria relegandum, ne illinc egreſſus, cæteræ Aegypto ſe immiſceret. Hunc Pſammitichum, cùm Sabacum Aethiopem, qui patrem eius * Necum interemerat, fugaſſet in Syriam, poſt abitum Aethiopis, ex inſomnij viſione reduxerunt hi Aegyptij, q ſunt è tribu Saitana. Deinde cùm regnaret vnà cum vndecim regib», cõtigit ei vt fugeret iterum ꝓpter galeam in paludes. Igit̃ intelligens q̃ ignominioſè tractatus ab illis eſſet, ſtatuit vltum ire, qui ipſum ꝓſecuti ſunt. Oraculum de ærea phiala. Sabacus. Necus. Græcè σαβακὼν.

Sed ex oraculo Latonæ, qđ in vrbe Buti apud Aegyptios veraciſſimum eſt, ad quod ipſe miſerat, redditum eſt reſponſum, affuturam vltionem ei è mari viris ęreis exiſtentibus. Quod reſpõſum ei magnam incredulitatẽ effudit, viros æreos fore auxiliarios. Nõ longo tẽpore interiecto, Ione quoſdam & Cares ꝑdandi gr̃a nauigantes, neceſſitas cõpulit applicare ad Aegyptum. Hi cùm in terram exiſſent ferro armati, Aegyptiorum qdam nuncium fert Pſammiticho ad paludes: & quia nunq̃ viderat aliquos ære armatos, ait egreſſos è mari æreos viros, campeſtria populari. Ille agnoſcens oraculum eſſe ꝓfectum, amicitiam cum Ionib» & Carib» facit: eosq; magnis pollicitationib» hortatur ad ſecum manendum. Vbi perſuaſit, ita demum vnà cũ his Aegyptijs q ſecum ſentiebãt, cumq; auxiliarijs, reges ſuſtulit. Omni potitus Aegypto, fecit in Mẽphi tum Vulcano veſtibula ad ventum auſtrum vergentia, tum è regione veſtibulorũ aulam Api, in qua, cùm apparuit, Apis educat̃, vndique columnis cinctã, ac figuris refertam: in qua aula loca ſtant columnarum coloſſi duodenũm cubitorum. Apis autẽ Græca lingua Epaphus eſt. His Ionibus Caribusq;, quibus fuerat vſus adiutoribus, Pſammitichus dedit ad habitandum poſita altrinſecus ꝑdia Nilo medio direpta, quibus nomẽ impoſitum eſt Caſtra. Et cùm hæc eis loca dedit, tum verò cætera quæ fuerat pollicitus, repræſentauit. Pueros quinetiam Aegyptios cõmiſit lingua Græca imbuendos, à quibus linguam Græcam edoctis oriundi, qui nunc in Aegypto interpretes ſunt. Incoluerunt aũt Ione & Cares diu hæc loca cõtra mare, aliquantulum ſupra vrbem Bubaſti, ad oſtium Nili (quod dicitur Peluſiacum) ſita. Vnde poſteà Amaſis rex Mẽphim eos tranſtulit, in ſui tutelã aduerſus Aegyptios. Poſt ſedes ab iſtis in Aegypto collocatas, Gręci cũ illis ita commercium habuerunt, & nos res in Aegypto geſtas à Pſammiticho rege exorſi, & q̃ deinceps extiterunt, oĩa ſine ambiguitate nota habemus. Hi em̃ primi Aegyptum, q diuerſę linguę eſſent, incoluerunt. Atque vnde demigrarunt illic, & veſtigia naualium, & domorũ rudera, ad meã vſq; ætatem oſtendebantur. Atq; hunc quidem in modum Pſammitichus Aegypto potit» eſt. De oraculo aũt quod eſt in Aegypto, cùm feci multa verba, tum faciam de re memoratu digna. Eſt em̃ oraculum hoc in Aegypto templum Latonæ poſitũ in magna vrbe, cui nomen eſt (vt ſuperius à me dictum eſt) Buto, contra oſtium Nili, quod Sebennyticum appellatur, à ſuperiori parte maris flumen ſubeuntibus. In hac vrbe templa ſunt Apollinis, Dianæque. Et in quo redduntur oracula Latonæ, grande illud, & porticũ habens decem paſſibus ſublimem. Vbi qd mihi ex his q̃ in aperto erant, maximo miraculo fuerit, referam: Eſt in hoc fano Latonæ delubrum, ex vno factum lapide, cuius

Pſammitichus Aegypto potit. Apis. Epaphus. Caſtra Aegyptiorũ. Interpretes Aegyptiorum. Ionum Carumq; habitationes in Aegypto. Latonæ templum. Buti vrbs.

parietes

parietes æquali celsitudine ad longitudinem quadragenûm cubitorũ: cuius lacunari ꝑ tecto impositus est alius lapis, quatuor cubitorũ ꝑ oras crassitudinis. Itaq; eorũ q̃ circa templum hoc sunt in ꝓpatulo positorum, admirabilissimũ apud me fuit id delubrum. Secundo loco insula, q̃ vocat̃ Echẽmis, in lacu ꝓfundo ac spacioso sita p̃ter templum quod in Buti est: q̃ insula ab Ægyptijs fert̃ innare. Ego tñ eam neq; innantem vidi, neq; se mouentẽ: & hoc audire admiratus sum, si verũ est insulã natare posse. In hac igit̃ templum Apollinis magnum est, & aræ trifariè extructæ, & palmæ frequentes enatæ: aliæq; partim fructiferæ, partim steriles arbores. Cur aũt ea innatans sit, hanc Aegyptij rationẽ reddunt, ꝙ Latona, q̃ ex octo numinib⁹, q̃ prima extiterũt, vnum est, cùm in vrbe Buti, vbi hoc eius oraculum est, habitaret: Apollinem ab Isíde sibi cõmendatum, occultauit in hac insula nõdum innatanti, ac sospitẽ reddidit: quo tempore Typhon oĩa indagans, vt Osiris filium inueniret, aduenisset. Nã Apollinem & Dianam aiunt Dionysij & Isidis filios esse: Latonẽ verò nutricẽ horum, ac liberatricẽ. Et Apollo q̃dẽ Ægyptiacè Horus dicit̃: Ceres autẽ Isis, Diana verò Bubastis. Atq; hinc solùm, non aliundè Aeschylus Euphorionis filius rapuit, q̃d dico, vt solus oĩm q̃ poëtæ dicunt̃, fecerit Dianã Cereris filiã. Ob hoc igit̃ insulam redditã esse natantem. Hæc illi sic aiunt. Psammitichus in Aegypto 54. regnauit annos: ꝑ quorũ vn detriginta magnã Syriæ vrbem obsidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc est Azotos, q̃ diutissimam inter oẽs vrbes duntaxat (quas nouimus) sustinuit obsidionẽ. Psammitichi filius, q̃ regnum Aegypti suscepit, extitit Necus. Idem fossam ad rubrũ mare ferentem primus aggressus est, quam Darius Perses secundo loco depressit, longitudinis q̃dem quatuor dierum nauigationis: latitudinis, vt ꝑ eã duæ possent simul agi triremes. Aqua q̃ in hanc è Nilo deducit̃, paulò supra Bubastis vrbem, iuxta oppidum Arabiæ Patumõ deducit̃, euadens in mare rubrum. Initium fodiendi sumptum est à planicie Aegypti, Arabiam versus. Nam q̃ supra planiciem sunt, cõtinens prope Memphim occupat mons, in quo lapidicinæ sunt. Itaq; ad huius montis ima, ducta est fossa versus hesperum & aurorã, longo tractu: & deinde pertingens diuortio mõtis tenus, quod diuortium ad meridiem & ventum austrum fert in sinum Arabicum: quà breuissimus tractus, & maximè cõpendiarius est è mari septentrionali ascensus ad australe, quod idem rubrum vocat̃, à monte Cassio, q̃ Aegyptum Syriamq; disterminat. Hinc stadia mille sunt in Arabicum sinum. Ex hoc q̃dem breuissimum est, verùm fossa multò longior, scilicet quanto est confragosior. In qua fodienda sub rege Neco 120. millia Aegyptiorum perierunt. Inq; eius medio opere Necus destitit, hoc interpellatus oraculo, eum id opus barbaro ꝑmunire. Aegyptij barbaros oẽs vocant, q̃ non ipsorum lingua loquuntur. Supersedens itaq; à facienda fossa Necus, ad militum copias se conuertit: atq; ad classes q̃ partim in mari septentrionali, partim in sinu Arabico ad rubrum mare sunt ædificatæ: quarum adhuc vestigia naualium ostendunt. Et classibus q̃dem Necus, dum opus fuit, est vsus. Terrestri autem acie congressus cum Syris in Magdolo, victoria potitus est, & post p̃lium, Cadyti magna Syriæ vrbe. In vestitu autem curiosus cùm fuisset, illum Apollini dicatum ad Branchidas Milesiorum misit. Hic ꝑfectis decem & septem imperij sui annis decessit, tradito imperio Psammi filio suo. Eo apud Aegyptum regnante, nuncij Heliorum dimittebant̃, iactantes à se in olympia iustissimum ac maximum inter mortales ꝓpositum esse certamen, rati ne Aegyptios q̃dem hoĩm sapientissimos aliquid vltra hæc esse inuẽturos. Isti vbi in Aegyptum ꝓuenerunt, eaq; exposuerunt quorum gr̃a venerant, rex cõuocat ex Aegyptijs eos qui sapientissimi haberent̃. Qui cùm conuenissent, & Helios audisse oĩa cõmemorantes, q̃ par erat ab eis fieri in edendo certamine, & se venisse dicentes scisciatum, nunquid possent Aegyptij reperire iustius. Habito inter se consilio, interrogant Helios, nunquid apud eos certarent ciues? & illis respondentibns, sine discrimine & suorum & cæterorum Græcorum, cuicunq; volenti certare fas esse, illi inquiunt, illos cùm tale certamen proponant, ab omni iure excedere. Nullo etenim pacto posse fieri, q̃n conciui pugnanti ciues fauerent, facientes iniuriã hospiti.

Chemmis insula, Χέμμις legitur, vbi χ articulus est, nõ dictionis caput. Siquidem Chẽmis legit Stephanus quoq; περὶ πόλεων hũc citans locum.

Insula natans.

Typhon. Aeschyl⁹.

Necus rex.

Patumus oppidum.

Barbari q̃ Aegyptijs.

Magdolus oppidum.

Psammis rex.

Heliorum certamen.

Sed ſi vellent iuſtum proponere certamen,& ſi eius gratia veniſſent in Ægyptum,iu berent hoſpitibus ponere certamen,nullo Heliorum certare ꝓmiſſo. Hæc Aegyptij Helijs ſubiecerũt. Pſammis cùm ſex oĩno regnaſset annos in Ægypto,facta in Aethio

Apries rex. piã expeditione,mox vita defunctus eſt. Cuius regnum Apries filius accepit, qui ſecundum Pſammitichum proauum ſuum fortunatiſſimus extitit omnium ad eam ętatem regum,25 dominatus annos. Quod intra tempus & bellũ Sidoni intulit, & cum Tyro pugna nauali dimicauit. Sed cùm calamitas eum maneret,contigit ob eam cauſam,quam ego pluribus,dum res Punicas exequar,exponam,paucis contentus in p̃ſentia. Cùm aduerſus Cyrenęos Apries exercitu miſſo magnam cladem accepiſſet,id ei imputantes Aegyptij rebellauerunt,opinati ſe ab illo in apertam ꝓnicię fuiſse dimiſſos: vt his internecione deletis,ipſe cæteris Aegyptijs imperitaret ſecurius. Hæc perq̃ grauiter ferentes tum ij qui redierunt,tum eorum qui interierant amici,apertè

Amaſis rex declaratur. deſciuerunt. Id vbi reſciuit Apries,mittit ad eos verbis ſedandos Amaſim. Qui cùm ꝓueniſſet,reprehendensq́; diſſuaderet ne talia facerent, quidam Aegyptiorum ei à tergo ſtans galeam circundat: eaq́; circundata,inquit,ſe illam ob regnum impoſuiſſe. Neque hoc qđ fiebat,eo inuito fiebat,vt oſtendebat. Nam ſimulatq́; ab his q̃ deſciuerãt Aegyptijs declaratus eſt rex,ſeſe apparabat tanq̃ aduerſus Apriẽ moturus. His cognitis,Apries mittit ad Amaſim ex his qui ſecum erant Aegyptijs,ſpectatũ quendã hoĩem noĩe Patarbemen,iuſſum ad ſe viuum Amaſim ꝓduceret. Hic vbi ꝓuenit, Amaſim ad ſe vocat. Amaſis (ſedebat aũt in equo ad ſuos cohortãdos inſolenter) ſtolidè iubet viciſſim hunc ad ſe adducere Apriem. Et cùm Patarbemis eum rogaret vt regem adiret,accitus rñdit,ſe iam dudum dare operã vt id ageret,nec de ſeipſo Apriẽ eſſe q̃ſturum,ſe eñ illi p̃ſtò futurum,& alios adducturum. Patarbemis nõ ignarus ꝓpoſiti illius,tum ex oratione,tum ex apparatione quam videbat,ſtatuit ſuæ diligẽtiæ

Patarbemi aures naſusq́; præciduntur. eſſe,q̃ celerrimè regem rerum (q̃ agerentur) facere certiorem. Huic redeunti,q̃ Amaſim non adduceret,nullo verbo edito Apries ira percitus, p̃cidi aures iuſſit naſumq́;. Id intuentes cæteri Aegyptij,qui cum eo hactenus ſenſerant,virum inter eos ꝓbatiſſimum,ita fœdè indigneq́; affectum,ne tantiſper quidem differentes, ad cęteros tranſeunt,ſeſeq́ue Amaſi tradunt. His quoque auditis Apries armatis auxiliarijs (habebat aũt auxiliariorum circa ſe ex Ionibus & Caribus triginta millia) in Aegyptios tẽdit.

Memphi aliâs. Erat ei regia in vrbe Saï ingens ac ſpectatu digna. Itaque vtrique aduerſus alteros Apriani & Amaſiani in * Memphi vrbe conſtiterunt, tentaturi pugnæ diſcrimen. Sunt autẽ in Aegypto ſeptem hoĩm gña,quorum alij ſunt ſacerdotes, alij qui pugnatores appellanť,alij boum paſtores,alij ſubulci,alij inſtitorẽs,alij interpretes, alij gubernatores nauales. Tot ſunt Aegyptiorum gña, à ſuo quoq́; artificio appellata: ſed pugnatores vocantur Calaſiries,& Hermotybies,qui harum regionum ſunt. Nam in regiones diſtincta eſt oĩs Aegyptus. Hermotybiorum quidem hæ ſunt plagæ: Bufiritana, Saïtana, Chemmitana, Papremitana, inſula Proſopitis, q̃ vocatur Natho, ex dimidia parte. Ex his tractibus Hermotybies cùm plurimi cẽtum ac ſexaginta millia ſunt,

Militię mãcipati. quorum nemo quippiam opificij quæſtuarij didicit, ſed omnes rei militari vacant. Calaſiriũm hæ aliæ plagæ ſunt: Thebana, Bubaſtiana, Aphthitana, Tanitana, Mendeſia, Sebennytana, Athribitana, Pharbæthitana, Thmuitana, Tnuphitana, Anyſia, Myecphoritana. Hæc tribus inſulam incolit ex aduerſo Bubaſtis vrbis. Hæ tribus Calaſiriũm, dum quoad poſſunt plurimi cogunť, 250. millia virorum ſunt, qbus

Opificum ignobilitas. nec ipſis licet vlli artificio operã dare, ſed ſolùm rei militari, filio diſcẽte à patre. Hoc ab Aegyptiiſne mutuati ſint Græci, non poſſum ꝓ certo dijudicare, cùm videam & apud Scythas Perſasq́;, & Lydos, denique apud oẽs ferè barbaros haberi pro ignobi

Militum nobilitas. lioribus ciuibus eos, qui artificia diſcunt, eorumq́ue liberos: generoſiores autem eos qui à manuarijs operibus abſtineant, præſertim qui ceſſent ob bellum. Hoc itaque cùm cæteri Græci didicerunt, tum præcipuè Lacedæmonij. Corinthij quo-

Sacerdotum immunitas. que minimi faciunt opifices. His ſolis Aegyptiorum, præter ſacerdotes, hoc eximij honoris habetur, vt ſingulorum duodecim agri ſint egregij atque immunes, ſinguli

guli agri 100. cubitorũ Aegyptiorum quoquò versus. Ægyptius aũt cubitus Samio par est. Hæc tñ vniuersorum peculiaria sunt, q̃b⁹ p̃ vices in orbem fruebant, & nunq̃ ijdem. Calasiriũm milleni & Hermothybiũm, circa regem fungebantur annuo satellitum munere. Istis p̃ter p̃dia dabantur viritim hæc alia, panis tosti pondo quinę mnę: carnis bubulæ binæ, vini sextarij quaterni. Hæc assiduè satellitib⁹ p̃bebantur. Vbi igitur è diuerso venientes, Apries cum auxiliarijs, Amasis cum vniuersis Ægyptijs in vrbem * Memphim p̃uenêre, cõgressi sunt. Et peregrini quidem egregiè pugnauerunt, tñ q̃ erant multò inferiores numero, fugati sunt. Fertur Apries ea fuisse persuasione, vt nullus neq; deorum neq; hoim posset sibi adimere regnum, adeò videbatur sibi illud stabilisse. Et tñ tunc egressus, p̃lio fugatus est, viuusq; captus, & ad vrbẽ Saïm ductus ad ædes q̃ ipsius antea fuissent, tunc autem Amasis regia. Ibiq; q̃ diu in regia pascebatur, eum Amasis honestè asseruauit. Tandem incusantibus Ægyptijs non iustè agere, q̃ suum & ipsorum inimicissimum aleret, ita illis Apriem tradidit. Eum isti vbi strangulauêre, paternis in monumentis sepelierunt, q̃ sunt in templo Mineruæ p̃xime cœnaculum, ad lævam manum intrantis. Nam Saïtani cunctos q̃ tribules eorum fuêre reges, intra templum sepelierunt. Etem Amasis monumentum ex altera parte cœnaculi est, q̃ illud Aprijs, eiusq; p̃genitorum. In eiusdem tẽpli aulâ hoc quoq; est ingens cubiculum lapideum, tum columnis excultum, palmatum arbores imitantibus, tum alio sumptu. Intra id cubiculum gemini postes stant, in quibus vrna est. Sũt etiã sepulcra, cuius nomen si nuncupauero hac in re, haud sanctè fecero. Apud Saïm in templo Mineruæ post totum delubrũ, prope Mineruæ parietem, atq; in fano, stãt ingentes obeli, id est, verua lapidea, lacusq; cõtiguus lapideã crepidine adornatus, & circunquaq; probè elaboratus, magnitudine (vt mihi videtur) quanta in Delo, qui dicitur trochoides. In hoc lacu imagines suorum quisque affectuũ noctu faciunt, q̃ vocant Ægyptij mysteria: de quibus cùm permulta ego norim quo pacto se habeãt, sin gula tñ absit vt p̃loquar. De Cereris quoque initiatione, quã Græci θεσμοφόρια vocãt, hoc est, legum lationes, absit vt eloquar, nisi quatenus sanctum est de illa dicere: Danaï filias extitisse, q̃ ritum hunc ex Ægypto attulerũt, eoque Pelasgicas fœminas imbuerunt. Sed deinde omni Peloponneso à Doribus eiecta sedibus suis, ritus initiandi abolitus est, à solis Arcadibus, qui à Peloponnensibus nõ eiecti sunt, sed relicti, conseruatus. Aprie extincto, regnauit Amasis è tribu Saïtana, & vrbe cui nomen est Siuph. Eum inter initia Ægyptij contemnere, nec vllius sanè momenti ducere, vt q̃ plebeius fuisset, nec insigni familia ortus. Sed hos Amasis ad se solertia, non asperitate perduxit. Erant ei cùm alia bona infinita, tum verò peluis aurea, in qua tam ipse q̃ oês conuiuę semper pedes abluebant: hanc ille confregit, exeaque dei statuam fecit, & in appositissimo vrbis loco statuit. Ægyptij simulacrum adeuntes, magnopere venerari. Id Amasis fieri è popularibus edoctus, conuocatis Aegyptijs aperit, ex illa pelui, in qua primò Aegyptij euomere immingereque, & in qua pedes abluere consuessent, factum esse simulacrum, quod tunc tantopere venerarentur. Itaque se aiebat p̃inde atque peluim esse factum: qui si antehac fuisset plebeius, in p̃sentia tñ esset rex, eoque iubere, vt sibi honor haberetur atque reuerentia. Hunc in modum ad se traduxit Aegyptios, ita vt æquum censerent ei seruire. Idem hoc vsus est in rebus agendis instituto: Ab aurora vsque dum refertum est forum, accuratè negocia q̃ offerebant, agebat. Deinde potabat, & inter potatores iocabatur, morionem agens ac scurram. Quibus rebus offensi amici, talibus eum verbis castigabant: Rex, dicentes, non è dignitate tua degis, qui ad tantam te dimittis nequitiam. Nam deberes augusto in solio sedens, auguste interdiu res administrare. Ita & Aegyptij cognoscerent à magno sibi viro præsideri, & tu melius audires. Nunc haudquaq̃ facis è regia dignitate. His ille rñdit: Arcus ab his quorum sunt, cùm est opus intendi, eos si semper intenti sint, ruptum iri, nec posse eis illos cùm indigeant vti, ita & hominis institutum, si assiduo laborare studio, nec vllam partẽ ad lusum sibi indulgere velit, fore vt pedetentim aut mente captus sit aut membris. Quod ego intelligens, vtrique rei tempus impertio.

Cubitus Aegypti⁹.
Cubitus Samius.
Memphi legunt aliqui, quanquam in Græco codice semper sit Mẽphis.
Memphis repe ritur apud Strabon.
Apries strãgulatur.
Saitanorũ regum sepulcra.
Mysteria.
Thesmophoria.
Amasis rex.
Peluis aurea.
Appositissima similitudo.

Hæc Amaſis amicis reſpondit. Etem̃ ferẽ Amaſis, cùm priuatus foret, fuiſſe potãdi iocandiq; cum dicacitate ſtudioſus: & vir neutiq̃ rerum agendarum anxius. Et quoties eum potantem ac ſe oblectantẽ neceſſaria defeciſſent, ſolitus circumeundo furari. Et cùm repoſceretur ab his qui dicerent eum ipſorum habere pecuniam, ac negaret, adduci ad oraculum quodcunque eo in loco erat: & frequenter ab oraculis conuictus, frequenter abſolutus. Et poſtq̃ aſſecutus eſt regnum, hæc egit: Quicunq; dij eum furti abſoluerant, horum templa neq; curæ habuit, neque vlla re ad ſtabilimentũ donauit, neque adiens ſacrificauit, tanq̃ nil mererent q̃ redderent falſa reſponſa. Qui autẽ eum ꝓnunciauerant furem, hos tanq̃ verè deos, nec mendacia reddẽtes oracula, maxime coluit. Præterea in Saï veſtibulum Mineruæ fecit, opus admirandum, & longè ſuperans cętera tum ſublimitate, tum magnitudine. Tanta eſt vaſtitas lapidum atque ſubſtructionũ. Quinetiã ingentes coloſſos, & immanes androſphingas ibidẽ poſuit. Alia quoq; ſaxa p̃grandia in apparatũ cõportauit, ducta partim è lapicidinis q̃ iuxta Memphim ſunt, partim vtique q̃ maioris molis erant, ex vrbe Elephantina, q̃ à Saï dĩ ſtat viginti dierum nauigatione. Ad hæc, q̃ non minimè, ſed maximè omnium admiror, attulit ædificium ex ſolido ſaxo ab vrbe Elephantina: in quo afferendo, trienniũ conſumpſerunt duo millia delectorum virorũ, q̃ oẽs erant gubernatores. Eius tecti extrinſecus eſt vnius & viginti cubitorũ lõgitudo, quatuordecim latitudo, octo ſublimitas. Hæc eſt dimenſio exterior tecti ex vno lapide. Introrſum tñ duodeuiginti & amplius cubitorũ eſt lõgitudo, quinq; ſublimitas. Domus hæc ad ingreſſum templĩ collocata eſt. Nã ob id aiunt in templum nõ fuiſſe ꝓtractam, q̃ tecto aduecto cùm ſuſpiraſset eius vehendi architectus, vtpote ꝓtæſus diutino tempore operæ, ea de re ſtomachatus Amaſis, nõ ꝓmiſerit hominem vlterius trahere. Nõnulli aiunt quẽdam ex his, q̃ vectib» lapidẽ agebãt, ab illo fuiſſe oppreſſum, ideoq̃ lapidẽ nõ introductum. Donauit ꝓterea operib» ob magnitudinem ſpectaculo dignis cùm alia templa inſignia, tũ in Memphi tẽplum Vulcani, coloſſo ſupino ante illud poſito, longitudinis 75. pedum. Superq̃ idem pauimentũ gemini coloſſi ſtant ex Æthiopico lapide, vicenũm pedum magnitudinis, hinc & hinc magno illi aſſiſtentes. Cuius inſtar eſt alter in Saï lapis, eodem habitu iacens. Illud etiã quod in Mẽphi eſt templum ingens & ſpectatu digniſſimum, aiunt Amaſim, ædificaſſe. Sub Amaſi rege dicitur Ægyptus fuiſſe maxĩme beata, in his q̃ vel regioni ex flumine, vel hominibus ex regione ꝓueniunt: & vrbes q̃ incolerent tunc, fuiſſe numero illic viginti millia. Amaſis quoq; is extitit, q̃ legẽ hanc apud Ægyptios cõdidit, vt ſingulis eorum quotannis apud ꝓuinciarum p̃ſides demonſtrarent vnde viuerent. Et qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſe legitimè viuere, is morte afficeret. Quã legem Solon ab Ægyptijs mutuatus, Athenienſibus tulit, quam illi q̃ ſit caſtiſſima, aſſiduè vſurpant. Amaſis, qm̃ Græcorũ erat ſtudioſus, cùm alia in quoſdam Græcos officia cõtulit, tum his qui in Ægyptum concederent, dedit facultatem Naucratem vrbem incolendi. Qui verò eorum nollent illic habitare, ſed nauigando negociari, fecit poteſtatem certis in locis aras & fana extruendi. Adeò maximum eorum fanum atque celeberrimum vocatur Græcum. Ciuitates autem q̃ cõmuniter extruxerunt, ſunt: Ionum quidem Chius, Teus, Phocæa, Clazomenæ: Dorum autem Rhodus, Cnidus, Halicarnaſſus, Phaſelis. Æolorum verò vna Mytilene. Harum ciuitatum hoc fanum eſt, & ab his p̃fecti emporij p̃bentur. Cęteræ ciuitates q̃ conſortes huius rei ſunt, non rei ad ipſos ꝓtinentis cõſortes ſunt. Separatim tñ ædificauerunt Æginetæ quidem Iouis, Samij autẽ Iunonis, Mileſij verò Apollinis fanum. Nam vetus emporium erat ſola Naucratis. Præter hoc in Ægypto aliud nullum. quòd ſi quis in aliud aliquid Nili oſtium applicuiſſet, is neceſſe habebat deierare ſe veniſſe inuitum, dato iureiurando ſe eadem naui ad Canobicũ nauigaturum: & ſi id minus per contrarios ventos poſſet, onera fluuialibus nauigijs circumacturum luſtrando Delta, dõnec perueniret Naucratem. Ita Naucratis in honore erat. Iã verò cùm Amphictyones templum, quod nunc Delphis eſt (q̃a illud prius ſua ſpõte deflagrauerat) trecentis talentis cõſtruẽdũ locaſſent, Delphi, quos quarta

Mineruæ veſtibulũ in Saï.

Coloſſi androſphinges.

Ædificiũ è ſaxo ſolido.

Aegypti vrbes quot.

Lex de victus ratione danda.

Solonis lex.

pars

pars ſumptus cõtingebat, circa ciuitates vagi cùm aliundè, tum verò non minimũ ex Ægypto retulerunt. Nã Amaſis qdem eis mille talenta aluminis, Græci aũt q Ægyptum incolebant, vicenas mnas donauerunt. Cum Cyreneis quoq; Amaſis amicitiam ſocietatẽq; iniit, ita vt illinc vxorem etiã putarit ſibi eſſe ducendã, ſiue fœminę Grecę amore captus, ſiue aliàs ob beneuolentiam Cyrenæorũ. Vxorẽ quã duxit, alij volunt filiã fuiſſe Batti filij Arceſilai, alij Critobuli, inter ſuos populares viri ſpectati, noĩe Ladice. Cum qua dum in toro cubaret, cõcumbere nõ poterat, cùm tñ alijs mulieribus vteretur. Id cùm diu fieret, ad eam Amaſis: Tu verò, inquit, vxor veneficio me læſiſti: ideoq; nullo machinamento vales effugere, q minus inter oẽs mulieres teterrima pereas morte. Ladice cùm pnegando nihilò placatiorem redderet Amaſim, vouit intra ſe Veneri, ſi ea nocte ſecum coiret Amaſis (hoc em ſibi eſſe machinamentũ) ſtatuã Cyrenas ſe illi miſſurã. Cõcepto ſtatim voto coijt cũ ea Amaſis, ac deinceps quoties adiret, cum ea coibat ac poſtmodum eã perq valde dilexit. Et Ladicæ votum deæ p- ſoluit, facta ſtatua, Cyrenasq; miſſa, q ad meã vſq; memoriã incolumis erat extra vrbẽ Cyrenenſem poſita. Hanc Ladicẽ Cãbyſes, poſteaq Ægypto potitus eſt, cognito qnã eſſet, Cyrænas illæſam remiſit. Donauit item Amaſis dona q miſit in Græciam, Cyrenas quidem ſtatuam Mineruæ inauratam, & ſui imaginem pictura adumbratã. Lindum autem duo lapidea Mineruæ ſimulacra, & thoracem lineum ſpectaculo dignum. Samum verò Iunoni bifarias ſui imagines, quę magno in templo erectæ erant poſt ianuas, ad meam vſque ætatem. Samum quidem propter hoſpitium, quod inter ipſum erat, & Polycratem Æacis filium. Lindum autem nullius hoſpitij gratia, ſed quia templum quod Lindi eſt, Minerua ferũtur extruxiſſe Danaï filiæ, poſtq agnitæ ſunt, cùm filios Aegypti effugerant. Hæc donaria dedicauit Amaſis, primusque mortalium Cyprum cepit, tributariamque fecit prouinciam.

Ladice vxor Amaſis.

Votum Ladice.

Veneris auxilium.

Donaria Amaſis varia.

Cyprus primùm ab Amaſi capta.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER TERTIVS, QVI INSCRIBITVR THALIA.

ADVERSVS hunc Amaſim Cambyſes Cyri filius, cõparato cùm ex alijs quibus imperabat, tum ex Græcis Ionibus Aeolibusq; exercitu, bellum mouit ob hanc cauſam: Miſſo in Aegyptum legato, Cambyſes petijt ab Amaſi filiã, & petijt cõſilio cuiuſdã Aegyptij, qui Amaſi erat infenſus, q ſe potiſſimũ ex omnibus Aegypti medicis Amaſis ab vxore & liberis abſtraxiſſet, amandãdo in Perſas, quo tempore Cyrus ad Amaſim miſerat petitum ocularium medicum, oĩm q in Aegypto eſſent, pſtantiſſimum. Ob id infenſus Amaſi Aegyptius, inſtituit ſuadere Cambyſi, vt ab Amaſi filiã peteret: vt ille aut mœrore afficeret data filia, aut non data Cãbyſi redderet inuiſus. Amaſis eam nec dare audebat, nec abnuere. Nã & Cambyſem intelligebat non habiturum illam vxoris loco, ſed pellicis: & Perſarum potentia grauabatur horrebatque. Hęc reputans, ita ſibi faciendum ſtatuit: Erat Aprijs ſuperioris regis filia, noĩe Nitetis vnica, domi relicta, grandis atque ſpecioſa. Hanc puellã Amaſis veſtitu pariter & auro exornatam, pro ſua in Perſas dimittit. Quam cùm poſt aliquantum tempus Cambyſes ſalutaſſet, filiam Amaſis appellans, ipſa ad eum: Rẽ, inquit, rex ignoras, ab Amaſi eluſus, qui me ornatu comptam tranſmittit, tradens tibi pro ſua, cùm re vera ſim Aprijs filia, quem ille dñm ſuum cum Ægyptijs rebellãs interemit. Hic ſermo extitit cauſa, q Cambyſem Cyri vehementer indignatum induceret aduerſus Aegyptum. Atque ita quidem memorant Perſæ. Ægyptij autem Cambyſem ſuum vendicant, aſſerentes ex hac Aprijs filia illum eſſe genitum. Cyrum em fuiſſe q ad Amaſim miſerit ſuper filia, non Cambyſem. Quod cùm dicunt, non rectè dicunt, etſi eos hoc non latet. Nam ſi qui alij pfectò, & Ægyptij rectè norunt mores Perſarum, apud quos illud in primis nefas eſt, illegitimum obtinere regnum, ſi adſit legitimus. Prætereà Caſſandanes filius erat Cambyſes, Pharnaſpe viro Achemænide genitæ, nõ mulieris Ægyptiæ. Sed Ægyptij rem geſtam transferunt, fingentes ſibi

Cãbyſes. Belli inter Cãbyſem et Amaſim occaſio.

Ocularius medicus.

Nitetis puella.

Aegyptiorũ de Cambyſe opinio.

Lex Perſarum.

cum Cyri familia intercederc cognationem. Et hæc qdem ita ſe habent. Cæterùm il le ſermo mihi nõ probat, quo dicit, mulierem quandã Perſidẽ ad vxores Cyri intr o-greſſam, cùm liberos Caſſandanes aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia cõſpicaret, ſupra modum admirabundã magnis tuliſſe illã laudib» : eiq́ue Caſſandanẽ (q̃ Cyri eſſet vxor) ita dixiſſe: Me, q̃ talium filiorum ſum mater, Cyrus cõtemptui habet, p̃ponens quandã ex Ægypto ancillã, videlicet infenſam Niteti, iſta dixiſſe, & ei maximũ natu filiorum Cambyſem ſubieciſſe: ego verò tibi mater, cùm in virilem ætatẽ adoleuero, ſumma Ægypti reddam ima, & ima ſumma. Idq́; dixiſſe circiter decem natũ annos, admirantib» mulierib». Et cùm in virilẽ adoleuiſet ætatẽ, & regnum obtinuiſſet, hu ius rei memorẽ, Aegypto bellum intuliſſe. Acceſſit huc & aliud qddam, ad hanc fumẽdam expeditionẽ. Erat qnidam auxiliariorum Amaſis, noĩe Phanes, gñe Halicar-

Phanes. naſſeus, vir cõſilio p̃ſtans, & in re bellica ſtrenuus. Hic Phanes neſcio quid Amaſi ſuc cenſens, nauigio ꝓfugit ex Aegypto, volẽs in collocutionem venire Cambyſis. Eum Amaſis (qđ inter auxiliares nõ parui momẽti eſſet, q̃q; res Aegypti cõpertiſſimas haberet) inſequi ſtatuit; adhibita diligentia aſſequendi. Itaq; ad hoĩem inſequendũ mit tit cũ triremi eunuchorũ fidiſſimum, qui Phanem aſſecutus in Lycia cepit, ſed nõ re-

Phanes ad Cãbyſem. tulit in Aegyptum, ab illo prudentia ſuperatus. Nam Phanes mactatis cuſtodib» abijt in Perſas, Cambyſemq́; molientem aduerſus Aegyptum expeditionẽ, & quo pacto carentia aquis loca tranſmitteret ambigentem, adijt. Eiq́; cùm alias Amaſis res expo ſuit, tum verò q̃ ad tranſmittendum ꝓtinebant, ſuadens, ad regem Arabum mitteret, oratum vt ſibi tutũ p̃beret tranſitum. Hàc eñ duntaxat patet ingreſsus in Aegyptũ. Nam à Phœnice vſque ad montes Cadytis, q̃ eſt vrbs eorum Aſsyriorum, qui nunc Palæſtini vocant. A Cadyti (vt mea fert opinio) non minore vrbe, q̃ Sardis emporia, ſecundum mare vſque ad vrbem Ienyſum, Arabicæ ditionis eſt. Ab vrbe Ienyſo rurſus Syriacæ vſque ad lacum Serbonitidis, iuxta quẽ Caſius mons ꝓtingit ad mare: à Serbonitidis lacu, in quo ſe Typhon fert occultaſſe, deinceps iam Aegyptus eſt. Hoc tñ intercapedinis inter vrbem Ienyſum, & montem Caſium, & lacum Serbonitidis, non exiguus tractus eſt, ſed itineris inſtar trium dierum, vehementer aridus. Verùm qđ pauci eorum qui in Aegyptum nauigant, notum habent, hoc dicere: Ex oĩ Græcia, & p̃tereà ex Phœnice, portat in Aegyptum bis quotannis vas fictile vini plenum: & tñ ibi ne vnum quidem numero (vt ſic dicam) vas vinarium fictile aſpici vacuũ po-

Fictilia vinaria vaſa teſt. Vbínam (dicat aliquis) hæc vaſa conſumuntur? hoc quoque ego depromã. Præfecti ꝓuinciarum neceſſe habent ex ſua quiſque vrbe colligere vaſa teſtacea, q̃ Memphim portentur. Eadem è Memphi alij aqua impleta portare in hęc arida Syrię loca. Ita hydriæ ſuperuenientes in Aegypto ſumptæ, ad veteres in Syriam portantur. Atque hunc in modum, quem dixi, aqua contracta, Perſæ vſi fuerunt, qui hoc ingreſsu apparatu q̃ celerrimè Aegypto potiti ſunt. Sed tunc cùm ĩ expedito aqua non eſset, Cambyſes audito hoſpitis Halicarnaſsei conſilio, miſſis ad regem Arabum nuncijs,

Fides Arabũ conſtãtiſsima. tutum iter p̃catus, obtinuit, data acceptaq́; inuicem fide. Arabes ſeruant fidem inter hoĩes vt qui maximè, quam in hunc modum dant: Quoties fœdus inire volunt, alius quidam medius inter vtrunque ſtans, acuto lapide vulnerat volam, iuxta maiores digitos eorum, qui fœdus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex vtriuſque veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum inuocans Bacchum & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuit ſequeſter fœderis inter amicos cõtrahendi, vadatur hoſpitem, aut fortè ciuem, ſi cum ciue res agitur. Quod fœdus & ipſi qui

Vrotalt. Alilat. amicitiam contraxerunt, ſeruare iuſtum cenſent. Bacchum quem Vrotalt, & Vraniã quam Alilat appellant, ſolos deorum eſse arbitrantur. Ac ſe exemplo Bacchi cæſariem tondere ꝓfitentur. Tondentur autem, in rotundum tempora ſubradentes. Igit poſtq̃ fœdus cum nuncijs inijt Arabs, talem rem cõment» eſt: Camelos oẽs, poſteaq̃ vtrib» camelinis aqua completis onerauit, egit ad loca humore carentia, ibiq́ue Cambyſis exercitum p̃ſtolabatur. Ex his p̃ narrantur, hoc qđ dixi ꝓpius fidem eſt: tñ qđ minus credibile eſt, qñquidem commemoratur, commemorare debeo. Eſt magnum

in Ara-

in Arabia flumen noīe Corys, exiens in mare qđ dicit rubrum. Ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bouinis, alijsq; crudis corijs cōsutum, tanta longitudine ꝓduxisse, vt ad loca arida ꝓ illum aquam ꝓduxerit: Inq; ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, q̄ recepta aqua potū suppeditarent. Et cùm sit à flumine ad terrā aridam 12. dierum via, ꝓ tres aquæ ductus in totidē partes aquam deduxisse. Apud Nili autē ostiū, qđ dicit Pelusium, habebat castra Psammenitus Amasis filius, Cambysem opperiens. Nā Amasim Cambyses in Ægyptum ꝓgressus, nō viuum nactus est, sed defunctum, cum quatuor & quadraginta annis regnasset. Per eos nihil admodum calamitatis expertus, defunctusq; & sale conditus est, & in sepulcris q̄ ipse ædificauerat, situs intra templum. Sub eius filio Psammenito maximū extitit Aegyptijs portentū. Apud Thebas Aegyptias, quod neque prius vnq̄, neque postea ad meam vsque ætatem contigit, vt ipsi Thebani aiunt, pluit. Thebis tñ tunc pluit guttis. Persæ vbi siccanea peragrauerunt, subsedêre vicini Aegyptijs, tanq̄ iam cōgressuri. Ibi Ægyptiorū auxiliarij Græci & Cares, Phani, qui externum exercitum in Aegyptum abduxisset, infensi, hoc rei in illum sunt machinati: Filios q̄ erant à Phane relicti in Aegypto, in castra perducunt, atq; in cōspectū patris, posito in medio duorum exercituum cratere: dehinc ꝓductos singulos puerorū super craterem obtruncāt. Oīb⁹ interfectis, vinum & aquam cratere intulerunt. Quo sanguine epoto, auxiliares ita confixerunt. Acri prælio commisso, perquàm multis vtrinque cadentibus, in fugā vertuntur Aegyptij. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Ossa eorum qui in acie ceciderunt, cùm iacerent fusa, vt ab initio distincta fuerant, seorsum erant Persarum, seorsum Aegyptiorum. Sed Persarum capita adeò fragilia sunt, vt si velis ferire, vel solo calculo perforare possis. Aegyptiorum autem ita firma, vt ea vix ictu lapidis elidas. Cuius rei causam hanc illi reddebant, facilè mihi persuadentes, q̄ Aegyptij statim à pueris radere capita incipiunt, & os capitis ad solem redditur compactum. Quæ eadem causa est non calueſcendi. Nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Aegyptios caluos videat. Cuius rei hoc causæ est, quòd robusta capita gestant. Ac Persis cur fragilia sint capita, id in causa est, quòd à principijs imbuuntur operire capita, gestantes pilea tiarasque. Hæc ego huiuscemodi ossa vidi. Vidi item alia istis similia in Papremi, eorum qui vnà cum Achæmene Darij ab Inaro Afro sunt cæsi. Aegyptij quoque postquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capessunt. Ad quos, cùm se recepissent Memphim, misit Cambyses aduerso flumine nauim Mitilenæam cum caduceatore viro Persa, qui illos ad deditionem hortaretur. Isti vbi nauim aduentare Memphim vident, frequentes ex vrbe effusi, nauim corrūpunt, virosque frustratim dilaniatos in oppidum asserunt. Et Aegyptij quidem post hæc obsessi aliquādiu, restiterunt. Afri verò id animaduertentes, eadem sibi quæ Aegypto contigissent veriti, sese citra pugnam dediderunt, tributumque inter se partiti dona miserunt. Cyrenæi quoque ac Barcæi itidem vt Afri timentes, similia & ipsi fecêre. Cambyses munera quæ ab Afris venêre, perbenignè accepit: quæ autem à Cyrenæis, succēsens (vt opinor) q̄ exigua erant (quingentas enim mnas argenti miserant) has sua manu prehensas, dispersit in milites. Decimo die quàm muros Memphis cepit Cābyses, Psammenitū Aegyptiorū regem, q̄ sex oīno regnarat menses, deposuit in suburbanis, ignominiæ grā, cum Aegyptijs alijs, vt eius animum experiretur. Hoc facto, filiam illius vestitu seruili circundatam, cum hydria ad aquam emisit: & cum ea similiter indutas alias, quas delegerat, primorum virorum filias virgines. Quæ vbi ad patres peruenerunt cum eiulatu, ploratuque, cæteri quidem patres conspectis filiabus tam malè acceptis, vicissim vociferati sunt atque fleuerunt. Psammenitus autem cùm id ꝓuidisset ac cognouisset, humi vultum demisit. Prætergressis puellis aquam ferentibus, secūdo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filium eius, cum duob⁹ millib⁹ Aegyptiorū, æqualis ætatis, vinctas fune ceruices, & frenata ora habētib⁹. Ducebantur aūt luituri pœnas his Mitylenæis, q̄ cum naui fuerant ad Mēphim obtruncati. Ita em̄ cē fuerant regij iudices, pro singulis suorum interfectis, denos primorum Ægyptiorum

Corys fluuius.
Canalis mira lōgitudinis
Psammenitus rex.
Amasis mors.
Pluuia apud Aegyptios portētosa.
Thebarū Aegytiarū mirum.
Phanē vlciscuntur Aegiptij.
Capita cur Aegyptijs dura, Persis fragilia
Caluitiei causa.
Psammenitus deponitur.

interficiendos. Pſammenitus prætereuntes intuens, & filium animaduertens duci ad mortem, alijs Aegyptijs qui circunſedebant complorantibus, atq; indignè ferentibꝰ, ipſe idem quod erga filiam, fecit. His quoque prætergreſſis accidit, vt quidam cõpotorum eius iam natu grandior, priſtinis bonis delapſus, ac nihil habens, niſi q̃ inops mendicabat, obiret exercitum, necnon Pſammenitum, alioſq; Aegyptios in ſuburbanis conſidentes. Quem vt conſpexit Pſammenitus, erumpente ingenti fletu, compellans nomine amicum, caput ſuum cædebat. Aderant autem ei obſeruatores tres, qui vt quicque ab illo fiebat, ex omni viarũ exitu Cambyſi renunciarent. Ea q̃ fiebãt admiratus Cambyſes, miſſo nuncio Pſammenitum ſic percontatus eſt: Pſammenite, herus te Cãbyſes interrogat, quãobrẽ tu q̃ viſa filia indignè affecta, viſo filio ad mortẽ eunte, neq; eiulaſti, neq; fleuiſti, pauperem tanti feceris, tibi vt ab alijs auditui, non ꝓpinquum. Et Cãbyſes q̃dẽ ita interrogauit. Pſammenitus autem his verbis rñdit:

Amici deploratio.

Fili Cyri, domeſtica mala erant maiora, q̃ vt poſſem ea deflere. At amici lamentatio digna lacrymis fuit: q̃ è multis ac fortunatis opibus ad inopiã recidit, in extremo limine ſeneſtutis. Hæc vbi reſponſa ab hoc renunciata ſunt, viſus eſt illis Pſammenitꝰ, vt ab Aegyptijs ferũt, rectè rñdiſſe. Croeſusq; dicit illacrymaſſe, itẽ q̃ aderãt Perſæ: ipſiq; Cambyſi miſerationẽ ſubiiſſe, vt ꝓtinus iuſſerit & filium, ex his q̃ morti addicti eſſent, liberari, & patrem è ſuburbanis excitatum ad ſe ꝓduci. Sed filium q̃dẽ qui adierunt, nõ iam ſuperſtitẽ inuenerunt, ſed primo loco truncatum: ipſum verò Pſammenitum excitatum, ad Cambyſem ꝓduxerunt: vbi reliquũ vitæ degit, nihil violentum paſſus. Qui ſi nõ cõpertus fuiſſet affectaſſe res nouas, accepiſſet Aegyptum, vt eam ꝓcuraret. Nam cõſueuerunt Perſæ in honore habere filios regũ, etiamſi qui ab eis deficiſſent, tñ illorum filijs reſtituere principatum. Quod eos ita facere conſueſſe, cùm alijs ꝓmultis poteſt ꝓbari documentis, tum verò hoc, q̃ Thannyra Inari Afri filio recepit, cuem pater obtinuerat, principatum, quodq; Pauſiris Amyrthæi filius & ipſe paternum recuperauit imperium. Nec ipſis Inaro & Amyrthæo quicq̃ amplius à Perſis irrogatum eſt. Nunc Pſammenitus malè cogitans, mercedẽ accepit. Nam cùm ad defectionem Aegyptios induxiſſet, captus eſt: ac deinde à Cambyſe conuictus, epoto cruore taurino expirauit. Atque hunc in modum iſte deceſſit. Cambyſes autem è Memphi vrbem Saim abijt, animo faciendi quæ fecit. Etenim ſimul atque in ędes Amaſis ingreſſus eſt, imperauit cadauer Amaſis è conditorio efferri: deinde prolatum verberibus cædi, ac vellicari, & ſtimulis pungi, omni denique contumelia infeſtari. Quod facientes poſtquam defatigati erant (nam cadauer, vtpote ſalitum reſiſtebat, nec quicquam omninò elidebatur) iuſſit cremari: haudquaquam pia iubens: quia Perſæ deum eſſe ignem arbitrantur, & apud neutros mõris eſt cremare cadauera: apud Perſas quidem, propter id quod dictum eſt, quia nefas eſſe aiunt deo depaſci cadauer hominis: apud Aegyptios autem, quia ꝓſuaſum habent ignem animatam belluam eſſe, & omnia quæ naſcuntur deuorare: & poſtq̃ deuorando fuerit expleta, vnà cum ipſa re deuorata emori. Ideoque non eſſe apud eos conſuetudinem, mortuum beluis tradendi, ſed ſaliendi, tum ob id, tum ne humatus deuoretur à vermibus. Ita neutris probatam rem iuſſit agi Cambyſes. Quanquam (vt ipſi aiunt Aegyptij) non Amaſis fuit qui ita paſſus eſt, ſed alius quidam Ægyptius, eadem quæ Amaſis ætate: quem Perſę Amaſim arbitrantes vexauerunt. Memorant enim Amaſim, cùm ex oraculo audiſſet, quæ circa ſe defunctum futura eſſent, hoc modo rei venturæ medendum putaſſe: vt eum hominem qui flagellatus eſt, ad poſtes ſepeliuerit extra conditorium ſuum, ſe autem in conditorij quàm intimo receſſu collocari filio mandauerit. Mihi tamen non videntur hæc ab initio Amaſis fuiſſe mandata, de ſua & alterius hominis ſepultura, ſed aliàs ab Aegyptijs adornata. Secundum hæc Cambyſes conſtituit trifariam mouere bellum, aduerſus Carthaginienſes, aduerſus Ammonios, aduerſus Aethiopes longæuos, qui Africam ad auſtrale mare incolunt. Aduerſus Carthaginienſes nauticis copijs, aduerſus Ammonios peditatu, aduerſus Aethiopes prius exploratores mittendos, per ſpeciem dona ferendi illorum regi, ſpectatum illic

Perſarum erga deuictos regis clemẽtia.

Pauſiris Amyrthæus.

Pſammenitus taurino ſanguine epoto obijt.

Ignis deus.

Cadauera vbi & cur nõ cremãtur.

Ignis aia.

Cambyſis expeditiones.

Longæui populi Aethiopes.

illic menſam Solis, nunquid re vera eſſet: ſimulq; res Æthiopicas exploratum. Solis menſa talis eſſe memoratur: Eſt in ſuburbanis pratum, oīm quadrupedum aſſa refertum carne, quam p noctem ſinguli ciuiū magiſtratus ꝓperant ponere: ad eamq;, vbi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere. Hæc ipſa à terra reddi aſſiduè indigenæ aiūt. Et mēſa quidem (q̄ Solis vocaī) talis eſſe fertur. Cambyſes aūt vbi ſtatuit ſpeculatores dimittere, continuò ab vrbe Elephātina accerſit ex Ichthyophagis, id eſt, piſce vescentibus, maximè gnaros Aethiopicæ linguæ. Dum iſti veniunt, intereà nauales copias Carthaginem verſus nauigare iubet. Verùm hæc executuros ſe Phœnices negauerunt. Eſſe em̄ magno cum illis iureiurando ſe deuinctos. Prætereà nō facturos ſanctè, ſi aduerſus liberos ſuos militarent. Nā cæteri, Phœnicibus ire recuſantib», ad pugnandum haud idonei erant. Ita Carthaginienſes, quo minus in ſeruitutem Perſarū redigerent, euaſerunt: qm̄ Cambyſes haud æquum ducebat vim afferre Phœnicib», qui ſeipſos Perſis dediderant, ex quibus nauticus oīs cōſtabat exercitus. Cyprij quoque, qui aduerſus Aegyptum in militia erant, ſeſe & ipſi dediderāt. Cābyſes, poſteaq; ex vrbe Elephantina aduenerunt Ichthyophagi, eos ad Aethiopes miſit, iuſſus cùm ea dicere quæ oporteret, tum dona ferre amiculū purpureum, aūreumq; torquē torquem, & armillas ac vnguenti alabaſtrum, cadumq; vini Phœnicei. Aethiopes hi, ad quos miſit Cambyſes, feruntur eſſe maximi oīm hominum atque pulcherrimi: diuerſisque vti à cæterorum hominum ritibus, cùm alijs, tum verò hoc circa regnū, ꝙ quē è popularibus maximum pro magnitudine validum iudicant, hunc regem deligendū cenſent. Ad hos itaque viros Ichthyophagi venerunt, offerentesque regi munera, ita locuti ſunt: Cambyſes Perſarum rex cupiens amicus tibi fieri atque hoſpes, nos miſit, iubens vt in colloquium tuum veniremus, tibiq; hæc dona daremus, quorūipſe vſu maximè delectatur. Ad hos Aethiops gnarus ad ſpeculandum veniſſe, talia reſpōdit: Neque rex Perſarū vos ideo cum donis miſit, ꝙ magni faciat hoſpitium meū, neque vos vera loquimini, quippe q; ad explorandū noſtrum imperium veniſtis: neque iuſtus ille vir eſt. Si em̄ iuſtus foret, alienam regionem non affectaret, ſed eſſet ſuæ cōtentus, nec homines (à quibus nihil laceſſitus eſt) in ſeruitutem redigeret. Ei nūc vos hunc arcum date, ita dicentes: Rex Aethiopum regi Perſarum cōſilium dat, qm̄ Perſę tam facilè trahent tanta magnitudine arcus, tunc aduerſus longæuos Aethiopes cum maioribus copijs moueat bellum. Interim dijs gratias habeat, qui non inducunt in mentem filijs Aethiopum, vt præter ſuam velint aliam comparare regionem. Hæc locutus, arcum laxauit, eisque qui venerant dedit. Tum ſumpto purpureo amiculo rogauit, quídnā eſſet, & quomodo confectum. Et cùm Ichthyophagi veritatem de purpura, deque tinctura dixiſſent: Doloſi, inquit, hoīes, doloſa ſunt veſtimenta. Secūdo loco de auro ſciſcitatus, de tortili monili atq; armillis, ornatum eius rei exponentib» Ichthyophagis, riſit, atq; exiſtimans vincula eſſe, inquit robuſtiora apud ſe vincula eſſe. Tertiò ſciſcitatus vnguentū, cùm illi de cōfectura, vnguētiq; ratione dixiſſent, idē dixit qd̄ de veſtimento. Vbi ad vinū peruenit, eiusq; cōficiendi rōnē audiuit, maiorē in modum delectatus potu, ꝓcontatus eſt, qbúſnā reb» veſceret rex, & quod longiſſimum tempus à viro Perſa viueret. Iſti dixerunt, veſci regē pane, exponentes tritici naturā: ꝓfectiſſimūq; diu viuendi ſpacium homini Perſæ ꝓponi 80. annos. Ad hæc Æthiops nihil ſe mirari, inquit, ſi ſtercore veſcētes paucis viuerēt annis. Nā ne tot qdē annis victuros, niſi hoc potui acceptū referrent. Affirmantibus Ichthyophagis ita eſſe de vino (hoc enim ipſos Perſis ſubdidiſſe) interrogatus viciſſim rex ab Ichthyophagis de vita & victu, pleroſque è ſuis ait ad centum viginti annos peruenire, nonnullos etiam hoc ætatis tranſcendere: cibum eis eſſe carnē coctam, & potum lac. Et cùm ſpeculatores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eos deduxit, in quo loti efficiuntur perinde atque inuncti, violam olentes. Eam aquā aiebant exploratores adeò inualidā, vt in ea nihil innatare poſſet, ne lignum quidem, & q̄ leuiora ſunt ligno: ſed omnia peſſum ire in ꝓfundū. Hęc aqua ſi verè apud illos eſt, qualis cō memoraī, ideo lōgæui exiſtunt, ꝙ ea ſēper vtunī. Deinde à fonte rex iſtos ad carcerē dedu-

Solis mēſa.

Exploratores Cāby.

Cambyſis dona ad regem Aethiopum Macrobiorum.

Alabaſtrus vnguenti.

Rex vbi ſtatura maximus deligitur.

Aethiopis reſpōſum ad regem.

Iuſti principis officium.

Doloſi homines, doloſa & eorum veſtimenta.

Perſarum victus vetuſtiq; ſpacium.

Aethiopū victus, vitaque longiſſima.

Fōtis mirū

deduxit, vbi viri oēs aureis vinculis erant alligati. Eſt aūt apud hos Æthiopes oīm rariſſimum ac p̄cioſiſſimum æs. Inſpecto carcere, exploratores inſpexerunt & menſam q̄ dicit̄ Solis. Poſt hanc ad extremum inſpexêre eorum ſepulcra, q̄ dicūtur e vitro eſſe conſtructa hunc in modum: Poſteaq̄ mortuum ſiue Ægyptiorum, ſiue aliorū more arefecerunt, totum gypſo inducunt: picturaq; exornantes repræſentant quoad poteſt effigiē eius. Deinde cippum ei è vitro, quod apud illos multum eſt, & facilè effoditur, circundant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neq; odoris ingrati, neq; fœditatis vllius exhibens: ſed oīa ipſi illi mortuo ſimilia habens. Hunc cippum maximè p̄pinqui intra ædes annum tenent, offerentes ei oīm rerum primitias hoſtiasq;. Anno exacto efferunt, circaq; vrbem ſtatuunt. Omnib⁹ exploratoribus inſpectis reuerſi ſunt. Qui cùm hęc renunciaſſent Cambyſi, cōtinuò ira percitus aduerſus Æthiopes exijt in expeditionem: neq; rei frumentariæ apparatu indicto, neque ſecum ipſo ratione inita, q̄ in extrema terrarum faceret expeditionem: veluti veſanus, nec mentis cōpos, ſimul atque Ichthyophagos audijt, profectus eſt cum omni peditatu, Græcis q̄ aderant illic manere imperatis. Vbi ad Thebas eſt ventum, delegit de exercitu 50. circiter milia, quibus p̄cepit vt Ammonios diriperent, deinde oraculum Iouis incenderent: ipſe cum reliquis copijs aduerſus Æthiopes contendit. Sed anteq̄ quintam itineris partē confeciſſent, exercitum protinus eius cōmeatus oīs (quē ſecum habebat) defecit: mox & iumenta ad veſcendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyſes ſi reſipuiſſet, ac retroduxiſſet exercitum, in eo quod prius admiſerat peccato, vir ſapiens extitiſſet. Nunc nihil penſi habens, aſſiduè proceſſit vlterius. Milites quādiu quod de terra ſumerent habuerunt, herbis victitauerunt. At vbi ad ſabulum peruenêre, ibi nonnulli diram rem perpetrauerunt. Nam ſortiti ex ſeipſis decimum quenquecomederunt. Id audiēs Cambyſes, veritus ſuorum mutuam depaſtionem, intermiſſa aduerſus Æthiopes expeditione, retrò redijt, Thebasq̄ peruenit, multis de exercitu amiſſis. Et cùm è Thebis deſcendiſſet Memphim, Græcos miſſos fecit, vt illinc enauigarent. Et exercitus quidem aduerſus Aethiopes ita geſſit. Copiæ autem q̄ aduerſus Ammonios miſſæ erant, à Thebis p̄fectæ, itineris duces ſequebantur: ac viſi ſunt vſque dum ad vrbem Oaſim peruenerunt, quam incolunt Samij hi, qui feruntur è tribu Aeſchrionia eſſe, ſeptem dierum per arenas itinere diſtantem à Thebis, quæ regio vocatur beatorum inſula. In hunc locum dicitur peruenisſe exercitus. Deinceps quid de eo actum ſit, præter Ammonios, & qui ab his audierunt, nulli alij quicquam habent dicere. Nam neque ad Ammonios peruenerunt, neque retrò reuerterunt. Ab ipſis autem Ammonijs fertur: Cùm illi ex vrbe Daſi per arenam iter facerent, iamq̄ medio ferè ſpacio inter Daſim & Ammonios pranderent, ingruiſſe magnum ac validum auſtrum, & ingeſtis arenæ cumulis eos obruiſſe: atque hunc in modum illos è conſpectu ſublatos. Ita actum eſſe de hoc exercitu Ammonij memorant. Cambyſe Memphim regreſſo, Apis quem Græci vocant Epaphon, apparuit. Aegyptij, ſimul atque Apis extitit, veſtimenta quàm pulcherrima ferre, & celebrādo feſto operam dare. Id tunc facientes Aegyptios Cambyſes intuens, ratusq̄ ob res à ſe malè geſtas prorſus illos eſſe in his gaudijs, præpoſitos accerſit Memphis: quos, vbi præſtò fuerunt, interrogat, quid ita, cùm antea ſe apud Memphim agente, nunquam aliquid tale feciſſent, nunc id facerent, poſteaq̄ ipſe redijſſet, parte copiarum amiſſa. Illi dicere: dum illis deus appareret (longo autem temporis interuallo apparere ſolitum) tunc omnes Aegyptios ſolennem celebrare lætitiam. Hæc vbi audijt Cambyſes, mentiri eos reſpondit, ac tanquam mentientes morte mulctauit. His interemptis, iuſſit ſacerdotes in conſpectum venire. Quibus eadem referentibus dixit: Si quis deus manſuetus ad Aegyptios veniret, fore vt ſe non lateret. Hactenus locutus, iuſſit ſacerdotes adducere Apim. Illi ad eum adducendum perrexerunt. Eſt autem hic Apis idēq̄ Epaphus è vacca genitus, quæ nullum iā alium poteſt concipere fœtum, quam Aegyptij aiunt fulgure ictam, concipere ex eo Apim. Habet hic vitulus qui appellatur Apis, hæc ſigna: Toto corpore eſt niger, in fronte habens candorem

Expeditio temeraria Cambyſis.

Iouis Ammonij templum accēdi iuſſum.

Mutua militum depaſtio.

Aeſchrionia tribus.

Arenę vis.

Epaphi figura.

dorem figuræ quadratæ,in tergo effigiem aquilæ,cantharum in palato, duplices in cauda pilos. Posteaq; Apim sacerdotes adduxére,Cambyses veluti vecordior,educto mucrone cùm vellet ferire ventrem,femur percussit,cachinnansq; ad sacerdotes inquit: O capita nequam,huiuscemodi dij existũt, sanguine atque carne p̃diti,& ferrũ sentientes: dignus nimirum Aegyptijs hic deus. Nos certè ludibrio habuisse nõ uos iuuabit. Hæc locutus,imperauit his,quorum munus erat, vt sacerdotes quidem flagris cæderent,Aegyptios autẽ (vt quenq; feriantem adipiscerentur) occiderent. Ita festum solutum est: sacerdotes mulctati. Apis sauciatus femur,in templo iacens exta buit: quem è vulnere extinctum tumulauére sacerdotes,clam Cambyse. Ob hoc scelus (vt Ægyptij aiunt) continuò Cambyses insanijt, cùm ne prius quidẽ cõpos mentis quidẽ fuisset,exorsus primùm ꝑpetrare facinus in Smerdim, ex eisdem sibi parentibus fratrem,quẽ ex Aegypto remiserat in Persas, liuore commotus,q; solus ille Persarum arcũ (quem Ichthyophagi ab Aethiope attulerãt) ad duos digitos traheret: qd̃ nemo alius è Persis poterat. Smerdi in Persidem profecto,hanc vidit in somnis Cambyses visionẽ: Nuncius quidã è Persis veniens, ei nunciare est visus, Smerdim in regio sedentem solio cælum contingere vertice. Ob id Cambyses sibi metuẽs,ne se necato à fratre occuparetur imperium,mittit in Persas ad illum interimendum Prexaspen,sibi ex oĩbus Persis virum fidelissimum. Hic vbi Susa cõscendit, Smerdim necandum curauit (vt quidam aiunt) cùm eum eduxisset venatum: qdã inquiunt, cùm ad mare rubrum ꝑduxisset,ibi eum demersisse. Et hoc quidem initium scelerum Cãbysis extitisse. Secundum autem scelus,sororis necationem,in Aegyptum eum secutæ: q̃ ex eisdem parentibus erat soror,atque eadem vxor: quam hunc in modum acceperat vxorem: Cùm antehac Persæ sorores in matrimonium accipere nequaquam consueuissent, Cambyses vnius sororum amore captus,cupidusq; deinde ducendi illam vxorem,qm̃ rem insolitam facere cogitabat, accersit eos qui regij iudices nominantur. Fiunt autem delecti è Persis viri,suntque perpetui,nisi delicti alicuius comperti fuerint. Hi apud Persas ius dicunt,& legum patriarum sunt interpretes,& ad eos omnia referuntur. Hos Cambyses percontatur, num qua lex sit,quæ sinat volentem cũ sorore contrahere matrimonium. Iudices & iustè & ingenuè respondentes, negant vllam se inuenire legem,quæ sinat fratri nubere sororem, quandam tamen inuenire legem,quo liceat regi Persarum facere quicquid libeat. Ita neque legem abrogarunt metu Cambysis: & ne legem tuentes ipsi perirent,aliam inuenerunt, adiutricẽ eius, qui sororem in matrimonium ducere velit. Itaque Cambyses eam quam dixi duxit vxorem. Aliquantoq; pòst & alteram. Harum iuniorem,quæ ipsum contra Aegyptum comitata est,interemit. Cuius mors, quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. Nam Græci quidem aiunt,dum Cambyses duos catulos,alterum leonis,alterum canis committit, hanc interfuisse spectaculo: & cùm à leunculo catulus superaretur,alterum catulum huius canis fratrem, abrupto loro,superuenisse. Et cùm duo essent,ita superiores leunculo extitisse. Et Cambyse dum id cernit capiente voluptatem,hanc ei assidentem,illachrymasse. Ea re animaduersa, Cambysem interrogasse quídnam lachrymaretur? & mulierem dixisse, se viso catulo supperias fratri ferente,ideo flere,quòd subierit memoria Smerdis,cuius sciret neminem fore vltorẽ. Ob hoc dictum Græci illam à Cambyse fuisse interemptam memorant. Aegyptij verò ob id,quod cùm ad mensam discumberetur,mulier lactucam sumpsit,eiusque decerptis foliis virum interrogauit,vtrum discerpta lactuca an densa pulchrior foret: cùm hic respondisset,Densa: hanc,inquit,lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insilijsse calcibus in prægnantem,eamq; abortu edito decessisse. His rebus Cambyses in p̃cipuos domestic orum insaniebat,siue id ꝑpter Apim,siue aliundè: qualia multa in rebus humanis mala cõtingere cõsueuerunt. Etenim fertur Cambyses ab ipsis natalibus grandi laborasse morbo,quem quidam sacrum nominant: vt haud ab re fuerit, cuius corpus magna ægritúdine inualidũ esset,eius ne mentem quidẽ sanã fuisse. Atq; in alios quoq;

Cambyses in Apim impetum facit.

Cambysis somniũ. Prexaspes ab Iustino non appellatur, sed Comaris. Smerdis quem alij Mergidem appellant. Cambyses parricida. Persarũ iudicum calliditas.

Cambysis soror occisa.

Iudices regij apud Persas.

Regi Persarum licere q̃libent.

Lactuca thyrso fratrum concordia cõparatur.

Persas

Perſas inſaniſſe, veluti in Prexaſpem, quem ꝑcipuo honore ꝓſequebatur, & q̃ ad eũ nuncios ꝓferebat: & cuius filius Cambyſis vina miſcebat, qui honos & ipſe non parvus eſt. Ad hunc fertur dixiſſe Cambyſes: Quẽnam virum Perſæ me eſſe cenſent, aut qualem de me ſermonem habent? Et iſte ei reſpondiſſe: Here, cætera quidem oĩa in te magnis laudibus ferũt, ſed nimis te vino deditũ aiunt eſſe. Hęc Prexaſpes de Perſis reſpondit. Quibꝰ ille indignatus: Siccine, inquit, Perſæ me aiunt vino deditũ deſipere, nec mentis eſſe cõpotem? Ergo in eo quod prius dixerunt, nõ veri fuére. Nam ſenatum Perſarum (cui intererat Crœſus) aliquando interrogarat Cambyſes, qualis ipſe videretur eſſe vir ad patrem Cyrum adæquandum. Et illi reſponderunt, eum patre eſſe præſtantiorem: qui & oĩa illius haberet, & Ægypti ac maris acceſſionem adiciſſet. Hæc quidem Perſæ dixerunt. Sed Crœſus, qui aderat, diſplicente ei q̃ dicebat ſententia, ad Cambyſem inquit: Mihi tu quidem Cyro genite, non videris adæquandus eſſe patri: quippe cui nondum eſt filius qualem ille te reliquit. Hoc audito Cambyſes delectatus, Crœſi ſententiam approbauit. Quorum nunc reminiſcens, ad Prexaſpen iratus inquit: Intellige nunc ipſe per te, nunquid Perſæ vera dicãt, an hæc dicentes ipſi deſipiant. Nam ſi filij tui, qui in veſtibulo ſtat, medium cor non fruſtrato ictu percuſſero, conſtabit nihil eſſe quod Perſæ dicunt: ſin aberrauero, conſtabit Perſas vera loqui, & me eſſe intemperantem. Hoc locutus, intendit arcum, puerũq; ꝑcuſſit. Atq; eum collapſum iuſſit diſcindi, & inſpici ictum. Cumq; in corde ſagitta eſſet inuenta, ob id lætabundus atq; cachinnans, ad patrem pueri inquit: Prexaſpes, facta tibi eſt fides, non me inſanire, ſed Perſas. Verùm nunc mihi dicito, quẽmnã ex omnibus hominibus iam noſti ita ad deſtinatum emittere ſagittas? Prexaſpes hoĩem aduertens eſſe veſanum, & in ipſum quoq; inſanientem: Here, inquit, ego ne deum quidem arbitror tam probè percutere. Et tunc quidem hoc perpetrauit. Altero die, duodecim Perſas primoribus pares, ob nullius momenti cauſam necauit, viuos in cauum defodiens. Hæc eum facientem Crœſus Lydus ſtatuit his verbis admonendum: Rex, cuncta noli ætati atque iræ indulgere: ſed cohibe & compeſce teipſum. Conducit tibi te prouidum eſſe: & ſapientis eſt proſpicere. Tu verò viros interficis tuos populares ob nullius momenti cauſam, interficis pueros, qualia ſi multa facies, conſidera ne abs te deficiant Perſæ. Enimuero pater tuus Cyrus, etiam atque etiã mandans, mihi præcepit te commonefacerem, ſubijciendo quicquid boni comperirem. Hoc illi Crœſus beneuolentiam præ ſe ferens conſulebat. Ad quem Cambyſes reſpondẽs: Etiam mihi tu, inquit, dare conſilium audes, tanquam benè aut tuam ipſius patriam adminiſtraris, aut patri meo conſulueris, iubens eum traiecto flumine Araxe tendere aduerſus Maſſagetas, cùm illi vellent tranſire in terram noſtram. Imò & teipſum malè præſidentem patriæ tuæ, & Cyrum tibi credentem perdidiſti: ſed ob id nequaquã gauiſurus, quia olim iam debebam captare in te occaſionem: arcumque corripiebat tanquam hominem confixurus. At Crœſus curſu ſe foras proripuit. Hic vbi non habet in quem telum dirigat, mandat miniſtris vt illum comprehenſum interimant. Miniſtri qui mores eius noſſent, Crœſum abdiderunt hoc conſilio, vt ſi Cambyſes facti pœnitens requireret Crœſum, eo producto donis afficerentur q̃ illum ſeruaſſent: ſi non pœniteret, nec deſideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multò pòſt, cùm Cambyſes deſideraret Crœſum, miniſtri hoc animaduertentes, enunciant ei hominem ſupereſſe. Cambyſes ſe quidem, inquit, Crœſo ſuperſtite gaudere: ſed ijs qui illum ſeruaſſent, veniam non daturum, ſed mortem allaturum, prout & fecit. Multa huiuſmodi tam in Perſas, quàm in ſocios, cùm Memphi moratus eſt, Cambyſes faciebat inſania. Adeoque vetuſta recludens ſepulcra, mortuos inſpiciebat. Etiam templum Vulcani adijt, & multo deriſu ſimulacrum illius cauillatus eſt. Siquidẽ ſtatua Vulcani ſimilima eſt his dijs, quos Pataicos vocãt Phœnices, quos in triremium proris Phœnices circumferunt: quos qui non vidit, ego ſic ei indicabo, eſſe illos Pigmei viri imagine. In templum quoque Cabyrorum, inacceſſum alteri quàm ſacerdoti, ingreſſus eſt: & quæ illic erant ſimulacra, multis in ea iocatus verbis, concremauit.

Cambyſes vinolẽtus.

Crœſi ſalſum ad Cãbyſem dictum.

Crudeliſs. Cambyſis facinora.

Crœſi libera admonitio.

Crœſus qua via à Cambyſis furore ſeruatus.

Vulcani tẽplum & ſtatua. Pataici.

mauit. Sunt eñ & hæc illis Vulcani ſimilia, à quo ſe hi hoïes aiũt eſſe oriundos. Cùm multa igitur apud me documenta ſunt, Cambyſem vehementer inſaniſſe, tum verò illud, quod alioqui non tentaſſet templa legesq; habere ludibrio. Nam ſi qs vniuerſis hoïb⁹ p̃beat facultatẽ optimas ex oïbus leges eligendi, ꝓfectò cunctas vnuſquiſq; rimatus, ſuas eliget. Non igit̃ credibile eſt alium q̃ dementem, talia ludibrio habere. At ita de ſuis quenque legibus ſentire, licet cùm alijs cõiecturis colligere, tum maximè hac. Darius cùm imperaret, Græcos ꝓcontatus eſt, quanta pecunia vellent defunctis parentib⁹ veſci. Illis negãtib⁹ vlla ſe pecunia hoc eſſe facturos, Darius dehinc Græcis p̃ſentibus, & q̃ dicebant̃ per interpretem diſcẽtibus, interrogauit eos Indos qui Calatiæ nominantur, qui veſcuntur parentibus, quantum accipere pecuniarum vellẽt, vt patres defunctos igne comburerent. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari iubebant. Atq; ita moribus cõparatum eſt. Recteq́ue mihi videt̃ Pindarus feciſſe, vt diceret morẽ omniũ eſſe regem. Dum Cambyſes in Ægyptum cõtendit, Lacedæmonij quoq; intulêre bellum Samo & Polycrati Aeacis filio, qui Samum vi occupauerat, eamq; inter initia trifariam partiturus erat cum fratribus Pantagnoto & Syloſonte. Quorum deinde altero necato, altero qui erat iunior eiecto, totam ſolus obtinebat, inito fœdere cum Amaſi rege Aegypti, cum quo hoſpitium habebat, mittens munera, viciſſimq; accipiens. Breuiq; ſtatim tempore res eius adeò ꝓfecerũt, vt per Ioniam cæteramque Græciam celebrarentur. Quocunq; eñ bellũ intulerat, cuncta ei ꝓſperè cedebant, cùm haberet centum biremes, mille ſagittarios, inuadens oẽs ſine vllo cuiuſq̃ diſcrimine: quod diceret, ſe magis gratificari amico, ſi ei q̃ abſtuliſſet redderet, q̃ ſi prius nihil abſtuliſſet. Multas itaq; hic inſulas, multa etiam in continente oppida cepit. Lesbios eñ cum multis copijs opem Mileſijs ferentes, nauali p̃lio vicit, cepitq;, qui oẽm foſſam mœnia Sami ambientẽ victi foderunt. Atq; res Polycratis tantopere ſecundas eſſe non latuit Amaſim, cui hoc curæ erat. Sed cùm aſſiduè forent multò ſecundiores, Amaſis libellum Samum miſit, in hæc verba ſcriptũ: Amaſis Polycrati ita inquit: Mihi quidem, feliciter agi cum viro amico meo & hoſpite, audire voluptati eſt: tñ tuæ magnæ ꝓſperitates mihi nõ placent, qui intelligo quàm inuidum nomen ſit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt, res nunc ꝓſperè ire, nunc offendere, & per varias fortunæ vices æuũ traducere, quàm in oïbus mihi ꝓſperè cedere. Tu itaque mihi obtemperando, hoc aduerſus proſperitates agito: Diſpice quid tibi ſit, quod plurimi facias, quodq; amiſſum tibi maximè doleret. Id vbi inueneris, ita abijcito, vt nunquã ad homines veniat. Qd ſi proſpera tua deinceps nõ variabuntur, aduerſis medeare tu tibi ſubinde eo modo quem tibi ſubieci. Hæc cùm legiſſet Polycrates, & in animum, tanquam bene ſibi ab Amaſi p̃cepta demiſiſſet, diſquirebat quódnã ſuorũ ornamentorũ eſſet, quo amiſſo maxima ipſe moleſtia afficeret̃? Atque hoc tandẽ q̃ritando inuenit. Erat ei gẽma ſignatoria ſmaragdus, quã geſtabat auro incluſam, opus Theodori Samij Telecle geniti. Hanc vbi abijciendã ſtatuit, ita abijcere libuit. Biremẽ conſcendit: eam dehinc viros, quibus illam inſtruxerat, in pelagus educere iubet. Et poſtquã ab inſula procul aberat, detractum ſibi ſigillum, cunctis q vnà nauigabant inſpectantib⁹, abiecit in pelagus. Hoc acto renauigauit. Reuerſo domũ, cùm ex iactura afficeretur, quinto ſextóue quàm hæc acta ſunt die, hoc ei caſu euenit: Piſcator quidã captũ à ſe piſcem, grãdem ſanè ac pulchrum, putauit dignum quo Polycratem donaret. Eũ ad fores cùm attuliſſet, dixit ſe in cõſpectu Polycratis ire, velle: à ianitore ꝓmiſſus, donans Polycrati piſcem: Rex, inquit, hunc ego quem cepi piſcem, etſi ꝓperis manuarijs vitam tolero, tñ nõ iudicaui ferendum à me eſſe in forum, ſed te tuaque potentia dignum. Eum itaq; affero tibi, donoq́ue. His verbis ille delectat⁹, ita reſpondit: Tu verò probè nec facto ſolo, ſed etiã oratione apud me iniſti gratiam. Ad cœnamq́ue te vocatum volo. Hæc magnificiẽs piſcator, domũ abijt. piſcẽ miniſtri reſcindentes, offendunt in eius aluo ſigillum Polycratis. Quod vbi viderunt, ſumpſeruntq́ue, ad Polycratem lætabundi

Sua cuiq; placet lex.

Darius.

Lex oïm rex.

Polycrates

Amaſis epiſtola ad Polycratẽ.

Polycratis ſmaragdus.

Polycratis prodigioſa fortuna

quàm celerrimè pertulerũt. Eoque illi reddito, referebãt quo pacto fuiſſet inuentũ. Polycrates, quẽadmodũ res diuinitùs cõtigit, ſingula quæque à ſe geſta retulit in libellum: & qua ratione quod amiſerat, recepiſſet. Hęc vbi ſcripſit, in Ægyptum miſit. Quibus tabellis Amaſis plectis, q̃ à Polycrate venerant, intellexit nõ poſſe pſtare hominẽ, vt alterũ hoiem fato impendenti eripiat, vtq; Polycrates benè iam morereť, bonã fortunã ſemper expertus, qui ea quoq; reperiret q̃ abieciſſet. Miſſo itaq; Samũ caduceatore, dixit ſe ius cũ illo hoſpitij ſoluere. Quod ideo fecit, ne ſi in triſtẽ aliquem grauẽque caſum incidiſſet Polycrates, animi dolorẽ veluti de hoſpite ipſe contraheret. Aduerſus hunc igitur Polycratẽ, in oĩbus benè agentẽ, Lacedæmonij ſumpsêre expeditionẽ, accitis ab his Samijs, qui poſt hæc Sydoniã in Creta cõdiderunt. Polycrates, miſſo clanculũ caduceatore ad Cãbyſem Cyri filiũ, aduerſus Ægyptũ copias cõparantẽ, orauit vt nũcijs ad ſe in Samũ miſſis, rogaret aliquid copiarũ. Quod audiens Cãbyſes, libẽter in Samũ miſit ad rogandas à Polycrate nauticas copias, quas ſecum ille mitteret in Ægyptũ. Polycrates delectis quos maximè ſuſpicabatur è popularibus ſuis ad rebellionẽ ſpectare, quadraginta triremes miſit Cambyſi, mandans ne retrò eos dimitteret. Negant quidã Samios à Polycrate miſſos, in Ægyptũ peruenisſe: ſed cùm in Carpathio mari curſum tenerent, inter ſe collocutos, decreuiſſe ne porrò tenderent. Quidam aiunt peruenisſe in Ægyptum, ac retentos, inde fugã feciſſe: & in Samum redeuntes, Polycratẽ cũ claſſe occurrentẽ ſuperaſſe, atque in inſulã exiſſe: ſed pugna pedeſtri commiſſa, repulſos, ita Lacedæmonẽ nauigaſſe. Sunt q̃ dicãt penes eoſdem, ab Ægypto redeuntes aduerſus Polycratem, extitiſſe victoriã, nõ rectè dicẽtes, mea opinione. Neq; eñ oportuiſſet illos aſciſcere Lacedæmonios, ſi per ſe ad reſiſtendum Polycrati validi erant. Præterea nec ratio dictat, vt cui permulti aderant, cùm auxiliarij mercede cõducti, tum domeſtici ſagittarij, is à Samijs redeuntibus numero paucis fuerit ſuperatus, cùm præſertim liberi ciuium atque vxores ſub Polycrate eſſent, quos iſte inter naualia coactos tenebat, ideo paratos vt ſi hi qui ſecum erant, eum redeuntibus alijs prodidiſſent, eos vnà cũ ipſis naualibus cremaret. Poſteaq̃ Samij, q̃ à Polycrate exacti erant, Spartã venerũt, aggreſſi principes multa ſanè (qualia ſupplices) cõmemorabãt. Quibus illi primo cœtu reſpõderunt, eorum q̃ iſti dixiſſent priorũ quidẽ oblitos eſſe ſe, poſteriora verò nõ intelligere. Secundo deinde cõgreſſu nihil aliud iſti dixerunt, niſi allato panario, illud pane indigere. Quibus ijdem reſponderunt panario ſuperfuturum. Itaque opẽ ferendã eis cenſuerunt. Atq; vbi rem apparauêre, cũ exercitu in Samum ſe cõtulêre, referendæ gratiæ cauſa, vt Samij aiunt, qui illis aliquando Samij aduerſus Meſſenios auxilio fuiſſent. Vt Lacedæmonij aiunt, non tã quia tutari deberent Samios, quàm vt eoſdẽ vlciſcerentur ob interuerſum craterẽ, quem Crœſo portabant, & ob thoracem ab Amaſi rege Aegypti ipſis miſſum. Interceperãt enim Samij priore quàm craterem anno, thoracem lineũ quidem, ſed frequentibus animalium figuris ex auro lanaq; verſicolore, à ligno intertextum, ob id admiratione dignum, quòd cùm inſcriptæ eius venationes eſſent exiles, tamen ſingulæ in ſe habebãt tricenas ac ſexagenas beſtiolas, ſingulasq; euidẽtes. Hoc mirum reddebat thoracẽ: qualis alter eſt, quem in Lindo Mineruæ idẽ Amaſis dedicauit. Cõparauerunt itaq; Lacedæmonij exercitum aduerſus Samum, vt Corinthios quoq; ſolicitarent. In quos etiam Samiorum extabat iniuria ætate quæ præceſſit hanc expeditionẽ, circa idẽ tẽpus facta, quo crater interuerſus eſt. Nã cùm Periander Cypſeli filius, Sardis ad Haliattem caſtrandos mitteret trecẽtos primorũ Corcyræorum liberos: Corinthijq; qui illos ferebant, Samũ appulſi eſſent, audita Samij cauſa, cur Sardis pueri ducerentur, primũ edocuêre pueros, vt puluinar Dianæ cõtingerẽt, deinde nõ ſinẽtes abſtrahi eoſdẽ è puluinari cũ prouideret Corinthij, pbere illis aliméta, ipſi diẽ ſolennẽ egerũt, quẽ nunc quoq; per id tẽpus celebrant. Cùm enim nox aduenit, q̃diu pueri precati fuerunt, tãdiu exercẽt choros virginũ atq; adoleſcẽtiũ. Tũc aũt choros exercẽtes, eſculẽta fecerãt ex ſeſamo ac melle, q̃ diſtribuẽda ferrent:

Lacedęmoniorum in Samũ expeditio.

Crœſi crater. Thoraces picturati Amaſis.

Corcyræi caſtrandi. Diogenes Laërtius pueros Iunoni vota faciẽtes à Samijs ſeruatos lib. 1. ſcribit.

Dianę puluinar.

ferrent: vt ea Corcyræorũ filij rapiẽtes, alimẽta haberent. Idq; eousq; factũ est, dum Corinthij pueris (quos asseruabant) omissis abierũt. Ita Samij pueros Corcyrã reduxerũt. Quod si defuncto Periandro, Corinthijs cũ Corcyræis amicitia extitisset, non ob hanc causam Corinthij aduersus Samios expeditionem sumpsissent. Nunc ab ipsa vrbe Corcyrensi à se cõdita, Corinthij semper cum Corcyræis discordes mutuò fuêre. Huius igit rei memores Corinthij, exhulcerato in Samios aõ erant. Mittebat aũt Periander ad castrandũ Sardis primorũ Corcyræorũ delectos pueros, vlciscendi faci noris gratia, quod Corcyræi priores in eũ admiserant. Nam posteaq; vxorem suã Melissam necauit Periander, accidit vt ad superiorẽ calamitatẽ hæc quoque accederent: Erant ei ex Melissa liberi duo, vnus decẽ & septẽ, & alter duodeuiginti natus annos. Hos auus maternus Procles Epidauri tyrãnus, ad se accitos ea ꝓsequebaꝫ charitate, qua debebat nepotes ex filia. Quos vbi remittẽdos statuit, priusq; dimitteret: Scitis, inquit, pueri quisnã matrẽ vestrã interemit? Hoc dictũ ei qui maior natu erat, nullius momẽti habitũ est: at minori, cui nomen erat Lycophroni, ita doluit, vt reuersus Corinthũ, patrẽ neq; prior affatus sit, neque affantẽ reaffari, ac ne interrogãti quidẽ respõsum reddere voluerit. Eũ Periander tandẽ sanè indignatus, è laribus eiecit. Quo ecto, maiorẽ natu percontaꝫ, quænã cũ eis auus esset collocutus: Ille narrare, vt se auus amãtissimè accepisset: nõ tñ facere mentionẽ dicti illius, quod Procles in eis dimittẽdis dixisset, quippe quod in mentẽ nõ admiserat. Periander dicere, nulla ratione fieri posse, quin aliquid illis ab auo sit suggestũ: itaque ꝓcontando instare. Tunc adolescens in memoriã rediẽs, id quoque dictum fuisse narrauit. Quod Periander in aĩm accipiens, tñ nolens aliquid filio cõcedere indulgẽtius, mittit ad eos, apud quos filius ab ipso expulsus degebat, prohibitũ, ne adolescentẽ in domum excipiant. Ille il linc eiectus, in alterã se domum cõferebat, sed ab hac quoque abijciebaꝫ, Periandro his qui acceperant edicente, atque vt arcerẽt imperãte. Expulsus hic ad quendã sodalium se cõtulit. Illi etsi formidãtes, tñ q; esset Periandri filius, hoiem excipiebant. Ad postremum Periander edictum proposuit, quisquis hunc in domum reciperet, aut alloquereꝫ, eum sacrã pœnã Apollini debiturũ, quantam ipse nũcupabat. Ad hoc edictum cùm nemo illum in domum reciperet, nemo affari vellet, ne ipse quidem putauit rem desperatã esse tentandã: sed intra porticus se tenens, assiduè versabaꝫ. Quem die quarta Periander illuuie & inedia enectum cernẽs, misertus est, depositaq; ira ꝓpius accedens: Fili, inquit, vtrũ est optabilius, istũdne quod faciendo pateris, an patri obtẽperando tyrannidẽ atque opes accipere, quas ego habeo? q; cùm sis & meus filius, & beatæ Corinthi rex, ꝓptasti mẽdicã vitã, obsistendo atque irascendo illi cui minimè debebas. Nã si q̃d calamitatis illinc accidit, vnde suspicionẽ in me habes, id mihi accidit, eiusq; ego particeps eò magis sum, q; ipse id ꝓpetraui. Tu verò edoctꝰ quanto satius sit inuidiosum q̃ miserabilẽ esse, & simul q̃d sit in parentes, & in melio res se irasci, abi domum. Periander quidẽ his verbis filiũ castigabat. Ille aũt nihil patri respõdit, nisi hunc sacrã pœnã deo debere, q; in ipsius colloquium venisset. Ibi Periãder animaduertẽs malum filij vehemẽtius esse, q̃ vt corrigi posset, ab oculis eum sibi amandandum putauit, nauigio in Corcyrã misso. Nã Corcyræ quoque imperitabat. Hoc amandato, bellum socero Procli intulit, tanq; ꝓcipuo harum rerum auctori. Expugnataq; Epidauro, Proclem cepit, quẽ tñ viuum seruauit. Interiecto deinde tempore cùm senuisset Periander, sibiq; esset cõscius, nõ esse amplius parem ministrãdis, obeundisq; rebus, mittit Corcyrã accersitum Lycophronem ad tyrannidem administrandã. Nã in maiore filio nõ erat indoles, hebetiorq; esse ei videbaꝫ. Lycophrõ ne responsione quidẽ dignatus est eũ, qui sibi nuncium afferebat. Periander in amorem adolescẽtis ꝓpensus, rursus ad eum misit sororem filiã suã, sperans fore vt ei per hanc ꝓcipuè ꝓsuaderet. Hęc vbi venit: Fili, inquit, mauis tyrannidẽ recidere in alios, & domũ patris tui ad alienos dispergi, quàm tu ipse habere illuc recursus? Redi quæso ad penates, desine tibimet officere. Læua possessio est peruicacia, noli malum me-

Melissa Periandri vxor.

De Periandri filijs.

Periandri de non recipiendo filio edictum.

Inuidiosum qnã miserabilẽ esse præstat.

Edictũ in ipsum Periandrum festiuè retorquet.

Corcyra. Procles captus.

Mittunt in Lycophronem parẽtes studiũ

dicari malo. Multi manſuetiora iuſtioribꝰ ꝓponunt. Multi materna ſectantes, paterna perdiderunt. Lubrica res eſt tyrannis, cuius multi ſunt amatores. Pater ſenex eſt, ꝓuectæq; ætatis. Tua ipſius bona ne alijs trradas. His illa verbis ad inducendũ appoſitis, fratrem alloquebatur, à patre edocta. Cui iſte reſpondens, negat ſe iturum Corinthũ, quoad patrẽ ſupereſſe audiret. Hoc cùm mulier renunciaſſet, tertiò Periãder caduceatorẽ mittit, qui dicat, ſe quidem in Corcyrã velle concedere, ſed vt hic Corinthum ꝓficiſcatur ad tyrãnidis ſucceſſionẽ. Id approbante filio, Periander Corcyram ipſe veniebat, iuuenis Corinthũ mittebaꝫ. Hæc oĩa edocti Corcyræi, ne ad ipſorũ regionẽ Periander accederet, adoleſcentẽ interimunt. Ob hæc igitur Periãder de Corcyræis vltionẽ ſumebat. Lacedæmonij ingenti cũ claſſe vbi peruenêre, Samũ obſẽderunt, ſuccedentesq; muro, turrim mari imminentẽ iuxta ſuburbana trãſcenderũt. Sed mox cũ magna manu ſuppetias ipſo ferente Polycrate, reiecti ſunt. Quinetiam à ſuperiore turri (q̃ tergo montis ꝓminebat) eruperunt tum auxiliarij, tum ipſorũ Samiorũ permulti. Et cùm aliquantiſper Lacedæmonios ſuſtinuiſſent, retro fugam fecerunt, inſequentiq; ab hoſte cædebanꝫ. Quod ſi Lacedæmonij qui aderant, Archiæ & Lycopi ſimiles extitiſſent, eo die capta Samus fuiſſet. Siquidem Archias & Lycopes ſoli cũ Samijs ad murum refugientibus irrumpentes, intercluſa ad redeundũ via, intra vrbem Samiorum occubuerunt. Equidẽ ipſe cum alio Archia Archiæ filio, eodemq; tertio ab hoc Archia, cõgreſſus ſum apud Pitanem (huius enim tribus erat, q̃ ex oĩbus hoſpitibus maximè Samios honorabat) qui diceret ſibi Samio nomen à patre fuiſſe inditũ, q̃ eius pater Archias ſtrenuè pugnans, Sami mortẽ oppetiſſet: ſeque ideo Samijs honorẽ habere, q̃ auus fuiſſet à Samijs publicè affectus egregia ſepultura. Lacedæmonij quadraginta diebus in obſidendo abſumptis, cùm in ſuſcepta re nihil admodum ꝓficerent, in Peloponneſum redierunt. Fertur Polycratem (vt rumor quidam temerarius emanauit) magnum numerum monetæ patriæ è plumbo percuſſiſſe, eamq; auro induxiſſe, ac Lacedæmonijs dediſſe: atque ea accepta illos receſſiſſe. Hanc primam expeditionem Dores aduerſus Aſiam per Lacedæmonios ſuſceperũt. Samij qui Polycrati bellum intulerant, poſteaq̃ à Lacedæmonijs ſe relictum iri vident, & ipſi tranſmiſerunt in Siphnum, deficiebant enim pecuniæ. Vigebant ea tempeſtate Siphniorum res, eratq; hæc inſularum locupletiſſima: vt in qua auraria & argentaria metalla eſſent, vnde tantum pecuniæ fiebat, vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuiq; par, Siphnijs pecuniã (q̃ quotannis cõficiebaꝫ) diſtribuentibus. Qui vbi theſaurum cõfecerunt, num diu permanere poſſent ipſis præſentia bona, conſuluêre oraculum. Eis ita Pythia reſpondit:

Cùm tamen in Siphno fuerint Pritaneia cana,
Cana fori facies, tunc vir vafer adſit oportet,
Qui notet è ligno agmen, legatumque rubentem.

Erant eo tempore Siphnijs Pritaneum, forumq; Pario lapide exculta. Hoc oraculũ Siphnij neq; tunc ſtatim, neq; poſt aduentũ Samiorũ intelligere potuerũt. Nã Samij cùm velociſſimè ad Siphnũ applicuiſſent, miſerũt ad vrbẽ cũ legatis vnã è nauibus. Veteri inſtituto naues oẽs erant rubrica delibutæ: atque hoc erat, quod Siphnijs Pythia ꝓdixerat, vt obſeruarent ligneũ agmen, ac rubrũ legatũ. Nuncij igit vbi ꝓuenêre decẽ ſibi talenta mutuari precabantur. Negãtibus Siphnijs ſe mutuaturos, Samij eorũ agros populabanꝫ. Id audientes Siphnij, cõtinuò occurrentes, cõmiſſa pugna fugati ſunt: eorumq; multi ab vrbe intercluſi, quos poſteà centum talentis recuperauêre. Ab Hermioneis quoque Samij pecuniarum loco inſulam Thyream acceperunt, Peloponneſo adiacentem: quã Trœzenijs commendauerunt, ipſi Cydoniam in Creta cõdiderũt: cùm illuc non ea de cauſa nauigaſſent, ſed vt Zacynthios ex inſula ſummouerent. In hac vrbe quinquennium degentes, ita rem benè geſſerunt, vt templa q̃ nunc in Cydonia viſuntur, ipſi fecerint, & Dictynnes ꝓtereà delubrum. Sexto eos anno Æginetæ nauali ꝓlio victos cum Cretenſibus diripuerunt, ac roſtratas naues mutilauc-

Lycophronis interitus.

Archias. Lycopes.

Polycratis cõmentũ. Plumbei nummi inaurati.

Siphniorũ theſaurus.

Oraculum Siphnijs redditum obſcurius.

Naues rubrica delibutæ.

Dictynes delubrum.

tilauerunt, eaq; roſtra apud Mineruæ templum in Ægina affixerunt. Hæc Æginetæ Samijs fecêre infenſi, q̃ illi antea ſub Amphicrate rege, bello Æginetis illato, magnis cladibus illos affeciſſent, & inuicem affecti fuiſſent. Et hæc quidem fuit cauſa. Protra xi aũt ſermonem de Samijs ob hoc magis, q̃ tria ſũt apud eos opera Græcanicorum oĩm maxima. Vnum montis in centum quinquaginta paſſus editi, à cuius imo foſſa incipiens ad contrarium os deducta eſt, longitudinis ſeptem ſtadiorum, celſitudinis autem ac latitudinis octonũm pedum. Item per eam totã altera foſſa depreſſa eſt viginti cubitorum, triplo maioris latitudinis, per quã deriuata à magno fonte aqua fiſtulis in vrbem deducitur. Huius foſſæ architectus extitit Megarenſis Eupalinus Nauſtrophi filius. Alterum è tribus operibus eſt agger circa portũ in mari, ad viginti paſſus altitudinis, duobus amplius ſtadijs longitudinis. Tertiũ opus eſt templũ oĩm, quę nos vidimus, ampliſſimum, cuius architectus primus extitit Rhœcus, Phileï filius, illinc indigena. Horum operum gratia ſermonem aliquanto magis extendimus.

Amphicrates rex. Tria apud Samios græcanicorũ opera.

Cambyſe Cyri circa Ægyptũ immorante, ac deſipiente, duo Magi, ijdemq; fratres coniurauerunt. Quorum alterum Cambyſes reliquerat rei domeſticæ curatorẽ. Hic cognita Smerdis nece, quæ occultabatur, paucisq; Perſarum erat nota, pleriſq; eũ viuere arbitrantibus, rebellandum ſibi putauit, atque ita rem eſſe aggrediendam. Erat ei in regia germanus, quem dixi vnà cõiuraſſe, corporis habitu q̃ ſimilimus Smerdi Cyri filio, quẽ Cãbyſes fratrẽ ſuũ interemerat, nec ſpecie tantum corporis Smerdi aſſimilis, ſed etiam cognominis. Hunc virũ Magus Patizithes inſtructũ, quemadmodũ ipſe illi omnia peracturus eſſet, in regium ſoliũ pducit. Hoc acto, caduceatores cùm alia in loca, tum in Ægyptum dimittit ad exercitum, qui edicerent Smerdi Cyri deinceps obedirent, non Cambyſi. Hæc caduceatores alij alibi edixêre. Is quoq; qui ad Ægyptum delegatus erat (inuenit aũt Cãbyſem atq; exercitum in Ecbatanis Syriæ agentem) ſtans in medio, pcepta Magi expoſuit. Hæc audiens Cãbyſes, verã loqui caduceatorem ratus, ſeq; à Prexaſpe eſſe proditum, q̃ miſſus ad occidẽdum Smerdem, rem non peregiſſet, intuens in eum: Prexaſpes, inquit, Itáne mihi rem executus es, quam tibi iniunxeram? Ad quem ille: Iſta herc, ait, haudquam vera ſunt, vt aut frater tuus aliquãdo rebellet in te, aut quippiã ex illo viro certaminis exiſtat magni exiguũe. Quippe cùm ego ſim executus q̃ tu mihi imperaſti, hoĩemq; meis ipſius humauerim manibus. Quòd ſi defuncti rebellant, expecta vt etiam Aſtyages Medus in te rebellet. Sin autem ita habet, vt antea habebat, nihil tibi ex illo nouum amplius germinabit. Igitur mitte mecum qui aſſectentur caduceatorẽ, qui percontando indagent, nunquid à quo Smerde rege nobis denunciãtum venit, eũ audierit. Hæc loquentem Prexaſpẽ Cãbyſes audiens, cùm ei placuiſſent, cõfeſtim ad retrahendum caduceatorem miſit. Eum vbi redijt, Prexaſpes his verbis interrogauit: O homo, quãdoquidem te ais à Smerde Cyri filio venire nuncium, dicito veritatem, qua dicta, abito ſoſpes. Vtrum Smerdis ipſe in conſpectum datus tibi iſta mãdauit, an quiſpiã eius miniſtrorum? Tũ ille: Equidẽ, inquit, ego Smerdẽ Cyri filiũ, ex quo Cãbyſes aduerſus Ægyptum fecit expeditionẽ, nunquã conſpexi, ſed Magus quẽ Cãbyſes rerum ſuarum familiarium ,pcuratorem cõſtituit, is mihi iſta mãdauit, dicens Smerdem Cyri optare hæc apud vos dici. Hæc ille loquens, nihil admodum ementitus eſt. Tum Cambyſes: Prexaſpes, inquit, tu quidẽ quia vt vir bonus imperata feciſti, culpam effugiſti. Verũ quiſnã fuerit è Perſis, qui cõtra me rebellauit, occupato Smerdis nomine? Ad quem Prexaſpes: Ego, inquit, hoc quod actum eſt, mihi videor intelligere. Magi ſunt qui aduerſus te inſurrexerunt. Patizithes, quẽ tu rerũ familiariũ curatorẽ reliquiſti, & frater eius Smerdis. Ibi Cãbyſem, cùm Smerdis audiſſet nomen, percuſſit veritas ſermonis ac ſomnij: per quod ei quidã viſus fuerat nunciare Smerdem regio ſedentẽ ſolio, ad cælũ vſq; pertingere vertice. Agnoſcens itaq; ſine cauſa fratris interemptorem ſe fuiſſe, deflebat Smerdem. Quem vbi defleuit (vt erat omni clade afflictus) in equum inſilijt, habens in animo quàm raptiſſimè Suſa verſus exercitum ducere in Magum.

Magorum ad imperium Perſarum occupandũ cõmentum. Patizithes

Pſeudo Smerdis.

Insilienti in equũ vagina gladij excidit, vnde nudatus gladius perstr inxit eius femur, in ea scilicet parte, in qua prius ipse tanq̃ opportuna ad feriendũ (vt sibi videbaꝫ) percusserat Apim Ægyptiorum deum. Vulneratus Cãbyses, quódnã illi oppido nomen esset, interrogauit. Illi aiunt Ecbatana. Sed cùm fuisset iam antea Cãbysi redditum ex vrbe Buti oraculum, eum in Ecbatanis decessurũ, ipse interpretabatur se in Ecbatanis Mediæ, vbi res eius oĩs erat, senem vita functurum: at oraculũ in Ecbatanis Syriæ loquebatur. Tunc postq̃ sciscitatur, respuit, oppidi nomen audiens, tum Magi iniuria perculsus, tum vulnere verbaq́; oraculi expendens. Hoc in loco, inquit, fatale est Cãbysem Cyri decedere. Hactenus tunc locutus. Vicesimo dehinc die accitis Persarũ, qui aderant, pstantissimis quibusq;, ita inquit: Quod maximè occultum volebã Persæ, id cogor apud vos efferre. Ego em̃ cùm apud Ægyptum agerem, inter quietem visum vidi, quod quidẽ minimè visum oportuit. Videbatur mihi nuncius quidã domo adueniens, nunciare Smerdem in regio sedentem solio, cælum capite contingere. Ex quo veritus, ne à fratre exuerer principatu, properantius q̃ prudentius feci. Neq; em̃ in hominis natura situm est auertere quod euenturũ est. Itaque demens ego Prexaspẽ Susa ad Smerdem interimendum misi. Quo tanto scelere perpetrato securius degebã, nequaq̃ futurũ suspicans, vt Smerde sublato, alius quispiã mortaliũ in me exurgeret. Vnde prorsus euentu rerum frustratus, & parricida fratris incassum extiti, & nihilominus regno exutus sum. Nã Smerdis Magus erat is, quem dæmõ mihi per quietem demonstrauit in me arma sumpturũ. Hoc opus cùm ego perpetrarim, iam vobis Smerdem Cyri nõ supereſſe existimetis, sed Magos vobis regnum occupasse: quorũ alterum rerũ domesticarũ procuratorẽ reliqueram, alter eius frater est Smerdis. Sed quem decebat p̃cipuè vicem meam vlcisci, indigna à Magis passi, is immerita morte à proximis suis affectus est. Secũdo loco (quod reliquum est Persæ) necessarium mihi demandare vobis, quod è vita exiens effici mihi cupio, atque opto, p regios deos obtestãs cùm oẽs vos, tum maximè Achæmenides qui adestis, ne per secordiam admittatis, vt imperium rursus redeat ad Medos. Sed si dolo occupatum est, illud dolo surripiatis: sin vi p̃reptum, vi recuperetis. Hæc vobis facientibus, & tellus fructum proferat, vxoresq́; & pecora pariant in omne tempus libertate fruentibus. Secus facientibus, contraria his q̃ dixi, imprecor: & p̃terea vnicuique Persarum eum finem, qualis mihi contigit. Simul hæc locutus Cambyses, defleuit oẽm suã cõditionẽ. Persę vt regem se lamentantẽ cõspexẽre, vniuersi tum vestimenta rescindere, tum effuso ploratu vti. Post hæc vbi femoris os vitiatum est, femurq́ue celerrimè contabuit, Cambysi vita erepta est Cyri filio, cùm regnasset septem oĩnò annos, & menses quinque, nulla vnq̃ prole suscepta virili fœmineáue. Persis qui aderant, magna effusa est incredulitas, rerum potiri Magos, interpretantibus potius, Cambysem q̃ de nece Smerdis dixisset, ea dixisse, vt illi omne nomen Persicum redderent hostile. Itaque pro certo habebant Smerdem Cyri per rebellionẽ regnare, vtpote Prexaspe vsque pernegante à se fuisse Smerdem interfectum. Neque enim tutum ei erat post Cambysis obitum fateri, ipsius manu filium Cyri interemptum. Magus defuncto Cambyse per simulationem Smerdis Cyri, qui ipsi fuerat cognominis, securus regnauit menses septẽ, q reliqui erant ad implendũ octauũ annũ regni Cambysis, p quos mẽses omne genus liberalitatis in subditos munificentiæq́; exhibuit, adeò vt eius defuncti magnũ ceperit desiderium oẽs Asiã incolentes, ipsis Persis exceptis. Nã missis ad singulas, quibus imperabat, nationes edictis, Magus immunitatẽ tributorũ ac vacationẽ militię in triẽniũ tribuit, atq; hoc quidẽ statim adeptus imperiũ, edixit. Octauo aũt mense, quisnam esset, cõpertus est hunc in modum: Erat Otanes quidã Pharnaspis filius, sed genere atque opibus primo cuique Persarum par. Hic Otanes Magum non esse Smerdẽ Cyri primus suspicatus est, sed eum qui erat, hac cõiectura, q neque ex arce progrediebaꝫ: neque Persarum procerum quempiã ad cõspectum suum vocabat. Itaque eum suspicatus esse, hoc sibi statuit faciendum. Cùm haberet filiam nomine Phædymã, quam

Cambysis fatum. Cambysis somnium. Iustinus vbiq; hũc Mergidẽ vocat. Fatis frustrà obsisti tur. Cãbysis imprecatio. Cambysis mors. Smerdis p simulationem regno potitus. Non Smerdem hunc Trogus Põpeius vocat, sed Oropastem. Otanes. Phædima.

Cam-

Cãbyſes temuerat,cuiusque tunc Magus cõtubernio vtebat, vt aliarum olim Cãbyſis vxorum: miſit ad eam quendã pater ſciſcitatũ,quo cum hoïe cubaret, cũ Smerde Cyri,an cũ altero. Illa remiſſo nũcio,negauit ſe id ſcire, quippe q̃ nec Smerdẽ Cyri vidiſſet vnq̃,nec eũ cũ quo cubaret,noſſet quiſnã eſſet. Ad hanc rurſus mittit Otanes, inquiens: Si ipſa Smerdẽ Cyri nõ habes cognitũ, ſaltẽ ſciſcitare ab Atoſſa, quo cũ viro tu atq; illa cubitetis. Nõ em̃ illa ſuũ ipſius ignorat fratrẽ. Filia ad hoc reſpõdit: Ne in Atoſſæ quidem colloquium venire poſſem, aut vllã aliã cernere mulierẽ cum illo cubantiũ. Nanque hic vir,quiſquis eſt,cùm primũ adeptus eſt regnum,nos diſperſit, aliam alibi collocans. Audienti hæc Otani res eſt viſa manifeſtior. Itaque tertiò nuncium ad eandẽ mittit in hæc verba: Filia,decet te bonis ornatã natalibus ſuſcipere periculum,quod te ſubire pater hortatur. Si enim iſte Smerdis Cyri non eſt, ſed is quẽ ego ſuſpicor,nõ debet neque tuo frui cõtubernio,neque q̃ potentiã Perſarum obtinet, impunè lætari,ſed pœnas luere. Nunc igitur agito: Cùm tecum cubabit,animad uertesque ſoporatum,palpa eius auriculas,quas ſi habentem cõperies, cum Smerde Cyri te cubare exiſtima: ſin minus,cum Smerde Mago. Ad hæc Phędima reſpondet, ſe ſi id faciat,magnum adire diſcrimen,q̃m̃ ꝓbè ſciret,ſi ille careat auribus, & ipſa in palpando deprehendatur,fore vt ipſa ab illo trucidetur,tñ ſe id facturã. Et Phædima quidem recipit ſe patri hoc eſſe ꝓfecturã. Huic aũt Smerdi Mago Cyrus, cùm regnaret,aures ꝑciderat,non exigua de cauſa. Ergo Phædima hæc Otanis filia, quæcunque receperat patri,executa eſt. Nam vbi vices eius fuerunt adeundi Magum (etem̃ vxores Perſarum per vices in orbem ad illos pergunt) adiens Magum vnà cubuit, eusq; dum vehementer ſoporatus eſt,aures palpauit: quibus carere hoïem non difficulter, ſed facilè ſanè deprehendit. Vbi illuxit, celerrimè patrẽ certiorẽ rei geſtæ facit. Iſte ſumptis Aſpathine & Gobrya Perſarum primoribus,& ad fidẽ ſibi ſeruandã accõmodatiſſimis,rem oẽm exponit, qui & ipſi ſua ſponte rem ita ſe habere ſuſpicabant. Eoque verba q̃ Otanes attulerat,admiſerunt: cõſtituerũntque vt ſinguli ſibi ſingulos in ſocietatem deligerent è Perſis, quibus maximè cõfiderent. Aſciuit itaq; ſibi Otanes Intapherne, Gobryas Megabyzum, Aſpathines Hydarnẽ. Hi cùm ſex forent, Darius à Perſis (nã his pater eius Hyſtaſpes præerat) Suſa aduenit. Qui cùm aduenisſet, placuit ſex Perſis hunc in ſocietatẽ adſciſcere. Qui cùm ſeptem eſſent, cõgreſſi collocutique fidẽ mutuò dederunt. Cumque ad Darium ordo dicendæ ſententiæ veniſſet, ita apud ceteros verba facit: Equidẽ mihi videbar ego ſolus noſſe Magum regnare, & Smerdẽ Cyri mortẽ oppetiſſe: atque ob id ipſum dedita opera huc me cõtuli, ad necẽ Mago cõparandam. Verùm quandoquidẽ cõtigit vt vos quoque rem ſciatis, & nõ ſolùm ego, videtur mihi cõfeſtim eſſe tranſigendum, neque differendum. Differre enim ſatius non eſt. Ad hæc Otanes: Fili, inquit, Hyſtaſpis, & patre egregio ortus es, & teipſo nihilo inferiorem eſſe patre tuo indolem præfers, noli tamen ita properare ad rem aggrediendam inconſultò, ſed cõſiderantius illã capeſſe: quam ita demum aggredi debemus, cùm plures fuerimus. Tum Darius: Viri, inquit, qui adeſtis, ſi eo quem Otanes dixit, vtemini modo, ſciatis vos teterrimè perituros. Aliquis em̃ priuati lucri ratione habita, rem ad Magum deferet. Et vos quidẽ debebatis potiùs per voſmet q̃ cœperatis iſta exequi: ſed q̃m̃ ſtatuiſtis ad plures referendum, & me adhibendum, aut hodie tranſigamus, aut ſcitote (ſi nobis hodiernus elabatur dies) non allum occupaturum vt me apud Magũ accuſet, ſed me vt vos accuſem. Ad hæc Otanes, cùm cerneret Darium eſſe properum: Q̃m̃, inquit, nos maturare cõpellis, nec finis differre, age expone nobis ipſe, quónã pacto regiam introïre poſſimus, & illos aggredi. Excubias nanque depoſitas eſſe, ipſe quoque etſi non viſu, certè auditu noſti, quas qua ratione penetrabimus? Cui reſpondens Darius: Multa ſunt, inquit, Otanes q̃ nequeũt oratione declarari, ſed facto. Alia, q̃ oratione declarari poſſunt, ſed inde nihil clari operis exiſtit. Vos verò noſtis excubias, q̃ diſpoſitæ ſunt, haudquaq̃ difficiles eſſe ad penetrandũ. Nã cùm nos tales ſumus, nemo non, q̃ſquis ille ſit, cedet nobis: partim ob-

Atoſſa.

Auribus mutilatus Smerdis.

Perſarum vxores per vices concumbunt.

Coniuratores in Magorum cædem.

Cõiurationis exequẽdę modus, atque conſilium.

reuerentiam, partim ob timorem: ad quod habeo ꝓtextum accõmodatiſſimum, cui
Darij cõſilium. innitamur: ſiquidẽ me dicã è Perſis veniſſe, ac velle quædam à patre mãdata regi nũciare. Vbi em̃ expedit mendaciũ dicere, dicatur. Nã idem optamus, quiq; mẽdacium
Mendaciũ dicere vbi expediat. dicimus, quiq̃ue veritatem. Quippe cùm hi qui mentiuntur, tunc mentiantur, cùm perſuadendo ſunt quippiã lucri facturi. Et qui verum dicunt, ideo dicunt, vt verum dicendo aliquod lucrum conſequantur. Et alius huc, alius illuc magis propenſus eſt. Ita non idem factitando, idem tamen obtinemus. Quòd ſi nihil lucri faciendũ eſſet, peræquè & verax foret mendax, & mendax verax. Quod ad ianitores attinet, ſi quis eorũ libenter cedet nobis, vtilius ei ſuo tẽpore erit. Si quis obuiã ire conabitur, vt eſt hoſtis, ita tunc pro hoſte habeat. Deinde vbi intrò irruperimus, rem trãſigamus. Poſt
Gobryæ cõſilium. hæc Gobryas: Viri amici, inquit, nobis pulchrius erit recuperare imperiũ: aut ſi recuperare nõ poterimus, mortẽ oppetere, quàm cùm ſimus Perſæ, viro Medo parẽre, & quidem aures non habenti. Cùm ꝑſertim quicunque veſtrum Cambyſi ægrotanti affuiſtis, memoria teneatis, q̃ ille dum vita excederet, Perſis imprecatus eſt, niſi imperium recuperare tentauerint: q̃ nos tunc nõ admittebamus, inuidioſè dici à Cãbyſe exiſtimantes. Nunc igitur calculum pono in Darij ſententiam. Neq; hunc cœtũ diſſoluendum cenſeo, ſed ſtatim aduerſus Magum adeundum. Hæc dicta à Gobrya cæteri cõprobrarũt. Interea dum ab iſtis cõſultatur, fortè hoc cõtigit, vt Magi inito in-
Prexaſpes à Magis cõciliatur. ter ſe conſilio, ſtatuerent conciliandum ſibi amicum Prexaſpem, q̃ indigna paſſus à Cambyſe eſſet, occiſo eius filio ictu ſagittæ, & ſolus mortẽ Smerdis Cyro geniti noſſet, quem ipſe ſuapte manu interemiſſet, q̃ præterea ob id apud Perſas maxima flagrabat inuidia. His de cauſis accitum hoĩem, ſibi amicum cõparãt: accipientes fidem ac iuſiurandum, fallaciã q̃ ab ipſis in Perſas facta eſſet, intra ſe habiturum, neque cuiquã mortalium patefacturum, pollicitantes innumerabilia ſe ei daturos. Recipiẽte Prexaſpe facturum ſe, q̃ Magi ſuaſerant, iterum illi dicere, in aũo habere, oẽs Perſas ſub mutum arcis cõuocandi: ideoq̃ue iubere hunc conſcenſa turri prædicare, à Smerde Cyri Perſis imperari, & ab alio nemine. Hæc illi præcipiebant, veluti homini ſummæ apud Perſas auctoritatis, & qui ſæpenumerò aſſeueraſſet eum eſſe Smerdem Cyri, ac cædem à ſe factam pernegaſſet. Hæc quoq; Prexaſpe ſe paratum exequi dicente, Magi conuocatis Perſis, hominem in turri perductum iubent habere orationem. Prexaſpes, ea q̃ ab iſtis oratus fuerat, ſponte obliuiſcitur: exorſusq; ab Achæmene, ſeriem familiæ Cyri recenſet: & vbi tandem deuenit ad Cyrum, commemorauit illius in Perſas beneficia. His expoſitis, prõpſit veritatẽ, cauſatus ideo ſe hactenus occultaſſe, qd̃ ſibi tutum nõ fuiſſet proferre rem geſtam, ſed in præſentia neceſſitate coactum proferre: dixitq̃ue ſe à Cambyſe adactum Smerdem Cyri occidiſſe, & Magos eſſe qui regnent. Multis quoque verbis Perſas deuouit, niſi rurſus imperium recuperarent, ac
Prexaſpes ſeſe è turri præcipitẽ dedit. Magos vlciſcerentur. Hæc locutus, ſeſe in caput à turri præcipitẽ dedit. Hunc in modum Prexaſpes, vir per omne tempus vitæ ſpectatus, occubuit. At ſeptem Perſæ vbi conſtituerunt aggredi protinus Magos, neque rem differre, deos cõprecatum ierũt, ignari omninò eorum quæ circa Prexaſpem acta eſſent, ſed inter eundum in medio itineris audierunt: eoq̃ue à via ſecedentes, iterum collocuti ſunt. Otanes differendũ negocium, neque turgeſcentibus rebus aggrediendum cenſebat: at Darius cõfeſtim
Auguriũ. eundum, & quod decretum eſſet peragendum. Eis concertantibus apparuerunt ſeptem accipitrum paria, inſectantium duo paria vulturum, eosq̃ue vellicantium atq; infeſtantium. Quod intuentes ſeptem Perſæ, ſententiam Darij cõprobarunt: & mox freti auibus, ad regiam cum fiducia perrexerunt. Vbi ad portas adfuerunt, prout Darius ſenſerat, ita euenit. Nam cuſtodes reueriti Perſarum primarios, nec aliquid huiuſmodi ſuſpicantes ex his fore, qui venirent diuina cum pompa, ne interrogauerunt quidem. Vbi in aulam introgreſſi ſunt, offendunt eunuchos, qui ſunt à nuncijs: & ab his qua gratia venirent, interrogantur. Illi inter percontandum ianitoribus minitabantur, quod homines ingredi permiſiſſent: atq; vlterius pergere volentes eoſdẽ

prohi-

prohibebant. Isti se mutuò cohortati, eductis gladijs, eos à quibus arcebantur, ibidē trucidant: ijdemque cursu in conclaue contendunt: intra quod tunc fortè ambo Magi agebant, & de his quæ à Prexaspe erant acta, consultabant. Qui cùm nouissent tumultuantes eunuchos atque vociferantes, procurrerunt vterque: & quod fiebat animaduertentes, ad vires conuersi sunt: quorum vnus occupat arcum, alter lanceam sumit. Atque inde miscentur inuicem. Verùm arcus ei qui illum sumpserat, cùm hostes iuxtà essent, nulli vsui fuit. Alter se lăcea tuebatur, eoque tum Aspathinis femur percussit, tum oculum Intaphernæ: oculoq; ex vulnere Intaphernes, non tamen & vita priuatus est. Et hos quidem alter Magorum vulnerauit, alter verò quando arcus ei nulli vsui erat, in thalamum qui erat conclaui contiguus, se proripuit, fores occlusurus: sed illic duo de septem cum eo irrumpunt, Darius & Gobryas: cùm esset implicitus cum Mago Darius, adhuc stans atque hærens, considerabat ne Gobryam feriret in tenebris. Eum cernens Gobryas ociosè stantem, interrogat, cur non vteretur manu. Respondenti Dario, dispicio ne te feriam, Tu verò (inquit) vel per vtrunq; exige gladium. Cui Darius obtemperans, pugionis ictu vibrato Magum casu percussit. Interfectis Magis capita demunt, eaq; gestantes quinque eorum, duobus reliquis, q̄ saucij erant illic relictis, tum q̄ inualidi essent, tum arcis tuendæ causa, foras procurrunt cū vociferatione ac tumultu, cæterosque Persas cōpellando rem gestā exponebant, capita ostentantes: & simul quicunque Magorum ipsis occurrebat, mactabāt. Persæ cognito ab his quod actum erat, ac dolo Magorum, & ipsi facienda sibi eadem tensuerunt, eductis gladijs, vt quenque reperiebant Magū, interficiebant: & nisi noctis interuentu cohibiti fuissent, neminem Magorum reliquissent. Hunc diem Persæ maximè solennē publicè obseruāt, & in eo ingens celebrant festū, vocantes id μαγοφονίαν, id est, Magorum cædem. Quo die nulli Magorū fas est p̄dire in lucē: sed cuncti se intra domum cōtinent. Vbi resedit tumultus, diesq; quinq; excessēre, hi q̄ Magos inuaserant, de omni rerum statu cōsultabant. Quorū orationes etsi apud nōnullos Græcorum fide carent, tñ huiusmodi fuerunt. Otanes hortabatur rem Persicā in medium cōstitui, ita inquiens: Vnum è nobis principē fieri amplius mihi nō videt: neque id aut iucundum esse, aut bonum. Nā & quò licentiæ Cambyses p̄cesserit, nostis, & quò Magus. Quid igitur nobis opus est monarchia, quam sustulimus? in qua licet pro libidine agere oīa impunè: q̄ virum etiamsi optimus oīm fuerit, tñ cùm in ea positus est, extra cōsuetos abijcit sensus: quippe cū p̄ter inuidiā ab initio ingenitā homini, ingeneretur ex præsentibus bonis insolentia. Itaque hæc duo mala habens, nimirum oēm malitiam habet, tum per insolentiam, q̄ expletus omnibus rebus est, tū per inuidiam multa facinora admittens. At em̄ vir tyrannus (vt q̄ oīa bona obtinet) debebat sine liuore esse. Verùm ita natura cōparatum est, vt is sit aduersarius populāribus suis. Siquidē eorū optimis quibusque, qui superstites sunt atque viuunt, inuidet, deterrimis delectatur: & quod indecentissimum est, criminationes admittere optimum putat. Nā siue admireris eum modestè, offenditur, q̄ nō effusè hoc facias: siue effusè facies, offenditur, quasi sibi assenteris. Et vt exequar dicēdo quæ maxima sunt, iura patriæ labefactat, fœminis vim affert, indemnatos interimit. At cùm dominatur multitudo, in primis nomen obtinet oīm pulcherrimum, isonomiam, id est, iuris æquabilitatem. Deinde nihil eorum agit quę monarchus, hoc est, vnicus princeps: Nā magistratus tum fortè deliguntur, tum administratorum rationem reddunt: omnia denique consilia in commune referuntur. Itaque (vt meam dicam sententiam) cēseo nobis monarchiæ deiectoribūs statū multitudinis esse optandū. In multitudine quidē oīa insunt. Otanes quidē hanc sententiā dixit. Megabyzus aūt ad oligarchiam, id est, ad statū paucorū rem traducens, ad eam socios hortabatur his verbis: Quæ Otanes dixit de abolenda tyrānide, ea sint pro dictis à me quoq;: sed quatenus hortabāt summam deferri ad multitudinem, in hoc ab optima errauit sententia. Etenim populari

Iustinus ex Trogi historia duos fuisse interemptos scribit.

Magorum cædes.

Magophonia.

Otanis p̄ statu populari oratio.

Tyrannis abolenda.

Tyrannorū mores.

Megabyzi ad oligarchiam adhortatio.

pulari multitudine nihil eſt neque inſipientius neque inſolentius. Itaque eos qui ty ranni ſæuitiã fugiunt,ad intemperantis plebis recidere ſæuitiã, nequaquã tolerandũ eſt. Nã tyrannus ſi quid facit,intelligens facit: at plebi ineſt nihil intelligere. Quo cm̃ pacto intelligat,qui neque edoctus eſt,neque honeſtum nouit, ne domeſticũ quidẽ, qui ad res agendas ſine cõſilio p̃ceps ruit torrenti flumini ſimilis? Itaque ſi qui malè cõſultum Perſis cupiunt,ij ſtatu populari vtantur. Nos verò qui cœtum virorum op timorum delegimus,ad hos deferamus. Nam inter eos & ipſi erimus,& ex optimis vi ris credibile eſt optima exiſtere cõſilia. Hanc Megabyzus ſententiã dixit. Tertio loco ſuam Darius,inquiens: Quæ Megabyzus dixit,quatenus ad ſtatum populárem pti nent,rectè mihi videtur dicere: quatenus ad ſtatum paucorum,non rectè. Propoſitis em̃ tribus ſtatib⁹,& his oĩbus optimis,vt optimè imperet populus,optimè pauci, op timè vnus,inter hæc multò antecellere vnius imperium ſentio. Nã vnius viri qui optimus ſit imperio,nihil melius eſſe cõſtat. Quod qui ſentit,nõ immeritò ſtatum popularẽ miſſum faciat,vt taceã ſic p̃cipuè cõſilia in aduerſarios trahi ſolere. Porrò in ſtatu paucorum,cùm plures virtuti incumbant in publicum,vehementiora priuatim odia excitari cõſueuerunt. Cùm em̃ quiſque princeps eſſe optet,& in dicẽda ſententia vincere,ad ingentia inter ſe odia euadunt. Ex quibus ſeditiones exiſtunt,è ſeditio nibus cædes,è cædibus ad vnius imperiũ deuenitur. Vnde intelligi datur, quantò ſit hoc illo p̃ſtantius. Iam verò plebe imperante,abeſſe nõ poteſt quin malitia exoriat: exorta malitia in republica inter malos,nõ odia fiunt,ſed amicitiæ validę. qui em̃ aduerſus rempublicã facinoroſi ſunt,mutuò ſe occultant: idque tam diu fit, dũ aliquis populo p̃poſitus,tales hoĩcs cõpeſcat,is videlicet,quem populus inter cæteros admi retur. Hic cùm admirationi eſt,tunc verè monarchus oſtendit,declarans in hoc monarchiã eſſe oĩm præſtantiſſimum. Atq; vt in ſumma oĩa colligã, vnde nobis libertas extitit,& à quo data,à populóne,an ab oligarchia,an à monarcho? Ego ſentio, cùm ſitis per vnum virum liberati,vos debere talem rem complecti: ne alioq; leges patrias diſſoluatis benè cõditas,quod nequaquã expedit. Hæ tres fuerunt dictæ ſententiæ, quarum vltimæ quatuor reliqui aſſenſerunt. Otanes,qui iuris æquabilitatem facere Perſis ſtudebat,vbi ipſius ſententia reiecta eſt apud alios,ita in medium locutus eſt: Coniuratores,q̃m cõſtat neceſſe eſſe vnum aliquem è nobis regem fieri,ſiue per ſortem,ſiue permiſſu Perſarum per multitudinis electionẽ,ſiue qua alia ratione: equidẽ ego vobis nõ refragor: quippe neque p̃eſſe volo,neque ſubeſſe. Et hac lege cedo vobis ius meum imperij,vt nulli veſtrũ,aut ipſe ego,aut nullus vnquã meorũ ſubſit. Otane hæc locuto,cæteri ſex eius poſtulatis aſſenſerunt. Ita hic alijs nõ refragatis,è medio abijt aliò ſeſſum. Cæteris ſex de iuſtiſſimo rege deligendo conſultantibus, viſum eſt, ſi ad aliquem ex ipſorum numero regnum pueniret,Otanẽ donari debere peculiariter,eiusque deinceps poſteros cũ omni alio magnificẽtiæ gñe apud Perſas hono rificentiſſimo,tũ Medica quotãnis veſte. Quæ ideo decreuerũt eis donãda,q̃ primus rẽ agitauerat,& ipſos in cœtũ coëgerat: Et hæc quidẽ peculiariter in Otanẽ decreue runt. Illa verò in cõmune,vt regiã introire vnicuique è ſeptẽ ſine internũcio liceret, niſi fortè cũ vxore cubaret rex,néue regi fas eſſet aliunde quàm è familia cõiuratorũ vxorẽ ducere. De regno aũt hunc in modũ: Vt ſub ortum ſolis cõſcenſis equis, dũ in ſuburbanis vectarent: cuius equus vocẽ primus edidiſſet,is regnum Cãbyſis obtineret. Erat Dario quidã equiſo,vir ſolers,noĩe Oebares: ad quẽ Darius poſtquã è cœtu digreſſi ſunt,ita inquit: Oebare,de regni negocio ſic inter nos cõuenit: ſub ipſum ſtatim ſolis ortum equis conſcenſis,cuius equus vocem primus ediderit, is regno po tiat. Quare ſi quid ſolertiæ habes,nunc cõminiſcere,vt nos obtineamus hoc decus, & nemo alius. Ad eũ reſpondens Oebares: Here,inquit,ſi in hoc verſatur, rex ſis nec ne,huius rei cauſa confidere te iubeo, & bonum habere aĩm,ante te fore regẽ neminẽ. Eiuſmodi habeo medicamenta. Si igit,inquit Darius,habes iſtiuſmodi cõmentũ, adeſt tẽpus cõminiſcendi,nec differendi rẽ,vtpote craſtino die nobis futuro certami

Optimorũ optima cõ ſilia.

Darij ad monarchiam exhortatio.

Monarchia vincit.

Otanes ius ſuũ ea conditiõe ceſſit alijs, vt nec ipſe nec ſui imperio ſubderentur.

Perſarum inſtituta peculiaria.

Oebares Darij equiſo.

ne,

ne. Hæc vt audiuit Oebares, ita sibi faciendum putauit: Vbi nox aduenit, vnam equarũ quã equus Darij maximè adamabat, in suburbana adducit, ibiq; alligat. Tũ equũ Darij eódem ducit: eumque circũagens, identidẽ equæ admouet, ac tandẽ admittit. Postero die simul atq; illuxit, sex Persæ ex conuento affuerunt equis assidentes. Et cũ in suburbanis vltro citroque vectarentur, vbi ad locum puenerunt, vbi superiorè nocte equa fuerat alligata, ibi Darij equus accurrens hinnitum edidit: & hinnitu edito, protinus fulgur sereno cælo tonitruque extitit. Hæc cũ Dario tanq; ex cõposito accidissent, eũ cõpotẽ voti fecerunt. Nã cæteri ex equis desilientes, Dariũ adorauerunt. Sunt qui hoc dicant Oebarem fuisse machinatum, sunt qui aliud. Vtroque eñ modo refertur à Persis. Volunt nanque Oebarem attrectatis manu huius equæ genitalib⁹, ipsam manum intra subligaculum tenuisse abditã: & sub ipsum statim solis ortũ, cùm equi degressuri essent, eã naribus equi Dariani admouisse, equumque ad odoris sensum infremuisse, atque hinnisse. Darius itaque Histaspis filius declaratus est rex: eique oẽs Asiani audientes dicto fuerũt, pter Arabes, q à Cyro, & rursus à Cãbyse populos subigente, nunq; tũ in seruitutẽ redacti sunt, sed hospites extiterũt, qui Cãbysi in Ægyptum transitum pbuissent. Inuitis enim Arabibus Persæ Aegyptũ inuadere nõ possunt. Darius matrimonia ex Persis auspicatus est, ductis duabus Cyri filiabus, Atossa, q Cãbysi fratri & rursus Mago nupserat, & Artystona virgine. Prætereà alteram Smerdis Cyri filia, noïe Parmis. Necnon filiam Otanis duxit, q Magum prodidit. Idem viribus omni ex parte stabilitis, ante oïa simulacrum è lapide factum statuit hominis equo insidẽtis, inscriptis in hæc verba literis: DARIVS HYSTASPIS TVM EQVI VIRTVTE, cuius nomen legebatur, TVM OEBARIS EQVISONIS, PERSARVM REGNVM ADEPTVS. His apud Persas actis, viginti prouincias (quas ipsi satrapeias vocãt) constituit: earumque singulis pfides pfecit: taxato quod penderetur tributo per nationes, alijs finitimis transcribens, alijs transferens, alijs remotiores gentes attribuens, distributo prouincijs hunc in modum tributo, quod exigebat cum hoc edicto, vt qui argentum, hi Babylonici talenti pondere: qui aurum, hi Euboïco pondere afferrent. Valet aũt Babylonicũ talentum septuaginta mnas Euboïcas. Etem sub Cyro atque deinde sub Cãbyse, nihildum fuerat circa tributa institutum, sed munera afferebantur. Ob hanc tributi ordinationem & alia huiusmodi, Persæ aiunt Darium fuisse institorem, Cãbysem aũt dñm, Cyrum verò patrem: qñ Darius res oẽs quæstui habebat, Cambyses asper erat ac morosus, Cyrus mitem agens, & omni ratione de illis bene mereri studens. Ab Ionibus igitur & Magnetis, qui in Asia incolũt, & Aeolibus & Caribus & Lycijs & Melyensibus & Pamphylijs (vnum eñ erat idemque impositum his tributum) pendebantur quadringenta argenti talẽta: Hæc erat ab eo prima portio instituta. A Mysis & Lydis & Alysonijs & Cabalijs & Hygennensibus quingenta talenta: Secunda portio hæc erat. Ab Hellespontijs, qui ad dexteram illuc nauigantium siti sunt, & Phrygibus, & Thracibus qui Asiã incolunt, & à Paphlagonibus, & Mariãdenis, & Syris, trecẽta & sexagena talenta: Hæc erat tertia portio. A Cilicibus equi albi triceni sexageni, in dies singulos singuli, necnõ talenta argenti quingẽta: quorũ centũ & quadraginta erogabantur in eã Ciliciæ regionẽ, q equos producebat: trecẽta aũt & sexaginta ad Darium ibant: Hæc quarta portio. Ab vrbe Posideo, quã coloniã Amphilochus Amphiaraï filius deduxit in finibus Cilicum ac Syriorũ, ab hac ad Aegyptum vsque, præter Arabum partem (hæc enim erat immunis) trecenta & quinquaginta erat tributum: Quinta portio hæc. Cui annumeratur omnis Phœnicia, & Syria, quæ dicitur Palæstina, & Cyprus. Ab Aegypto & Aphris Aegypto conterminis, & Cyrena, & Barca (in portione nanque Aegypti hæ ordinantur) septingenta proueniebant talenta, præter pecuniam è piscario prouentu lacus Mœrios. Excepta hac pecunia, & certo frumenti numero, septingenta talenta obueniebant. Nam centum viginti millibus Persarum, qui in albo muro Memphitico stationẽ habent, & eorum auxiliarijs admetiuntur illi frumentum: Sexta portio hæc.

Darius quo machinamẽto impetrio potit.

Darius rex declaratur

Satrapeæ Persarum.

Talentum Babylonicum.

Euboicũ pondus.

Prima satrapeia.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

hæc. Sattagidæ, & Gandarij, & Dadicæ, & Apparytæ, in idem cõstituti, centum & septuaginta talenta pendebãt: Septima portio hæc. A Susis & cætera Cissiorũ regione, trecenta: Octaua hæc portio. A Babylone verò cęteraq; Assyria, mille talenta argenti ꝓueniebant, & ꝑtereà pueri castrati quingenti: Nona portio hæc. Ab Ecbatanis, & ab reliqua regione Medica, & Parycanis, & Orthocorybantib», quadringenta & quinquaginta talenta: Decima portio hæc. Caspij, & Pausicæ, & Panthimati, & Daritæ, simul conferentes ducẽta talenta afferebant: Vndecima hæc portio. A Bactrianis ad Aeglos vsq;, trecentorũ & sexaginta erat tributũ: Portio duodecima hęc. A Pactyca, & Armenijs, eorũq; cõterminis, Euxino tenus põto, talẽta quadringẽta: Tertiadecima portio hæc. A Sagarijs, & Sarangib», & Thamanæis, & Vtijs, & Mecis, & his q rubri maris insulas incolũt, vbi rex eos, q relegati vocanť, collocat: ab his omnib» sexcentorum talentorum ꝓueniebat tributum: Quartadecima portio hæc. Sacæ & Caspij, ducenta & quinquaginta talenta afferebant: Quintadecima portio hęc. Parthi Chorasmijq;, & Sogdi, & Arij, trecenta talẽta: Sextadecima portio hęc. Paricanij, & q ex Asia sunt, Aethiopes, quadringenta talẽta: Decimaseptima portio hęc. Mantienis & Saspiribus, & Alarodijs ducẽta talẽta sunt: Duodeuicesima portio hæc. Moschis, & Tybarenis & Macronibus, & Mosynœcis, & Mardis, trecenta talenta imperata sunt. Vndeuicesima hæc portio. Indi, vt sunt multitudine multò numerosissimi, inter oẽs quos nouimus mortales, ita tributum super cæteros omnes afferebãt trecenta sexaginta talenta aureorum ramentorum: Vicesima portio hæc. Quòd si Babylonica pecunia ad pondus Euboïcũ redigatur, fiunt nouies mille quingenta & quadraginta talenta argenti. Aurum verò si terdecies * tanto ramentorum taxetur, in summa reperietur ad rationem Euboïcam esse sex millia talentorum, sexcentaq; & octoginta. Quibus in vnum contractis ad Euboïcum computũ, exigebanť in summã annui tributi à Dario, talentorum quatuordecim millia quingẽta & sexaginta. Minorem his summam omittendam mihi, non referendam puto. Hoc tributũ Dario ex Asia obueniebat, & aliquantulum ex Africa, procedente tempore: & ab insulis obuenit aliud tributum: & ab his qui Europam Thessalia tenus incolunt. Id tributum rex thesaurizat, hoc est, reponit: Liquefactam aurum argentumq; in fictiles fidelias infundit. Expletas mox fidelias subinde frãgit: ex eoq; auro argẽtóue quoties pecunia indiget, tantum concidit, quantum vsus postulat. Atq; hæc quidem prouinciæ erant, ac tributorũ taxationes. Sola autem Persis ideo inter tributarias à me prętermissa est, q eam minimè Persę colunt. Isti tamen ad ferendum vllum tributum nõ adigebantur, sed munera portabant. Æthiopes Ægypto contermini, quos Cambyses in expeditione contra macrobios Æthiopes sumpta subegit, qui sacram Nisam incolunt, & Baccho dies festos agunt: ibi Aethiopes eorumq; finitimi, eodem quo Indi Calandię semine vtuntur, subterraneasque obtinent domos: horũ vtriq; tertio quoque anno munera portabant: portantque ad meã vsq; memoriã binos semodios auri rudis, & ducenos fasces ebeni, & quinos Aethiopes pueros, & vicinos grandes elephantorũ dentes. Colchi quoque inter dona ferentes repositi erãt, eorũque finitimi ad mõtem vsque Caucasum. Ad hunc enim montẽ imperitatur à Persis. Nam qui ad aquilonem Caucasi habitant, eorum iam nulli Persas curant. Hi igitur dona sibi imperata, etiam ad meam vsque ætatẽ, quinto quoque anno afferebant, centenos pueros totidemque virgines. Afferebant & Arabes mille quotannis talenta thuris. Hæc illi dona, præter tributum, regi portabant. Sed id aurũ tam multũ, Indi, vnde ramẽta (quæ dixi) regi afferunt, hac ratione comparant. Indicæ regionis id, quod ad solem vergit, sabulosum est. Nam Indi, duntaxat eorũ quos scimus, de quibus aliquid pro certo narratur, primi sunt hoĩm, qui in Asia ad auroram & solis ortum habitant. Indorum enim tractus, qui auroram spectat, propter arenam vastus est. Eorum autem cõplures sunt gentes, atque eæ lingua inter se dissonę: quarũ alię sunt deditę rei pecuariæ, aliæ nõ. Item aliæ in palustribus fluminis habitãt, crùdis victitantes piscibus,

quos

Septima. Octaua. Nona. Decima. Vndecima Duodecima.

Tertiadecima.

Quartadecima. Quintadecima. Sextadecima. Decima septima. Duodeuicesima. Vndeuicesima.

Indor. multitudo.

Græcè hûc in modũ legitur: τὸ δὲ χρυσίου τριςκαιδεκαδάσιον λογιζόμενον τὸ ψῆγμα εὑρίσκεται ἐὸν ἐυβοϊκῶν ταλάντων ἑνδώδεκα μυριάδας καὶ ἑξακοσίους καὶ τετρακισχιλίους: Id est, Auri vero rametitiũ si terdecies expẽdatur ad argẽtũ, in summa reperietur ad rationẽ Euboicam esse quatuor millia talentorũ sexcentaq; & octoginta.

Calandiæ Indi.

quos aggreſſi arundineis nauigijs exceptant. Singula autẽ nauigia è ſingulis arundinis internodijs fiunt. Iſti ex Indis ferunt veſtẽ è tegete: quã vbi è flumine meſſuerũt inciderũntq;, plectentes in modũ ſtoreæ, tanq; thoracẽ ſibi induunt. His finitimi aurorã verſus ſunt. Indi pecuarij, carnibus crudis veſcentes, nomine Padæi, qui talibus vti moribus narrant: Quoties ciuiũ aliquis aliquáue ægrotat, virum quidẽ ſui maximè familiares interimunt: q; dicãt illum morbo tabeſcentẽ, carnes ipſis corrupturũ: Et licèt ſe neget ille ægrotare, nihilominus iſti nõ ignoſcẽtes necant eũ, epulãturq;. Mulieri verò ſuæ maximè neceſſariæ, idẽ quod viri viro faciunt. Qui aũt ad ſeniũ peruenit, eo itidem mactato paſcuntur. Ideoq; cùm hac de cauſa, tum quia oẽs qui in morbum incidunt, necantur, non multi ſanè eorum ad ſenectutem perueniunt. Eſt aliorum Indorum hæc diuerſa conſuetudo, vt nullam animantem interimant, vtque nihil ſerant, nec domos parãdas exiſtimẽt, atque herba victitent. Eſt eis ſemen quoddam milij inſtar, ſua ſponte naſcens è terra, ſuo in calice: quod cũ ipſo calice lectum coquunt, eduntq;. Quorũ quiſquis in morbũ incidit, is in locum deſertũ pergit, ibique decumbit, eius vel decũbentis vel defuncti curam gerente nemine. Horum oĩm quos recenſui, Indorum coĩtus in propatulo eſt, ſicut pecorum. Color ſimilis ac proximus Æthiopico. Genitura quam in mulieres emittunt, nõ alba quemadmodũ cæterorum hominum, ſed atra, ut color corporis: qualẽ Æthiopes quoq; emittunt. Hi Indi lõgius à Perſis abſunt, & vento auſtro ſubiecti: eoque Dario neutiquã obtẽperabant. Cæteri Indi Casbatyro vrbi & Pactyicæ regioni cõtermini ſunt, ad ventum aquilonem habitantes. Ex oĩbus Indis ij qui proximã Bactrianis vitam degunt, pugnaciſſimi ſunt, & qui ad auſtrum p̃cipuè mittunt. Circa hanc em̃ plagã vaſta ſunt propter arenam loca. In qua ſolitudine arenoſa formicæ gignuntur, canum quidem magnitudine minores, vulpium verò maiores. Earum nonnullæ & apud eos & apud regem Perſarum viſuntur, hinc venatu captæ. Hæ formicæ in faciendis ſub terra domicilijs egerunt arenam, vt apud Græcos formicæ, atque eodem modo, ipſa ſpecie corporis ſimilima. Ea autẽ q̃ egeritur arena, auracea eſt: pro qua in deſertum mittentes Indi, ternos ſinguli camelos iungunt: mares à lateribus, quos frenatos trahunt, fœminam in media, in quam ipſi aſcendunt: data opera, vt à recentiſſimis fœtib⁹ abſtractas iungant. Etem̃ apud eos cameli cùm nihilo ſunt minori pernicitate q̃ equi, tum verò ad ferenda onera multò valẽtiores. Qualẽ habet camelus ſpeciem, Græcis vtpote ſcientibus, non puto ſcribendum: ſed quod eius animalis neſcitur eloquar. Camelus in poſterioribus cruribus gerit quatuor femora, & totidẽ genua, & veretrũ inter poſteriora crura caudam verſus ſpectans. Hunc in modum iunctis camelis, Indi ad aurũ legendum tendunt: vt cùm feruentiſſimus erit æſtus, ſint in rapina. Siquidem p̃ æſtu formicæ ſub terra ſe occultas tenent. Eſt aũt illis hominibus ſol ardentiſſimus matutino, non quẽadmodum alijs meridie, eouſq; efferueſcens, dum tempus eſt à foro diſcedendi, per quod ſpaciũ multò magis vrit quàm meridianus in Græcia: adeò vt dicantur illi tum in aqua ſe abluere. Meridies ferè Indos vrit p̃æquè atque alios hoĩes: declinante meridie, talis eſt illic ſol, qualis alibi matutinus. Ac deinceps magis ac magis frigeſcens, dum ad occaſum peruenit: quo tẽpore p̃cipuè friget. Vbi ad locum Indi p̃uenẽre, culleis (quos attulẽre) arena cõpletis, raptiſſimè retrò ſe recipiunt. Quos p̃tinus formicæ (vt à Perſis fertur) olfactu perceptos inſequuntur tanta pernicitate, quanta in alio eſt nullo: ita vt niſi viam, ad quã formicæ cõgregantur, anticipent Indi, nemo ſit ipſorum inde euaſurus. Ideoq; camelos mares, q; impares fœminis ſunt in currẽdo, ne trahantur, diſſoluunt: ſed nõ vtrunq; pariter. Fœmina verò pulli (quẽ reliquit) memor, nihil ſibi remittit. Hac ratione Indi maiorem auri partẽ nanciſcuntur, vt Perſæ memorant. Nã quod effoditur in eadem regione aurum, rarius eſt. Et ſanè pulcherrimas quodãmodò res extrema orbis habitati pars ſortita eſt, quemadmodum Græcia (quod p̃ſtantiſſimum iudicatur) pulcherrimas regiones. Nam, vt paulò antè dixi, vltima plagarum, quæ ad orientem vergentes habitantur, Indica eſt: in qua

Indorum mores.

Ægrotos epulantur Indi.

Senes macta ntur.

Coitus in propatulo

Genitura Indorum atra.

Formicæ Indicæ.

Cameli forma.

Arena auracea qui bus modis diripiatur.

& animantes tã quadrupedes, q̃ volucres, multò ſunt grandiores, q̃ cæteris in locis, p̃terquã equi (nam ab equis Medicis vincunt̃ qui Niſęi vocantur) & infinita vis auri, partim effoſſi, partim per flumina deuecti, partim (vt indicaui) ſurrepti. Prætereà agreſtes arbores pro fructu lanam ferentes, ouillę tum pulchritudine tum bonitate p̃cellentem, qua in veſtiarium Indi vtunt̃. Ad meridiẽ vltima è regionibus q̃ habitant̃, Arabia eſt: in qua ſola oĩm naſcuntur thus, myrrha, caſia, cinnamomũ, & ledanum. Cuncta hæc facilia ad nanciſcẽdum, præter myrrham. Nam thus Arabes ſtorace ſuffientes, legunt ea, quam Phœnices ad Græcos exportant. Hac ſuffitum thus capiunt. Etenim thuriferas arbores obſeruant colubri ſubalati, exiguo corpore, diſcolori ſpecie, permagno numero circa ſingulas arbores, ijdem videlicet qui aduerſus Aegyptũ facto exercitu tendũt. Nec vllo alio ab arboribus, quàm ſtoracis fumo ſubmouẽtur, vniuerſam terrã oppleturi (vt Arabes aiunt) niſi vt ijdem narrabant, ſimile quiddam iſtis cõtingeret ei, quod nouimus contingere viperis, idq́; (vt credere debemus) ſolerti diuinitatis prudentia. Nam quæ & timido animo ſunt & eſculenta, ea omnia fœtuoſa fecit, ne aſſiduo eſu deperirent: contrà, quæ ſæua & maligna ſunt, ea voluit parum eſſe fœtuoſa. Vnde fit, vt lepus, quẽ omnia venantur, fera, ales, homo, tam ferax ſit: ſola quæ ex omnibus beſtijs cùm grauida eſt, etiã impleatur, & aliũ fœtum in vtero geſtans pilis veſtitũ, alium nudũ, alium tantũ nõ formatũ, aliũ concipiat. Et lepus q̃dem talis eſt. At leæna validiſſimũ fœrociſſimumq́; animal, ſemel in vita vnũ parit. Nam vnà cũ fœtu vterũ emittit. Cuius rei cauſa eſt hæc, quod catulus leoninus, vbi moueri in vtero incipit, cũ habeat vngues longè acutiſſimos ex omnibus feris, vterũ lacerat, augeſcẽsq́; magis ac magis, vngues inprimẽdo exhulcerat: ita vt ad poſtremũ, dum partus adeſt, nihil vteri relinquatur incolume. Quare ſi viperæ & alati Arabiæ ſerpentes ita gignerentur, vt ipſorũ natura fert, non eſſet hominibus viuẽdi facultas. Nunc aũt cum libidine agitantur, & per paria coëunt, fœmina collum maris in emittenda genitura comprehendit, ſorbensq́; non prius dimittit, quàm deuorauerit. Et mas quidẽ hoc modo perit. Fœmina vero talem luit maſculo pœnã: quod filij dum adhuc intra vterum ſunt: patrem vlciſcentes, matricem ambedunt: eiusq́; aluo ambeſa, ita partum faciunt. Cæteri ſerpentes qui non ſunt hominibus pernicioſi, oua pariunt, & magnam vim fœtuũ excludũt. Atque viperæ per vniuerſum orbẽ terrarum viſuntur: alati verò ſerpẽtes nuſquã alibi, niſi in Arabia, aut certè nõ adeò frequẽtes. Hũc in modũ Arabes thus cõparant. Caſiam aũt ſic: Poſtquã ſibi cũ cæterũ corpus, tum faciem præter oculos obligauerunt corijs alijsq́; pellibus, ad caſiam pergunt. Ea naſcitur in palude non alta, circa quã & in qua degunt feræ alatæ, veſpertilionibus ſimilimæ, ſtridore diro, & viribus præualentibus, quas ab oculis arcẽtes Arabes, ſic caſiam metunt. Cinnamomũ etiã quàm ſuperiora mirabilius legunt. Nam aut quo modo, aut qua in terra gignatur, illud nequeũt dicere: niſi quod probabili ratione vtuntur, quod quidã volunt id gigni in his regionibus, vbi Bacchus educatus eſt: & ipſas cinnamomi feſtucas afferri à grandibus quibuſdã alitibus ad nidos, è luto cõſtructos in præruptis montiũ, & homini inacceſſis. Contra quas hoc Arabes excogitauerũt: Boum aſinorúmque defectorũ, & aliorum iumentorũ membra minutatim conciſa, in ea loca portant: & vbi iuxta nidos poſuêre, procul abſcedunt. Ad hæc fruſta delapſæ volucres, ad nidos ſuos carnem cõportant: cui ſuſtinẽdæ impares nidi, ad terram diſciſſi labũtur. Tunc Arabes ad eos colligendos accedunt. Hac ratione cinnamomũ ab illis legitur, & illinc in alias regiones dimittitur. At ledanũ, quod Arabes ladanũ vocant, etiam cinnamomo mirabilius comparatur. Quippe quod in graueolentiſſimo loco naſcens, tamen fragrantiſſimè olet. In barbis hircorum inuenitur innatum, veluti mucor ligni, cùm ad conficienda multifaria vnguenta vtile, tum præcipuè ad ſuffitionem qua Arabes vtuntur. Hactenus de thymiamatis dictum ſit. Redolet Arabica regio mirificè iucundo quodam odore. Suntq́ue in ea ouium duo genera admiratione digna, quæ nuſquam alibi viſuntur, quorum vnum caudas habet tam lon-

gas

Lana arborea. Ledanum.

Storax.

Naturæ ſolertia. Leporis fœcunditas. Lege Plini. li. 8. ca. 55.

Vide Gel. lib. 13. ca. 7 & Ariſto. 6. ani.

Viperę coitus partuſq́;

Serpentes alati.

Caſiæ collectio.

Cinnamomi collectio.

Hæc tanquam fabuloſa cõfutat Plin.

Ledani collectio.

Ouium genera mira. Caudarũ mirum.

gas, vt nõ sint tribus breuiores cubitis, si qs trahi sinat, hulcera cõtracturas, dum per terrã atteruntur. Nunc vnusquisq; pastorũ hactenus est doctus arte fabrili, vt plostella faciant, q̃ singularum ouiũ caudis subligent, superq; plostella caudas ipsas alligent. Alterum genus ad cubitalẽ latitudinẽ caudas gerit. Huic, qua parte meridies ad solẽ occidentẽ vergit, cõtermina est Æthiopia terrarũ habitatarũ vltima. Hęc & auri multum fert, & vastos elephãtes, p̃minentibus vtrinque dentibus: & cùm agrestes cęsi fuerint boues, tum verò ebenum, nectũ viros maximos pulcherrimosq; & cęli lõgissimi. Atque hæc quidẽ extrema sunt Asiæ Africæq;. De extremis autem Europæ, quod p̃ cõperto referã, nõ habeo. Neq; em assentior fluuiũ quendã esse, Eridanũ à barbaris vocitatum, qui subeat mare ad Septentrionẽ spectans, vnde electrũ venire narratur. Ne Cassiteridas quidẽ nouũ insulas, hoc est, stannarias, vnde ad nos venit stannum. Quã rem vel ipsum coarguit nomen Eridanus, quod Græcum est, nõ barbarum, ab aliquo poëtarum fictũ. Sed etsi hoc studiosè q̃siuerim, à nemine qui ipse viderit, accipere potui, quomodo se habeat mare ad illam Europæ partem. Ab extremis itaq; ad nos venit stannum electrumq;. Cæterùm ad Septentrionẽ Europæ q̃ plurimã auri vim esse cõstat. Sed quomodo fiat, ne hoc quidẽ pro cõperto dicere queo. Dicuntur tñ id à gryphibus auferre Arimaspi, viri vnoculi, quod nec ipsum crediderim, vt viri nascanẽ vnoculi, cæterã naturã habentes alijs hominibus parem. Porrò extrema terrarum cõcludunt aliam regionẽ, intusque cohibent ea, q̃ nobis pulcherrima putantur, illisq; rarissima. Est in Asia planicies q̃dam vndiq; cincta monte, quinq; in locis interciso, q̃ aliquando fuit Chorasmiorũ cum ipsorũ finibus, & Hyrcanorum, & Parthorum, & Sarangæorum, & Thamaniorũ. Sed posteaquã Persæ rerum potiti sunt, facta est regis. ex hoc circumiecto mõte ingens amnis p̃fluit, nomine Aces, qui quondã per singulas vndiq; intercisiones ductus ac distributus, totidẽ quas dixi partiũ regiones irrigabat. Vbi verò in potestatem regis Persæ venerunt, hoc ab illo sunt passæ, quod anfractibus montium ab rege abscissis, & ad eorum singulos portis inditis, aqua ab exitu intercluſa est, interfluenteque introrsum amne planicies, quæ intra montes erat, pelagus facta, cùm fluãt in interiora, amnis nulla ex parte exitum habẽs: atque ita ipsæ gentes pristino aquæ vsu fraudatæ, afficiuntur permagno detrimento. Nã hyberno tempore deus illis quẽadmodũ alijs hominib. pluit. Sed æstate cùm serant pisum & sesamum, aquam desiderant. Igitur cùm nihil eis aquæ tribueretur, ad Persas venerunt viri atque mulieres, stantesque pro foribus regis, cum eiulatu vociferabantur. Tunc rex his q̃s maximè indigebant, portas reserari iussit, vtique eas, q̃ ad illos ferrent, easdem cum illorũ terra humore hausto satiata est, rursus obserari: ita deinceps alias, vt quiq; cæterorũ populorũ maximè aqua indigerent. Id faciens, quantum ego iuditu cognoui, pecuniæ exigendæ gratia prætentum. Atque hęc quidem ita sẽ habent. Cæterùm rex vnum ẽ septem viris, qui aduersus Magum conspirauerunt, Intaphernem cepit, ac capite damauit ob hanc noxam: Intaphernes statim post oppressos Magos regiã ingressus, volebat admitti ad colloquiũ regis. Erat em hac lege conuentum erat inter Magi oppressores, vt eis ad regẽ foret aditus sine internuncio, nisi cubantẽ cum vxore. Itaque nõ oportere sibi interuenire nuntiũ censens Intaphernes, q̃a foret vnus ẽ septẽ, introire vtiq; volebat. Sed cùm ianitor & qui à responsis erat, introire non sinerent, quod regem dicerent rei vxoriæ dare operam, eos mentiri ratus, educto acynace, aures vtriq; naresque pcidit, ac loro freni equini ad ceruices ipsorum alligauit, hominesq; dimisit. Qui cùm sese regi exhibuissent, & facti causã exposuissent, Darius sigillatim quinque Persas accersiuit, veritus ne id cõmuni sex Persarum consilio factum esset, exploraruitque nunquid id quod actum foret comprobarent. Vbi comperit sine horum cõsensu Intaphernem hæc fecisse, hominẽ cõprehendit, eiusque liberos atq; oẽm familiam, multis de causis credens illos cum suis cognatis rebellionem fuisse molituros: nos comprehensos ad necẽ vinciri iussit. Tunc vxor Intaphernis ad regias fores accedens, plorabat atque lamentabatur. Id assiduè facien-

Europæ extrema.

Electrum.

Eridanus.

Arimaspi.

Intaphernis facinus.

do,ad ſui miſericordiã Darium cùm adduxiſſet,miſſo ad eum nuncio,rex inquit:Mulier,offert tibi Darius vnius electionem,ex vinctis domeſticis tuis quẽ velis liberari. Illa poſtquam ſecum deliberauit,ita reſpondit: Si vnius omnino animã rex mihi gratificatur,eligo ex omnibus fratrem. Hęc audiens rex,miratus huius orationem,miſſo nuncio,inquit:Percõtatur te rex,qua de cauſa viro filijsq; prętermiſſis, fratrem delegeris vt ſupereſſet,qui & remotiori abs te eſt gradu q̃ filij, & minus iucundus quàm maritus. Cui illa reſpondens: Rex,inquit, maritus mihi alius, ſi deus voluerit,atque alij liberi,ſi hos amiſero,eſſe poſſunt:alius frater parentib.meis iã vita defunctis,nulla ratione poteſt eſſe. Hanc ſecuta cauſam, ita locuta eſt,viſaq; eſt Dario probè dixiſſe. Itaq; ea re delectatus rex,& eum quem mulier optauerat miſſum fecit,& filiorum natu maximum,cęteris omnib.interfici iuſſis. Ita vnus è ſeptem Perſis intra initia occubuit. Id autem ferè circa Cambyſis ægrotationem contigit. Erat Sardibus præſes quidã à Cyro præfectus,nomine Orœtes, vir Perſes, cui nefariæ rei cupido inceſit: ſiquidẽ Polycratem Samiũ,à quo nullo nec facto nec dicto quantulocunq; læſus eſſet,quemq; ne vidiſſet quidem vnquam,tm̃ concupiuit capere ad interimendum,ob hanc(vt pleriq; aiunt) cauſam. Cũ aliquando pro foribus regis conſidérent Orœtes & alter quidam Perſes,nomine Mitrobates,præfectus gentis q̃ eſt in Daſcylio,è verbis ad iurgia peruenerũt. Et cũ de virtute diſceptaretur,Mitrobates obijciens Orœti inquit: Tune in precio virorum es,qui inſulã Samum tuæ prouinciæ adiacentem,regi nõ acquiris,ita facilem captu,vt quidam è popularibus quindecim armatis fretus occuparit, eiusq; tyrannide potiatur? Hoc iurgium audiẽti Orœti adeò doluiſſe quidã aiunt,vt affectauerit nõ de obiurgante vindictã,ſed Polycratem ꝑſius occidere,propter quẽ malè audiſſet. Alij,ſed pauciores,inquiunt caduceatorẽ in Samum ab Orœte miſſum cuiuſdam rei rogandæ cauſa(cuius aũt,non dicitur) Polycratem tunc fortè in conclaui cubantẽ fuiſſe,aſſiſtente ei Anacreonte Teio. Idq; ſiue conſultò,quod res Orœtis contemptui haberet,ſiue ſorte aliqua factum. Ad quem accedens Orœtis caduceator, cùm mandata exponeret, Polycratem neq; ſe ad hominem cõuertiſſe(erat enim ad parietẽ verſus) neq; quicq̃ reſpondiſſe. Hæ geminæ cauſæ mortis Polycratis fuiſſe memorantur, quarũ vtrilibet accõmodare fidẽ quis poteſt. Itaq; Orœtes in vrbe Magneſia degens,quæ eſt ad Mæandrũ flumen ſita,miſit Myrſum quendã Lydum, Gygis filium,cum nuncio in Samum ad Polycratem, cuius animum nouerat. Etenim Polycrates primus extitit Græcorum,duntaxat eorũ quos nouimus, ſecundũ Minoem,& ſi quis alius iſto prior maris imperio potitus eſt, qui in animũ induxerit vt mari potiretur. Primus inquam, extitit ex eo gñe,quod humanũ vocatur, qui multam cõciperet ſpem Ioniæ atq; inſulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Orœtes factus,miſit nunciũ in hæc verba: Orœtes Polycrati ita inqt: Audio te res excellẽtes agitare aïo,ſed ꝓpoſito rẽ pecuniariã non ſuppetere. Quod ſi ita feceris,vt ſuadeo,ꝓſpexeris & tibi & ſaluti meæ. Nam rex Cambyſes,vt mihi ꝓcomperto renunciat,de me interficiẽdo cogitat. Nunc igitur meipſum recipito,atq; pecunias,earum partem tibi habiturum,partem mihi permiſſurus: & ipſarũ pecuniarum beneficio omni Græcię imperaturus. De quib.ſi mihi fidem non habes,mittito quempiam tibi fidiſſimum, cui ego fidem faciã. Quo audito,Polycrates gauiſus eſt, atque obſequi volebat. Maiorem em̃ in modũ pecuniã amebat. Mittit itaq; prius ad rem inſpiciendam quendã è popularibus ſuis Mæandrium Mæandrij filium,ſcribam ſuum, qui non longo pòſt hoc tempore ornatum conclauis Polycratis, ſpectatu dignum,tẽplo Iunonis oẽm dicauit. Hunc Orœtes intelligens ſpeculatorẽ eſſe circunſpectum,ita ſibi agendũ putauit. Octo ſcrinia lapidibus implet,preter admodum paucam partẽ circa ipſas oras, ac ſuperficiem lapidum auro inducit,eaq; ſcrinia alligata in expedito habet. Quæ adueniens Mæandrius cum inſpexiſſet,Polycrati renunciauit. Enimuero ne illuc ſeſe cõferret,magnoperè dehortabant tum oracula & amici, tum præcipuè ſomniũ hoc,quod eius filia viderat. Videbatur ſibi cernere patrem in aẽre ſub-

Frater marito præfertur.

Polycratis cædis occaſio.

Orœtis dolus.

Scrinia lapidibus referta.

Somniũ filię Polycra

ſublimem eſſe, qui à Ioue quidem lauaretur, à ſole autē inūgeretur. Hanc viſionem cōſpicata, inſtabat omnino diſſuadere patri, ne à patria proficiſceretur ad Oroetē: quin etiam ad biremem eunti malè ominabatur. Cui cùm ille minitaretur, ſi ſoſpes rediret, fore vt hæc perdiu maneret virgo: ipſa vt ita cnotingeret, ſibi imprecata eſt. Malle em̄ ſe diutius virginem eſſe, quàm patre orbari. Polycrates omne conſiliū pro nihilo habens, ad Oroetem nauigauit, cùm alios ſecum ducens, tū vero Democedē Calliphontis Crotonienſem medicum, qui eam artem apud ſuos præclariſſimè omniū exercebat. Vbi Magneſiā peruenit Polycrates, tetra morte eſt affectus, indignaq; aut ſua p̄ſona aut ſuis cogitationibus. Nā neque eorū qui Syracuſis tyranni extiterūt, neque aliorū Græciæ tyrannorum vllus eſt magnificētia cum Polycrate comparandus. Eum Oroetes, quod indignū relatu eſt, cruci ſuffixit. Eorū vero qui illum comitati fuerāt, Samios quidē dimiſit, iubens eos gratiam ſibi habere, quod liberi eſſent: hoſpites aūt atque ſeruos iure captiuitatis ſibi vēdicans, retinuit. Polycrates ergo ſuſpenſus oēm filiæ viſionem exoluit. Nam ab Ioue quidem cùm plueret lauabatur: à ſole aūt, exudante è mēbris abdomine, vngebatur. Hunc exitū habuerunt tot proſpera Polycratis, quem vaticinatus ei fuerat Amaſis rex Ægypti. Verùm non multo pòſt tempore, Polycratis vltio Oroetē excepit. Quippe poſt Cambyſis obitū occupato à Magis regno, Oroetes cùm eſſet Sardibus, nihil admodū de Perſis, qui à Medis imperio fraudati erant, meritus eſt: ſed in ea perturbatione Mitrobatem à Daſcylio p̄fectū (qui illi de Polycrate exprobrauerat) interemit: & eius filium Cranapē, ſpectatos in Perſis viros: & cùm alia quoque omnifaria flagitia cōmiſit, tum quendam à nuncijs, q̄ ad ipſum à Dario venerat, quod parùm iucūda nunciaſſet, trucidādū curauit, ſummiſſis quibuſdam, qui redeuntem aggrederentur, quiq̄ue trucidatū cum ipſo equo occultarent. Darius vbi principatu potitus eſt, Oroetem vlciſci cùm ob alia ſcelera, tum præcipuè ob Mitrobatē, filiumq̄ue cupiebat. Sed aduerſus eū è p̄feſſo mittere copias cō filij non erat, vtique reb. nondum ſatis fundatis, & imperio recens parto: cùm p̄ſertim audiret Oroetem multa vi nixum, mille Perſarum ſatellitibus ſtipatum. Nam ſuæ prouinciæ habebat Phrygiam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius aduerſus hęc, hanc rationem iniuit. Accitis Perſarum ſummis quibuſq; proceribus, his locutus eſt verbis: Perſę, q̄s hoc veſtrūm mihi re p̄mittat executurus prudētia duntaxat, nulla vi, nullis q̄ue copijs? Vbi em̄ opus prudētia eſt, ibi vi agere nihil attinet. Ergo q̄ veſtrūm mihi Oroetem vel adducat viuū, vel interficiat, qui de Perſis nihil omninò meruit, ſed multa ſcelera admiſit, vel hæc duo: vnum, quod duos è nobis, Mitrobatem eiusq̄ue filiū interemit: alterū, quod à me miſſos ad ſe accerſendum necandos curat, facinus p̄fecto non tolerandum. Ideoq̄ue priuſquam maiora in Perſas ſcelera admittat, comprehendēdus eſt ad necem: Hęc Darius interrogabat Perſas. Eorum triginta extiterunt, qui repromitterent, ſinguli volentes ipſi id exequi. Quos inuicē contendentes Darius reprehendens, ſortiri iuſſit. Id cum feciſſent, ſors Bagæum Artontis filiū ex omnibus contigit. Hic ſorte delectus, hac ratione vſus eſt: Cōplures literas varijs de rebus vbi ſcripſit, ſigilloq̄ue Darij impreſſit, cum his p̄fectus eſt Sardis. Eas poſteaq̄ in conſpectum Oroetis venit, dedit ſeparatim recitandas regio ſcribæ. Regios autem ſcribas cuncti p̄ſides habent. Reddebat ſeparatim Bagæus literas, explorandi gratia animos ſatellitum, nunquid annuerent ad rebellandum ab Oroete. Quos animaduertēs magnopere venari literas, & ea quæ in illis dicerent, etiam vehementius reddidit aliā epiſtolam in hæc verba: Perſæ, Darius rex interdicit vobis, ne apud Oroetem fungamini ſatellitum officio. Hoc illi audito, lanceas depoſuerunt. Tunc Bagæus cernēs illos obtemperantes epiſtolæ, ſumpta fiducia reddidit ſcribæ vltimum libellum, in hęc verba ſcriptum: Rex Darius mandat Perſis, qui in Sardibus ſunt, vt Oroetem interimant. Id vbi audiēre haſtati ſatellites, eductis acynacib. ſine morā Oroetē interemerunt. Ita vindicta Polycratis Samij Oroetem perſecuta eſt. Traductis, atq; comptatis Suſa bonis Oroetis, contigit non diu pòſt, vt in venatu ferarū Darius rex, dum

Polycrates cruci ſuffixus.

Fortunæ Polycratis catastrophe.

Oroetes indignā Polycratis mortem luit.

Oroetis ſatellitium.

Bagæus.

Scribæ regij Perſarū

Oroetis cædes.

ab equo deſilit, pedem intorſerit, uehementerq; luxauerit. Nã talus è iunc-turis ama tus eſt. Exiſtimans itaq; apud ſe, vt prius, habere ex Aegyptijs eos qui primi putaren-tur arte medicinæ, eorum opera vtebatur. At iſti retorquendo pedem, ac violenter tractãdo plus mali faciebant, adeo quidem, vt ſeptem dies totidemq; noctes Darius prę moleſtia, qua afficiebatur, tranſegerit inſomnes. Octauo die eidem malè habenti, quidam Democedis Crotoniẽſis mentionem facit, cuius de artificio prius iã inde in Sardib. audiſſet. Darius hominem q̃ celerrimè accerſi ad ſe iubet. Ille vt inter captiuos Oretis inuentus, vbi pro neglecto habebatur, in medium adductus eſt, ſicut erat pannoſus, ac compedes trahens. In medio poſitum Darius interrogauit, nunquid eã noſſet artẽ, Democedes veritus, ne ſi ſe proderet, vſq; quaq; Græcia priuaretur, diſſi-mulare. Sed cum videretur notitiã artis præ ſe ferre, Darius iuſſit eos qui hominem adduxerãt, verbera & torméta afferre in mediũ. Tunc ille diſſimulatione miſſa, ſe plã nè ſcire artem illam negauit, ſed aliquãtulum ob eius conſuetudinẽ, quam cum me-dico habuiſſet. Factaq; ei poteſtate curãdi, Græcis medicamentis vtens, & leuia, pòſt acria admouens, Darium cõpotem ſomni fecit, & breui tempore incolumem reddi-dit, cum iam ſe poſthac validum fore ad incedendum deſperaſſet. Ob quam curatio-nem, poſtea cùm eum Darius duobus aurearũ compedum paribus donaſſet, inter-rogauit Democedes, nũquid ideo ſe duplici malo remunerandũ putaret, quod ab eo ſolpes ipſe foret effectus? Hoc dicto Darius delectatus, ad ſuas vxores hoiem miſit. Eunuchi qui eũ deduxerunt ad fœminas, dicebant hunc eſſe qui reſtituiſſet animam regi. Tunc earum ſingulæ aureã phialæ thecã ſuffringentes, Democedẽ donauerunt tam amplo munere, vt excidentes ex percuſſione phialarum ſtateres, famulus qui ſe-quebatur noíe Scitona aduertẽs, collegerit non paruã auri ſummã. Hic Democedes hunc in modum è Crotone profectus, cum Polycrate conſuetudinẽ habuit. Cum à patre ſanè iracundo Crotone cohiberetur, nec eũ tolerare poſſet, illo relicto abijt in Aeginam. Vbi cõmoratus vnum annum, primos medicos tranſcendit, etſi imparatus erat, & nihil inſtrumentorum habens quæ ad artẽ medicinæ pertinerent. Ex quo fa-ctum eſt, vt in ſequenti anno Aeginetæ cõduxerint eum talento, Athenienſes tertio anno centũ mnis, Polycrates quarto anno talentis duobus. Ita in Samum profectus eſt. A quo viro non minimum medici Crotonienſes primi numerabant, ſecundi Cy renæi. Qua etiam tẽpeſtate Argiui cæteris Græcis præſtare muſica ferebantur. Tunc itaque Democedes Dario ſanato, Suſis maximas ædes obtinebat, & cũ rege ad men-ſam ſedebat, omnibus rebus affluens, præter hanc vnã, quod in Græciam redire non poterat. Quinetiam Aegyptios medicos regẽ curare ſolitos, cũ eſſent patibulis ſuffi-gendi, quòd à Græco medico ſuperati forent, impetrata ab rege venia, liberauit. Itẽ vaticinũ quendam Heleum, qui Policratem ſecutus fuerat, & inter captiuos ꝓ negle cto relictus. Deniq; maximi apud regem momenti Democedes erat. Interiecto dein de breui tempore, inter alia cõtigit, vt Atoſſæ Cyri filiæ (q̃ erat Darij vxor) in mamil la hulcus exoriretur, deinde reſciſſum porrò graſſaretur: quod iſta quoad fuit exigu-um, ꝓ pudore occultans, nemini indicauit. Sed vbi male iam habebat, accerſito De-mocedi rem oſtendit. Ille ſe redditurũ ſanã affirmans, adiurat eam, vt ſibi viciſſim ip-ſa inſeruiat in eo quod orauerit. Oraturũ nihil, vnde dedecus redundaret. A quo po-ſteaquam curata eſt edocta, Darium, dum cum eo cubat, his verbis allocuta eſt: Rex, cum tũ tu habeas copiarum, deſides, nullam neq; gentem neq; potentiam Perſis ac-quirens. Atqui par eſt virum & iuuenẽ, & magnarum opum dominũ, aliquid operis edendo ſe oſtẽdere, quo etiã Perſę cognoſcant ſibi virum pręeſſe. Quod vt facias, du abus de cauſis intereſt, vt Perſæ & eũ qui ipſis p̃eſt virũ eſſe intelligant, & bello atte-rantur: ne ociũ agentes, tibi inſidias tẽdant. Nunc ergo aliquod opus edas, quoad in ętate iuuenili es. Nã augeſcente corpore, ingeniũ pariter augeſcit: & cõſeneſcente cõ ſeneſcit, & ad res oẽs elangueſcit. Hęc Atoſſa ex admonitu Democedis. Ad quã Dari us reſpondens: Quę, inq̃t, vxor ipſe facere deſtinaueram, ea oĩa dixiſti. Ego eñ conſti tueram

Democedes à Dario accerſitur.

Democedes ſplẽdidis muneribus donatus.

Democedis in medicina profectus.

Medici clari.

Muſici Argiui.

Atoſſæ cõ. filiũ apud Darium è ſuggeſtione Democedis.

Darij propoſitum.

tueram Scythis bellum inferre, iuncto mari è noſtra continente in alterã põte, quod breui tempore perficeretur. Ad eum Atoſſa: Animaduerte, inquit, nunc, omitte primũ bellũ Scythis inferre, qui quandocunq; voles tui erunt, aduerſus Græciã mihi tu eas in expeditionẽ. Cõcupiſco em̃ Lacænas, & Argiuas, & Atticas, & Corinthias fando cognitas, mihi fieri ancillas. Et ad hoc habes virũ ex oĩbus maximè idoneũ ad demonſtrandas Græciæ res, atq; exponendas, hunc q̃ pedem tuum ſanauit. Cui Darius: Quandoquidem, inq̃t, vxor tibi videtur, nos primũ Greciam tentare debere, mihi videt̃ ſatius, ante oĩa mittendos illuc exploratores Perſas, vnà cum iſto quem dicis, qui percepta oĩa illic & viſa renuncient: & mox ego ab illis edoctus, aduerſus Græcos tendam. Hæc locutus Darius, id quod locutus re quoque aggreſſus eſt. Nanq; vbi primùm illuxit, accitis quindecim viris Perſarum ſpectatis, præcepit vt ſequentes Democedem, oĩa Græciæ maritima colluſtrarent, neue cõmitterent, vt Democedes ab illis aufugeret, ſed rurſus eum omninò reducerent. Hęc illis vbi p̃cepit, ſecundo loco Democedem ipſum ad ſe accerſitum orat, vt expoſita atq; demonſtrata Perſis omni Græcia, rurſus redeat: iubetq; eum dono ferre patri ac fratrib. omnia ſua vtenſilla, affirmans ſe alia multò plura illi in vicem donaturum. At præter dona, miſſurum ait, q̃ vnà iter faciat, onerariam nauim, omnifarijs bonis refertam. Hęc Darius nullo doloſo conſilio (vt mea fert opinio) mandauit. Ille tamen veritus ne ſe Darius tentaret, tanq̃ fugitiuum, ſi cuncta ſibi oblata caperet: reſpõdet ſe quidem ſua illic velle relinquere, vt ea reuerſus ſibi haberet: verùm nauim onerariam, quam Darius promitteret, dono fratrib. accipere. Darius poſtquam hæc Democedi p̃cepit, homines ad mare dimiſit. Iſti cùm in Phœnicem deſcendiſſent, & ex Phœnice in vrbem Sidonem, cõfeſtim duas triremes inſtruxerunt, & ſimul ingentem onerariam omnifarijs bonis impleuerunt. Cõparatiſque omnibus, in Græciam traijciunt. Et adeuntes maritima eius loca intuebant̃, atque deſcribebant. Tum pleraq; ac celeberrima Greciæ loca cõtemplati, in Italiam Tarentũ tranſmiſerunt. Ibi Ariſtophilides Tarentinorum rex, & ipſe Crotonienſis, gubernacula Medicarum nauium reſoluit, ſimul & ipſos Perſas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum iſti patiunt̃ hęc, Democedes Crotonẽ abijt ad domum ſuam. Quo abeunte, Ariſtophilides Perſas miſſos fecit, reſtitutis his quæ de manib. abſtuliſſet. Illinc Perſæ nauigantes, ac Democedem perſequentes, Crotonem perueniunt, nactiq̃ in foro Democedem prehendunt. Eum Crotonienſum q̃dam, rẽ Perſicam reformidantes, tradere parati erant: quidam iniectis è diuerſo manibus, Perſas fuſtib. cædebant, his verbis cõmonefacientes: Viri Crotonienſes, cõſiderate quid faciatis, qui hoĩem regis fugitiuum eripiatis. An ex vſu erit vobis hãc iniuriam regi Dario intuliſſe, ac vobis bene cedet iſta feciſſe, ſi nobis hoẽm hunc eripueritis? Cui em̃ primùm q̃ huic vrbi bellum inferemus, aut quam priorẽ deripere conabimur? Hęc dicẽdo nihil magis Crotonienſib. perſuaſerunt. Quinimò nõ modò Democede, ſed etiam oneraria naui, quam vnà duxerant, priuati ſunt: atq; in Aſiam reuerſi, omiſſo iã ſtudio diſcendi vlteriora Græciæ, duce fraudati. Quib. tamen in digreſſu ille mandauit, vt Dario dicerent, Democedem ducere vxorẽ Milonis filiam. Erat em̃ apud regem celebre nomen Milonis luctatoris. Quas nuptias videtur mihi eo tẽpore properaſſe magna erogata pecunia, vt ipſum etiam in patria ſua ſpectatum eſſe Dario appareret. Profecti Crotone Perſæ ad Iapygiã, in quaſdam naues inciderunt: à quib. in ſeruitutẽ redactos, Gillus quidam Tarentinus exul redemit, & ad regem Dariũ reportauit. Ob quod meritum cũ rex paratus eſſet donare ei q̃quid vellet, optauit ſe in patriam reduci, expoſita prius ſua calamitate, dicens, ne omnẽ Græciam cõturbaret, ſi claſſis ingens ipſius cauſa in Italiam mitteretur: contentum ſe eſſe, vt per ſolos Cnidos reduceretur, exiſtimans pro amicitia, quę Cnidis erat cum Tarentinis, ſe præcipuè reductum iri. Id Darius pollicitus, effecit. Nam miſſo Cnidum nuncio iuſſit, vt Gillum Tarentum reducerent. Cnidi Dario obſequentes: id tamen à Tarentinis non impetrauerunt. Nam ad vim inferendam inualidi erant. Atq; hæc

Democedes in Græciam cum exploratoribus ablegatur.

Ariſtophilides rex Tarentinorum.

Milo Crotoniátes luctator.

hunc in modũ adminiſtrata ſunt. Hiq́ue Perſæ primi extitêre, qui in Græciã traiecti ſunt ſpeculandi gratia, & ob hanc rem. Samum verò poſt hæc rex Darius, omnium vrbium tam Græcarum, quàm Barbararum primam, euertit: ob hanc cauſam: Dum Cambyſes in expeditione aduerſus Ægyptum ageret, permulti ſe illuc Græcorum cõferebant, partim (vt credibile eſt) negotiandi, partim militandi, partim ipſius regionis oculis ſubijciendæ gratia. E quibus fuit Syloſon Æacis filius, Polycratis germanus, extorris patria. Huic Syloſonti felicitas huiuſmodi contigit: Sumpto hic amiculo rutilo, ac ſibi circundato, apud forum Mempheos ſpaciabatur. Quem cùm vidiſſet Darius Cambyſis ſatelles, nullius admodum conditionis vir, captus amore amiculi, adit hominem, vt mercetur amiculum. Syloſon animaduertens Darium magnope re cupere amiculum, diuina quadam fortuna vſus: Ego, inquit, amiculum hoc nulla pecunia vendo, ſed tibi largior, ſi modo tuum omninò debet eſſe. Hęc approbãs Darius, accepit indumẽtum. Syloſon, qui putaret ſibi illud ſtultè periſſe, interiecto tempore cùm Cambyſes deceſſiſſet, & ſeptem illi Magum oppreſſiſſent, & ex ſeptem Darius regnum adeptus eſſet, vbi certior factus eſt, ad eum virum pueniſſe regnum, cui ipſe precãti dediſſet in Ægypto veſtimentum, Suſa aſcendit: ſedensq́; in veſtibulo regiæ, ait ſe eum eſſe qui de rege ſit benemeritus. Hæc audiens ianitor, regi nunciauit, ad quẽ admirabundus rex: Et quis eſt (inquit) Græcorum, qui in me beneficus extitit, cui ego reuerentiam debeam recens regno potitus: ecquis verò, an potius nullus eorum ad nos aſcendit: nec vlli Græcorum, vt ingenuè loquar, quicquam debeo: tm̃ hominẽ introducite, vt ſciam quid hæc dicendo velit ſibi. Vbi à ianitore introductus eſt Syloſon, ac ſtatus in medio, interrogatur ab interpretibus quiſnam eſset, aut quo facto beneficus in regem extitiſſet. Ipſe rem oẽm geſtam circa amiculum refert, ſeſeq́; illum eſſe qui id donaſset. Ad hęc reſpondens Darius: O, inquit, virorum generoſiſſime, túne ille es, qui mihi nullã potentiam habenti donaſti ea, quamuis parua, tamen perinde grata, acſi nunc aliquid magnum acciperem. Qua de re immenſo te auro argentoq́ue remunerabor, vt nunquam pœniteat te liberalem in Darium Hyſtaſpis extitiſſe. Cui Syloſon: Mihi, inquit, rex neque aurum neque argentum dederis, ſed patriam meã Samũ, vbi eam liberaueris: quam nunc poſt necem fratris mei Polycratis ab Oroete interfecti, occupat ſeruus noſter: hanc mihi donato citra cædem atque direptionẽ. His Darius auditis, miſit exercitum duce Otane vno è ſeptẽ viris, iuſſo, vt quæ Syloſon rogaſſet, ea effecta redderet. Otanes ad mare degreſſus, contrahebat exercitũ: At Sami imperium obtinebat Mæandrius Mæandrij, acceptum à Polycrate, vt illud procuraret: cui iuſtiſſimo virorum volenti eſſe, non licuit. Nã vbi de Polycratis interitu allatus eſt nuncius, ante omnia Ioui liberatori ſtatuit aram, eiq́ue fanũ in circuitu deſignauit, & quod nuuc quoq; in ſuburbanis extat. Deinde vbi hoc perfecit, aduocata omnium ciuiũ concione, ita verba fecit: Mihi ſceptrum atque omnis potentia Polycratis (vt vos etiã noſtis) demandata fuit: in meo quoque arbitrio ſitũ eſt vobis dominari: ſed quod in vicino reprehendo, id ipſe quoad potero nõ faciam. Nã neque Polycrates placebat mihi, in viros ſibijpſi pares dominatum habens, neque alius quiſpiã talia faciens. Et Polycrates quidẽ fatum ſuũ expleuit: ego aũt depoſito in mediũ dominatu, iuris æquabilitatẽ ſuadeo: poſtulans iure optimo mihi ipſi hoc honoris tantummodo, vt è pecunia Polycratis ſex demum talenta peculiariter mihi cedant. Et præterea Iouis liberatoris (cui ego tẽplum extruxi) ſacerdotium tam meis in perpetuum liberis, quàm mihi, qui libertatem vobis reſtitui: Hæc Mæandrius à Samijs poſtulabat. Tunc eorum quidam ſurgens: Tu vero (inquit) indignus es, qui nobis imperes, tu qui malus extitiſti, ac funeſtus: ſed dignus potius, qui pecuniarũ, quas interuertiſti, rationẽ reddas: Hęc Teleſarcho, ita em̃ vocabaṫ, dixit, q̃ inter ciues erat exptę virtutis. Quę Męandrius in aĩm accipiens, reputãsq́; fore, vt ſi dñatũ ipe deponeret, alius qſpiã in eĩ locũ tyrãnus cõſtitueret, nõ deponendũ ſibi

Sami euerſionis cauſa.

Darius Cãbyſis ſatelles.

Syloſontis amiculum puerbiũ.

Darius ad Syloſontẽ

Meandri Sami procurator.

Teleſarchus.

do-

dominatum statuit: sed in arcem regressus, accitum vnumquenq; eorũ, tanq̃ rationẽ pecuniarũ redditurus, cõprehendit, alligauitq;. Post hæc, dũ hi in vinculis sunt, Mæandrius morbo corripitur: quẽ decessurum credens frater eius, noĩe Lycaretus, quò facilius Sami rerum potiretur, oẽs vinctos interemit. Neque eñ videbanẽ velle liberi esse. Igitur vbi in Samum peruenére Persæ Syloſontem reducentes, nemo aduersus eos manũ leuauit. Atq; hi qui cõtrariæ Mæandrio factionis erãt, deditionem se facere velle dixerunt: quin ipse Mæandrius ex insula discederet. Approbante hæc Otane, atque inito fœdere, eminẽtissimi quique Persarum positis sellis è regione arcis sedebant. Erat Mæandrio germanus vecordiusculus, nomine Charileus, qui quod delinquere solebat, in superterraneo loco erat alligatus. Hic cùm audisset q̃ agebantur, & per specum suspiciens vidisset Persas quietè sedentes, vociferando dicebat, velle se in colloquiũ venire Mæandrij. Eũ audiens Mæandrius, iussit solutũ ad se adduci. Vbi adductus est, cõfestim cõuiciando maledicendoq; illi suadebat, vt imperiũ daret in Persas. Hæc inquiens: Me tu ó deterrime virorum, qui sum tuus frater, quiq; nihil vinculis dignũ peccaui, in superterraneo carcere alligandum putasti: Persas autẽ quos cernis te adorientes, atque extorrẽ faciẽtes, vltũ ire nõ audes, tã faciles tibi ad capiẽdũ? Quos si tu reformidas, præbe mihi auxiliares tuos, vt istos ob suum huc aduentũ vlciscar, paratus teipsum ex insula amittere: Hæc Charileus. Quem sermonẽ Mæandrius admisit, quantũ ego sentio, nõ quia eò insipientię venisset, vt putaret suas vires regijs superiores esse: sed quia inuidens Syloſonti, si ciuitatẽ & integrã & sine labore esset accepturus, maluerit res Samias debilitari Persis irritatis, atque ita tradi: probè intelligens, Persas prius iniuria lacessitos, sæuituros esse in Samios, & sibi tutum ex insula excessum esse quandocunque vellet. Foderat eñ sibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare. Itaque ipse quidẽ Mæandrius è Samo profectus est. Charileus autẽ armatis cunctis auxiliarijs, patefactisque portis, egredit in Persas nihil tale expectantes, sed oĩa pacata existimantes. In hos Persas qui sellas attulerãt, & plurimi momẽti erant, dato impetu auxiliarij grassantur. Dum hæc isti agunt, cæteræ Persarum copiæ auxilio veniunt: à quibus repulsi auxiliarij, rursus in arcem sẽ recipiunt. Otanes imperator cernens tantã cladẽ accepisse Persas, etsi memor erat p̃ceptorum Darij, dum ipsum mittebat, ne quem Samiorum aut occideret, aut caperet, sed insulã immunẽ malorum Syloſonti traderet: tñ horũ p̃ceptorũ oblitus est, iussitq̃ milites, vt quenque Samiũ adipiscerentur, occidere, viros pariter & pueros. Tunc pars copiarum arcẽ obsidet, pars obuiũ quenque sine discrimine trucidat, tam in delubris, q̃ extra delubra. Mæandrius è Samo profugiens, Lacedæmonẽ nauigauit. Eò vbi peruenit, habens quæ in discessu exportauerat, dat negocium famulis, vt pocula argentea & aurea proponant. Dum illi ea promunt, interea ipse Cleomenem Anaxandridę filium, Spartæ regem, colloquendo deducit ad ædes suas. Cleomenes vbi pocula inspexit, p̃ admiratione attonitus fuit: Mæandrius eum iubere, quæcunquè liberet, illinc asportare. Idq̃ cùm etiã atque etiã Mæandrius diceret, tñ Cleomenes virorũ iustissimus extitit: qui ea q̃ sibi donabantur, recipiẽda nõ putauit. Sed cùm sensit eadem nõnullis ciuiũ Mæandrium elargiri, quomodo puniri deberet excogitauit. Aditis eñ ephoris, hoc est, tribunis plebis, ait, satius esse Spartæ hospitem Samium è Peloponneſo ablegari, ne cui Spartanorum aut ipsi aut alij cuipiam persuadeat fieri malum. Illi Cleomeni obsequentes, Mæandrium ablegarunt. Persæ vbi diripuére Samum, Syloſonti tradiderunt, viris desolatam. Interiecto tamen tẽpore Otanes imperator frequentem incolis effecit, è visione per quietem morbo correptus, quo laborauit circa pudenda. Dum Samum nauticus proficiscitur exercitus, interea Babylonij rebellauerunt, rebus probè admodum comparatis. Nam quandiu Magus imperauit, & septem coniurati rem aggrediuntur, per hoc omne tempus, & per occasionem rerum turbatarum, se ad ferendam obsidionem instruxerunt, & in his apparandis vsq; latuerunt. Verùm vbi è professo desciuerunt, hæc sibi facienda statuerunt. Matres expellunt:

Otanes Darij præceptorũ oblitus.

Samus Syloſonti traditur.

Cleomenes rex Spartæ.

Strabo lib. 14. tradit Samũ hominib. viduatam, Syloſontis opera acerbius imperantis.

Babylonij rebellãtes mulieres strãgulãt.

lunt: mulierum vnã, quã sibi quisq; voluit, è domesticis delegit, & hanc ad panẽ sibi faciendum cæteras in vnum cõtractas strangulant: hoc idcirco faciẽtes, ne rẽ frumẽtariã ipsorũ illæ absumerent. His rebus cognitis, Darius aduersus eos contractis oĩbus copijs cõtẽdit. Eò postquã peruenit, vrbẽ obsidione cingit. Sed illi nihili pẽdere obsidionẽ. Nã cõscensis ppugnaculis, tripudiare, probraq; ingerere Dario atque exercitui: quorũ quidã ita inquit: Quid istic desidetis Persæ, quin potius abscedi tis, tũc expugnaturi nos, cùm peperierint mulæ. Hoc quidã Babyloniorũ dicebat, credens nunquã parere mulam. Anno ac septẽ mensibus in obsidione cõsumptis, iam Dariũ atq; vniuersum exercitũ tædere, q; Babylonios expugnare non posset, licèt aduersus illos oĩa machinamenta atque oẽs insidias expertus, cùm alias, tum illas, quibus eosdem Cyrus expugnauerat. Oĩa hæc frustrà fuerunt, quia Babylonij vehementer excubijs incumbebant. Sed cùm ne sic quidem capi possent, vicesimo quàm circũuallati sunt mense, Zopyro Megabyzi filio, vnius è septem qui Magum sustulerunt, hoc contigit portentũ, vt q̃dam mularum eius, q̃ frumentum subuectabãt, pepererit. Quod ei renunciatum cum non crederet, ipse fœtum inspicere voluit. Eo viso, vetuit seruos cuipiam rem aperire, reputans illius Babylonij verba, qui inter initia dixisset, postquam mulæ peperissent, fore, vt muri expugnarentur. Ex hac fama Zopyro visa est expugnabilis Babylon. Diuino eñ numine & illum locutum, & suam mulam esse enixã. Igit vbi visum est fatale esse iam Babylonem capi, aggressus Darium scisciatus est, nunquid perquã magni faceret, expugnare Babylonem? Audiens perquam magni ab illo fieri, aliud cõsultat, quo modo ipse foret vrbis expugnator, & suum hoc opus (beneficia enim apud Persas permultum ad incrementa honorum cõsequenda valent.) Eoque nemini expromens, se suffecturum rei faciendæ, si seipsum cùm mutilasset, ad hostes transfugeret: sese deformissima mutilatione affecit, prorsus cùm id minimè faceret. Quippe nares sibi pcidit auriculasq;: comam deformiter circumtondit, plagas imposuit: atque ita ad Darium perrexit. Quem ille intuens, virum scilicet spectatissimũ sic truncatum, adeò grauiter tulit, vt exiliens è solio exclamaret, interrogando, quis eum ob quod facinus mutilasset. Ad eum respõdẽs Zopyrus: Nemo, inquit, rex præter te, cuius tanta potentia est, ita me potuisset afficere. Neque alienus quispiam hoc mihi fecit, sed ipse ego: q̃ indigno aĩo fero, Assyrios Persis illudere. Cui rex: O virorũ miserrime, inquit, turpissimo facto pulcherrimum nomen impõsuisti, inquiens, propter eos q̃ obsident, temetipsum indignè laceraſſe. Nunquid ô demens te mutilato ptinus hostes deditionem facient? Quid in teipsum laniando sensus amisisti? Ad eũ Zopyrus: Si, inquit, tecum cõmunicassem q̃ erã facturus, tu me nõ permisisses. Nunc memet ego adhibens in cõsiliũ, id feci, Itaq; iam Babylonem capiemus, nisi tu tuis parces. Ego enim ita vti sum, ad muros vt transfuga fugiã: dicamq; ad illos me hæc abs te esse passum: & vt, opinor, ex hoc corporis habitu fidem eis faciens, consequar exercitus præfecturã. At tu decimo die, quàm muros fuero ingressus, mille milites ex eo genere, cuius amissione nihil admodũ damni fiat, collocа aduersus portam, q̃ vocatur Semiramidis. Rursus interiectis septem diebus, colloca duo millia ad portas q̃ dicuntur Niniorum. Atque tertio, viginti diebus interiectis, è regione portarum q̃ dicuntur * Chaldęorũ, alios statue, numero quatuor millia: dum neque priores, neque posteriores habeant, quo se defendant, præter gladios: hæc tantùm sinas eos habere. Post diẽ vicesimũ reliquas copias iube rectà muros vndiq; subire. Verùm ad portas, q̃ Belides ac Cissiæ vocantur, Persas mihi statuito. Etenim vt ego sentio, Babylonij mihi, qui magna opera ediderim, cõmittent, cùm alia, tum verò portarũ claues. Illinc mihi atque Persis curæ erit operã nauare. Hæc vbi mandauit, ad muros perrexit, subindè respectans tanquã verè pfuga. Eo cõspecto, q; in turribus ad id dispositi erãt, deorsum decurrerunt, & alterã portã aliquantulũ reclinantes, sciscitabantur quisnam esset, & cuius rei indigens veniret. Cumque hic dixisset se Zopyrũ esse, & se ad illos transfugere, eũ ad Babyloniorũ magistratus deduxerũt. Ante quos vbi stetit Zopyrus, eõditionem

Mulæ partus. Theophrastus tamen mulas vulgò parere in Cappadocia dicit, Vide Plini. in 8. lib. ca. 44.

Zopyrus ipse se mutilat.

Græcè tamẽ legitur χαλδαίων.

Zopyri vafrũ ad Babyl. profugium.

nem ſuã miſerebat, referens à Dario ſe paſſum, q̃ à ſemetipſo paſſus eſſet: idq; ob eam cauſam quod ſuaſiſſet illi diſcedere cũ exercitu, qm̃ nulla via oſtenditur vrbis expugnandæ. At nunc, inquit, ad vos venio Babylonij, futurus vobis in maximo bono, Dario autẽ & copijs eius maximo malo. Neque enim q̃ ita me mutilauit, feret impunè, cùm habeã exploratos oẽs cõſiliorum eius exitus. Hęc Zopyrus cõmemorabat. Quẽ Babylonij vtique virum apud Perſas ſpectatiſſimũ cernentes, naribus atque auribus priuatum, vibicibus ac ſanguine cõſperſum, ſperãtes omninò verè loqui, & ad ipſos venire ſocium, inducti ſunt ad permittenda ei quæcũque poſtulaſſet. Ille poſtulauit copias militum, quas vt accepit, perfecit ea q̃ cum Dario cõpoſuerat. Siquidem decimo die eductis Babyloniorũ copijs, mille Darianos quos collocari primos mãdarat, circumuentos trucidauit. Eum Babylonij aduertentes cõſentanea verbis facta p̃ſtare, maiorẽ in modum lætabantur, parati omni iure homini parêre. Iſte rurſus interectis diebus, de quibus erat conuentum, cum delectis Babyloniorũ egreſſus, duo millia Darianorũ militum interfecit. Babylonij cernentes hoc alterũ opus, nihil aliud q̃ Zopyrum in ore habere, eum laudibus tollere. Hic rurſus cõſtitutis diebus intermiſſis, ad p̃dictum locũ copias educit, circumuentaq́ue quatuor millia occidit. Quo tertio opere edito, Zopyrus apud Babylonios erat oĩa, ita vt & dux exercitus, & murorũ cuſtos declaratus fuerit. Vbi verò è cõpoſito Darius copias vndique muris admouit, ibi Zopyrus oẽm dolum patefecit. Nam cùm Babylonij conſcenſis muris copias Darij adoriẽtes arcerent, ipſe apertis Ciſſijs ac Belidibus portis, Perſas in vrbem introduxit. Quod factũ qui Babyloniorũ videbant, hi in puluinar Iouis Beli confugerunt. Qui nõ videbãt, hi in ſuo quiſque loco permãſerunt, donec & ipſi ſe proditos intellexerunt. Ita Babylon iterum capta eſt. Qua potitus Darius muros eius circuncidit, & portas oẽs amolitus eſt: quorum neutrũ Cyrus fecerat prius eidẽ à ſe captæ. Babyloniorum quoq; procerum tria millia patibulis affixit, data cęteris venia vrbem incolendi. Atq; vt ijdẽ vxores haberent, vnde ſuccreſceret ſoboles, puidit. Nã fœminas Babylonij (vt ſuperius demonſtratum eſt) rei frumentariæ cõſulentes ſtrangulauerãt. Itaque Darius vicinis vndiq; populis negociũ dedit, vt fœminas Babylone repræſentarent pro iniuncto quiſque numero. In ſumma igit̃ quinquaginta millia fœminarum cõuenerunt. Ex quibus qui ſunt Babylonij, originem duxerunt. Darij iudicio nemo Perſarum Zopyri p̃ſtantia facta ſupergreſſus eſt: neq; eorum qui priũs, neque eorũ qui poſterius extiterunt, p̃ter vnum Cyrum, cui nullus vnq̃ Perſarum ſe dignum qui cõpararetur exiſtimauit. Ferturq́; Darius hoc dictum ſæpenumerò vſurpaſſe, p̃optaturum ſe Zopyrum nihil eſſe cladis paſſum, q̃ viginti ſibi Babylones p̃ter illã quã haberet acquiri. Eum tñ egregiè remuneratus eſt, cùm dando quotannis quę apud Perſas ſunt honorificentiſſima, atque alia permulta: tum tradita Babylone immuni, quoad viueret, in peculiarem portionẽ. Huius Zopyri filius fuit Megabyzus: qui dux exercitus extitit in Ægypto aduerſus Atheniẽſes & ſocios. Atque huius Megabyzi filius fuit Zopyrus ille, qui ad Athenienſes transfugit à Perſis.

Babylon ſecundo capitur.

Iouis Beli puluinar.

Darij celebre de Zopyro elogium.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER QVARTVS, QVI INSCRIBITVR MELPOMENE.

POST Babylonis expugnationem, Darius aduerſus Scythas fecit expeditionem. Nam cùm floreret viris Aſia, & magno pecuniæ prouentu, cupido inceſſit ei Scythas vlciſcendi: quippe qui priores iniuriam intuliſſent ingreſſi Mediam, & his qui occurrerant prælio victis. Etenim Scythæ (quemadmodum ſuperius à me dictum eſt) duodetriginta annos ſuperiori Aſiæ imperitauerunt. Siquidem perſequentes gentem Cimmeriam, ingreſſi Aſiam, abrogarunt imperio Medos, qui ante ipſorum aduentum Aſiam obtinuerant.

Darij in Scythas expeditio.

De his libro prim.

Scythas,

Scythas,cùm octo & viginti annos peregrè abfuiſſent,in patriam reuertentes, excepit non minor,quàm Medicus fuerat,labor.Offenderunt em̃ nõ exiguũ exercitum cõtra ipſos venientẽ.Vxores nanque eorũ diuturna virorũ abſentia ad ſeruos acceſſerant viſu orbatos.Orbant autem Scythæ ſeruos oẽs lactis gratia, quod potant, ita id facientes: Sufflatoria oſſea fiſtulis ſimilima ſumuntur,eaq; genitalibus equarũ impoſita ore inflantur.Hoc alijs facientibus,alij equas emulgent. Hoc ideo ſe facere aiunt,q; venæ equarum ſufflatæ implentur,& mammæ deſcendunt.Poſteaquã emulxêre lac,in cõcaua vaſa lignea diffundunt. His circumpoſiti cæci,lac agitant. Cuius quod ſummũ eſt delibatur,p̃cioſiusq; habetur: vilius aũt quod ſubſidit. Huius rei gratia Scythæ quemcunque capiunt,viſu orbant. Non enim agricolatores ſunt, ſed paſtores.Ex his igitur ſeruis ac mulieribus Scytharum ꝓgenita eſt iuuentus: q̃ ſuorũ natalium cõditione cognita,obuiam perrexit his qui reuertebantur è Medis: & primùm regionem interſepſit ducta lata foſſa,quæ à Tauricis montibus pertingebat ad Mæotim paludem oĩm maximam.Deinde in his cõſiſtens,Scythis introïre conantibus repugnabat.Sæpè cõmiſſa pugna,cùm nihil tñ Scythæ proficerent, quidã ex eis inquit: Quídnam rei facimus viri Scythæ,cum noſtris ipſorum ſeruis dimicãtes: qui & cùm interficimur,ipſi pauciores efficimur:& illos interficiendo, paucioribus deinceps imperabimus?mihi videtur haſtis arcubusq; omiſſis ſumenda flagella, quibus equos verberamus,& ad illos propius eundum.Nam quoad vident nos arma habentes,arbitrantur ſe ſimiles nobis,atque è ſimilibus eſſe:vbi nos pro armis verbera tenentes viderint,tunc ſe noſtros ſeruos eſſe intelligentes,atque id agnoſcentes nõ ꝓſtabunt.Hoc Scythæ cùm audiſſent,ita ſibi faciendum putauerunt. Qua ex re perculſi illi,pugnæ immemores,fugam capeſſerunt.Ita Scythæ imperio ſunt Aſiæ potiti:& rurſus à Medis eiecti,ad terram ſuam hunc in modum reuerſi. Hac de cauſa Darius vlciſcendi cupidus,comparauit exercitum. Scythæ gentem ſuam oĩm nouiſſimã eſſe aiunt,idq; hoc modo extitiſſe: Virum quendã in hac terra cùm deſerta eſſet, primum fuiſſe,nomine Targitaum, & eius parentes (quod tamen mihi non probatur) Iouem,Boryſthenisq; fluuij filiam.Tali genere ortum aiunt Targitaum, eiusq; treis liberos fuiſſe,Lipoxaïn,Arpoxaïn, & nouiſſimum Colaxaïn.His regnantibus,demiſſa cælitus in Scythicam regionem ex auro facta aratrum cum iugo,ſecurim,phialam. Quæ cùm primus oĩm inſpexiſſet natu maximus,acceſſiſſe, & itidẽ animo illa ſumendi: ſed eo accedente,aurum arſiſſe.Hoc digreſſo,ſecundum acceſſiſſe, & itidem aurũ arſiſſe. Ambobus ab ardenti auro ſummotis,tertio loco cùm minimus natu accederet,aurũ fuiſſe extinctũ,& ab illo deportatũ.Eaq; re maiores fratres animaduerſa, totum regnum ad minimũ detuliſſe. Et à Lipoxaï quidem progenitos eſſe Scythas, qui genus Auchatæ appellantur.Ab Arpoxaï verò qui medius fuit, eos qui Catiari & Traſpies nominantur.A minimo autẽ natu reges qui Paralatæ vocantur, & oĩbus nomen eſſe Scolotis regis cognomen.Sed Scythas Græci appellauêre. Hunc in modum ſe extitiſſe Scythæ memorant,& ex quo extiterunt à primo rege Targitao, vſq; ad Darij aduerſus ipſos tranſitum,annos oĩnò mille nõ amplius fuiſſe. Aurum verò illud ſacrum in primis cuſtodiri à regibus,placariq;ue maioribus hoſtijs,& adiri quotannis ſolenniter:& qui aurum ſacrum habet,die feſto dormire ſub dio,& eum nunquam peramare: & ob id dari ipſi tantum ſoli,quantũ vno die vectus equo peragrare poteſt.Et cùm regio ſit ingens,Colaxaïn cõſtituiſſe trifarium filijs ſuis regnũ.Vnũ quidẽ (q̃ maxima portio eſt) vbi aurum aſſeruatur.Superiora autem ad ventum aquilonem vergẽtia,vltra quam regionem nulli incolere poſſint,neque proſpicere, neq; tranſire,propter interfuſas pennas.Pennis enim tum terram,tum aërẽ oppletum eſſe:& has p̃ſepire viſum.Hæc Scythæ de ſeipſis,pariter ac de regione ſuperiore narrãt. Sed Græci qui Pontum incolunt,ad hunc modum:Herculẽ Geryonis vaccas agentem,in hanc perueniſſe terram,quæ deſerta eſſet,quam nunc Scythæ incolunt. Geryonem autem habitaſſe extra Pontum in terra q̃ Græci vocãt inſulam Erythriam,

contra

Serui Scytharũ quare oculis orbentur.

Lactis emulgendi modus apud Scythas.

Scythæ feſtiuum cõſilium.

Scytharũ origo.

Auchatæ. Catiari. Paralatæ. Scolotis.

Aurum ſacrum.

Hercules. Geryonis vaccæ.

contra Gades, quæ ſunt extra columnas Herculis in oceano. Oceanum verò ab ortu ſolis incipientem, circunfluere terram, verbis quidem affirmãt, ſed re tamen non demonſtrant. Illinc Herculem, cùm ad regionẽ quæ nunc Scythica vocãt, veniſſet, ſubtracta ſibi pelle leonis obdormiſſe (deprehenderat enim eum vehemens pluuia & gelu) & dum dormit, interea equas eius à curru paſcentes, diuina quadã ſorte amotas, non comparuiſſe. Eas experrectus cùm indagaret, omnem regionem colluſtrans, tandem in terrã quæ dicitur Hylæa deueniſſe: ibique in antro quandam inueniſſe virginem ancipitis naturæ, humanæ ac ſerpentinæ: ſupernè quidẽ femorum tenus fœminam, inferius autem viperã. Eam conſpicatum Herculem atq; admiratũ interrogaſſe, nuncubi ſuas equas errabundas vidiſſet? Illãque reſpondiſſe, ſe quidem illas habere: ſed non prius redditurã ei, quàm cum ipſa coijſſet: Herculem ſub ea mercede cum fœmina cõcubuiſſe. Sed cùm illa differret reddere equas, cupida diutiſſimè cum Herculẽ concũbendi, & hic cuperet receptis equis abire, ad poſtremũ illis redditis mulierẽ dixiſſe: Has ego tibi equas, q̃ huc venerãt, ſeruaui, tu earum ſeruatarum precium mihi perſoluiſti. Concepi enim ex te filios tres: qui vbi adoleuerint, expone quid facere debeam, nunquid hîc habere domicilium (nam ipſa huius regionis imperium teneo) an ad te mitti: Hæc percontatæ reſpondiſſe: Poſteaquam eos in virilem ætatem adoleuiſſe videris, ſi ita facies, nõ delinques: Quẽ animaduerteris eorum hunc arcum ita tendentẽ, & hoc balteo ita percinctum, eum tu huius regionis incolã effice. Qui autem his operib. quæ mando nõ erit par, eum hinc ablegabis. Hæc exequendo & ipſa lætaberis, & præceptis meis obtemperaueris. Atque ita locutum Herculẽ, tetendiſſe alterum arcum (duos em̃ geſtabat) & balteum præmonſtraſſe, atq; vtrunque mulieri tradidiſſe arcum & balteum, qui balteus in commiſſura haberet aureã phialã: & his donatis abijſſe. Illam pueris natis noĩa impoſuiſſe, vni Agathyrſo, ſequenti Gelono, nouiſſimo Scythæ. Et cum in virilem ætatem adoleuerunt, eandẽ mandatorum memorem illa peregiſſe: & duos quidẽ filiorum, Agathyrſum ac Gelonem, qui propoſito certamini nõ ſuffeciſſent, à matre ablegatos è regione exceſſiſſe. Scytham vero, qui rẽ compleſſet, ibidẽ remanſiſſe: & ab hoc rege progeneratos deinceps reges Scytharum: eoq; ab illa phiala Scythas ad hanc vſque ætatẽ phialas in balteis ferre: & id ſolum Scythę matrẽ excogitaſſe. Hęc Græci q̃ habitant in Ponto, referũt. Ferũt & alius ſermo, ita habẽs, cui ipſe p̃cipuè aſſentior: Scythas pecuarios, qui Aſiã incolunt, cùm à Maſſagetis bello vexarentur, Araxe tranſmiſſo, in Cimmeriã abiſſe. Nam regio quã nunc Scythę incolunt, ea ſe. t olim fuiſſe Cimmeriorũ. Sed inuadentib. Scythis Cimmerios, cùm deliberarẽt, vt qui magno inuaderent exercitu, in ſententia diſcrepaſſe, hinc reges, inde plebẽ, vtraq; quidem valida, ſed regum meliore. Nã populus ſentiebat abſtinendum bello, nec oportere cum multis adire periculum: reges autẽ pro regione cùm inuaſoribꝫ. dimicandum. Ita cum neutris alteri obtemperare vellent, & populares cenſerent ſine prælio demigrandum, tradita inuaſoribꝫ. regione, reges in ſua potius patria occumbendum, nec vnà cum plebe fugiendum, reputantes quot bona habuiſſent, & quot mala euidentia habituri eſſent patria profugi: hæc illis è diuerſo ſentientib. inter ſe decertaſſe, vtroſque numero pares: & oẽs qui mutuis ictibus corcidiſſent, fuiſſe à plebe Cimmeriorum ſepultos ad flumen Tyram, quorum adhuc ſepulcrum extat. His humatis, cæteri è regione migrarunt: quam deſertã ſuperuenientes Scythæ occupauêre. Extantq; adhuc in Scythia tum muri Cimmerij, tum portoria Cimmeria, tum loco cuidã nomen Cimmerio, tũ Boſphorus qui Cimmerius appellat. Conſtat aũt Cimmerios in Aſiã fugiſſe Scythas, q̃ Cherſonneſum cõdiderũt, vbi nunc Sinope Græca vrbs ſita eſt. Apparet etiã Scythas in illis p̃ſequendis Mediam intraſſe, via aberrantes. Nam Cimmerij quidẽ fugientes iter ſem̃ p̃ ſecundũ mare tenebant: Scythę aũt eos ad dexteram Caucaſum habẽtes inſequebãtur, ingreſſi Mediam, itinere in mediterranea conuerſo. Alia quoq; fertur communis Græcorũ barbarorumq; narratio. Ariſteus quidã Proconneſius, verſificator, Caſtrobij filius, memorat

Pœmina ſemipeta.

Herculis filij.

Herculis arcus.

Agathyrſ. Gelonus. Scytha.

Phiala in balteis Scytharum.

Cimmerij.

Cimmeriorum ſepulchrum.

Cimmerij muri.

Boſphor. Cimmer.

Ariſteꝰ verſificator.

morat ſe Phœbo inſtinctum veniſſe ad Iſſedònas: & ſupra hos incolere Arimaſpos, hoīes vnoculos: & itē ſupra hos eſſe gryphas, qui aurum aſſeruent: ac ſuper hos eſſe Hyperboreos. i. ſuperaquilonares ad mare pertingentes. Hos autem oēs, præter Hyperboreos, Arimaſpis auctorib. aſſiduè finitimis bellū inferre, & ab Arimaſpis, exterminari Iſſedones, ab Iſſedonib. Scythas, à Scythis vexatos Cimmerios, qui ad auſtra le mare incolebant, regionē relinquere. Itaque ne Ariſteus quidem cum Scythis de ea regione conſentit: qui vnde fuerit, qui hæc retulit, dictū eſt à me. Dicetur item q̄nam de eodē viro in Proconneſo & Cyzico audierim. Ariſteum aiunt, qui nullo ſuę ciuitatis eſſet inferior genere, ingreſſum in Proconneſo fullonicam officinā deceſſiſſe: fullonemq́; occluſa officina, abiſſe denunciatū rem propinquis defuncti. Diſſipatoq́; iā per vrbem rumore, Ariſteum eſſe vita functū, ſuperueniſſe ſermoni de hac re diſputantium quendam Cyzicenum, ex vrbe Artacia, pfectum, qui diceret ſeſe fuiſſe cōgreſſum cum Ariſteo apud Cyzicum, atque collocutū. Et cùm id iſte cōtendendo aſſeueraret, propinquos mortui ad fulloniam p̄ſto fuiſſe, habētes q̄ ad efferendos homines pertinent. Aperta domo, Ariſteum nec viuum apparuiſſe, nec mortuum: ſepti moq́; deinde anno, cum in Proconneſo apparuiſſet, eos verſus feciſſe, qui nunc à Grę cis Arimaſpei vocantur: quibus conditis, rurſus euanuiſſe. Hoc illæ ciuitates cōmemorant: quod ſcio congruiſſe cum Metapontinis, qui ſunt in Italia, trecentis & quadraginta annis poſtquam iterum euanuit Ariſteus, quemadmodum conijciens & in Proconneſo & apud Metapontinos inueni. Metapontini aiunt, Ariſteum cùm apud ipſos apparuiſſet, iuſſiſſe aram Apollinis extrui, q̄ cognomen haberet Ariſtei Proconneſij: & iuxta eam erigi ſtatuam, quod diceret Apollinē ad eos ſolos ex Italicis in ipſorum terrā veniſſe, illū ſe aſſectante. Et qui nunc Ariſteus eſſet, cùm deū aſſectatur, tum fuiſſe coruū: & hæc locutum, è conſpectu abiſſe. Eoq́; aiunt Metapontini ſe Delphos ad deum miſiſſe ſciſcitatum, quodnā illud hominis eſſet proloquiū, ſibiq́; iuſſiſſe Pythiam, vt dicto audientes eſſent. Melius em̄ cum ipſis actū iri, ſi parērent: & hæc ſe admittentes perfeciſſe. Et nunc ſtatua extat cognomine Ariſtei, iuxta arā ipſam Apollinis, in foro extructā, circunſtantib. vtrinq́; lauris: Hæc hactenus de Ariſteo. Regionis aūt, de qua nos dicere inſtitueramus, quænam ſint vlteriora, nemo exploratū habet. Neq́; em̄ id ego ab aliquo audire potui, qui ſe diceret noſſe, q̄ ipſe vidiſſet. Ac ne Ariſteus quidem ipſe (cuius paulo antè feci mētionem) in his quos fecit verſibus, ait ſe vltra Iſſedonas proceſſiſſe: ſed vlteriora fando ſibi eſſe cognita, quod Iſſedones diceret iſta cōmemorare. Verùm nos, quoad longiſſimè rē inueſtigare potuimus, omnē referemus: Ab emporio Boryſthenitarum (hoc em̄ ex maritimis totius Scythiæ eſt maximè mediū) primi incolunt Callipidæ, qui ſunt Græcoſcythæ, id eſt, è Græcis facti Scythæ, ſuper hos aliud genus eorum, qui vocantur Halizones. Horum vtrique cùm in cæteris ſeruant ritum Scytharum, tū in ſerēdo atque veſcendo cepe, allio, lente, milio. Supra Halizones incolunt Scythæ aratores, qui non ad panē conficiendū ſerunt triticum, ſed ad illud torrēdum. Supra hos incolunt Neuri: quorū tractus qui ad aquilonē vergit, quantū nos ſcimus, vaſtus eſt. Atque hæ quidē nationes iuxta flumen Hypanim colūt, ad occidentalē partē Boryſthenis. Verū tranſmiſſo Boryſthene à mari in primis eſt Hylæa. Dehinc habitāt Scythæ agricolæ, quos Græci qui ſub Hypane incolūt, Boryſthenitas appellāt: Ipſi vero ſe Olpiopolitas. Hi igitur agricolæ Scythæ colunt eū quidē tractū, qui vergit ad aurorā, trium dierū itinere pertinentes ad flumen noīe Panticapen. eū verò qui ad ventū aquilonem, vndecim dierū nauigatione Boryſthenē verſus. Nā tractus qui vlterior eſt, in multū ſanè ſpacij deſertus eſt. Vltra quā ſolitudinem Androphagi habitant. i. virorum carne veſcentes, ſeparata natio, ac nequaquā Scythica. Et ſupra hos vaſta iam proculdubio omnia: nec vlla gens quantum nos ſcimus. At horum Scytharū qui agricolæ ſunt, plagam quæ ad aurorā vergit, tranſmiſſo flumine Panticape, Nomades, id eſt, pecuarij Scythæ incolunt, neque ſerētes quicquā, neque arantes. Nuda arborib. eſt omnis hæc plaga præ-

Arimaſpi. Hyperborei.

De Ariſteo mirum.

Arimaſpei verſus.

Ariſtei Proconeſij ara

Boryſthenitarum emporiū. Callipidę.

Neuri.

Androphagi.

Nomades.

ter

ter Hylęam. Nomades iſti incolunt tractū quatuordecim dierum longitudinis, auro ram verſus, ad Gerrhum vſq; flumen. Trans Gerrhum aūt ſunt ea q̄ vocantur regia, & Scythæ optimi pariter & plurimi, & qui ſuos ſeruos eſſe cęteros Scythas arbitant̄: à meridie quidem ad Tauricam regionē pertingentes, aurora verò ad foſſam, quam duxerunt illi qui ex cæcis geniti fuerant, & ad emporium paludis Męotidis, quod vo catur Cremni, id eſt, prærupta. Quorum pars ad flumen Tanaim porrigitur. Quæ ſu periora ſunt ad ventū aquilonem Scytharum regionum, eò incolunt Melanchlæni, alia non Scythica gens. Et ſupra Melanchlænos paludes ſunt, & deſerta hominib. re gio, quantum nos ſcimus. Trans flumen autē Tanaim non regio Scythica, ſed prima Laxiorum, Sauromatarum, qui à receſſu Mæotidos paludis incipientes, incolunt tra ctum qui ſpectat aquilonē, itinere dierū quindecim, vacuum prorſus arborib. tam a greſtibus q̄ fructiferis. Supra hos habitant (quæ ſecunda portio eſt) Budini, terrā co lentes, totā omni arborum genere frequentē. Supra Budinos ad aquilonem ſtatim excipit ſolitudo octo dierū itineris. Poſt hanc ſolitudinem declinando potius ad ven tum ſubſolanū, incolunt Thyſſagetæ, natio copioſa & ꝓpria, & è venatu victitās. His contigui, & in eiſdem habitantes locis his, quib. nomen inditum eſt Iryçę, & ipſi è ve natione victantes, hunc in modum: Conſcenſis arboribus, quæ per omnem regionē frequentes ſunt, inſidiantur. Singulis adeſt canis: item equus, in ventrē cubare edo ctus humilius, ſubſidendi gratia. Vbi quis ab arbore feram viderit, ſagittaq; percuſſe rit, cōſcenſo equo illam perſequitur, comitāte cane. Super hos quà vergit ad aurorā, incolunt alij Scythę, qui à regijs Scythis deficiētes, ita in hunc locū peruenerunt. Ad hos vſque Scythas oīs regio Scythica eſt campeſtris, & ſpiſſi ſoli. Reliqua hinc lapido ſa atq; ſalebroſa. Cuius regionis magno tranſmiſſo ſpacio, incolunt ſub excelſorū mō tium radicib. hi hoīes, qui ab ipſo natali dicuntur eſſe calui, mares pariter & fœminę, ſimis quoque naribus, & ingenti mēto, ꝓprio quodam oris ſono, Scythicam geſtan tes veſtē, ex arborib. victitantes, cui generi arboris nomē eſt Ponticū, magnitudo fe rè eadem quæ fico, fructus fabæ ſimilis, inſtarq; nuclei habens. Id vbi mite eſt, veſtib. exprimunt, & quod ab eo craſsum & nigrum defluit, nomine aſchy, id aut lingunt, aut lacte cōmixtum potant. Ex ipſius quoq; craſſitudinis fece maſſas ad eſum compo nunt. Neque em̄ multum eſt eis pecorū, vtpote non ſtudioſis rei pecuariæ. Sub arbo re quiſque cubat, per hyemem quidem, arbore pileo albo firmoq; contecta, per æſta tem vero, ſine hoc pileo. His nemo mortalium iniuriam infert. Sacri enim dicuntur eſſe, nihilq; Martiorum armorum poſſident. Ijdē finitimorum cōtrouerſias dirimūt: Ad quos quiſquis cōfugit, is à nemine lædit. Nomen eis eſt Argippæi. Ad hos vſque caluos ingens quoquò verſus ꝓſpectus eſt regionis, & gentium, quę in cōſpectu ſunt ex Boryſthenis atq; ex alijs Ponticis emporijs. Scythæ qui ad hos cōmeant, per ſeptē interpretes totidemq́ue linguas perueniunt. Horū tenus notitia rerū habet̄. Quod ſupra caluos eſt, nemo pro cōperto referre poteſt. Nam montes editi atque prę rupti tranſitū interdicunt, quos nemo tranſcendit. Hi tamen calui referunt, quæ apud me fidem nō habent, incoli montes ab hominibus Capripedibus, quos vbi tranſieris, eſ ſe alios qui ſenos menſes dormiant, quod ego in primis non admitto. Sed tractū il lum qui ad auroram caluis eſt, ab Iſſedonib. habitari ſine ambiguitate cōpertum eſt. Ille vero ſuperior, qui vergit ad aquilonem, tā Iſſedonibus quàm caluis ignotus eſt, niſi quatenus iſti ipſi dicūt. Iſſedones talib. moribus vti feruntur. Quoties pater ali cui deceſſit, oēs eius propinqui pecora adducunt: q̄ vbi mactauerunt cōciderunt q̄;, cōcidunt & mortuum patrem illi⁹, à quo in cōuiuium accipiuntur, cōmixtisq́ue om nibus carnib. cōuiuium exhibēt. Caput tum defuncti denudatum purgatumq́ue in aurant, eoq́ue ꝓ ſimulacro vtuntur, agentes illi quotānis maiores hoſtias ceremoni asq́ue. Hæc filius patri facit, quemadmodum Græci natalitia. Dicunt̄ præterea & hi iuſti eſſe, & ipſorum vxores perę què fortes ac viri. Hi & ipſi cognoſcunt̄. Quod ſupra hoc eſt, ibi aiunt Iſſedones eſſe hoīes vnoculos, & gryphes auri cuſtodes. Hoc ab eis

Cremni. Melāchlæ ni.

Laxij. Sauroma tæ.

Venandi modus.

Calui à na tali.

Ponticum arboris ge nus.

Aſchy li quoris ge nus.

Argippæi.

Capripe des.

Iſſedonū mores.

Arimaſpi vnde appellati.

acceperunt Scythæ, à Scythis nos cæteri acceptũ verum putamus, ac Scythicè eos appellamus Arimaſpos. Nam arima Scythæ vnum vocant, ſpu vero oculum. Oĩs autem quam dixi regio, adeò infeſtat hyberna ſæuitia, vt octo menſib. tolerari nõ poſſit: tantum illic gelu eſt. Sicubi aquã effundas, nõ facies ibi lutum: facies autem, ſi ignẽ accenderis. Ibidem quoq; mare glaciatur, & oĩs Cimmerius Boſphorus, ſuper quã glaciem, oẽs qui intra foſſam incolunt Scythę, exercitus ducunt, & plauſtra agunt trans mare vſq; ad Indos. Ita vis hyberna octo menſib. perſtat, quatuor tñ menſib. reliqs frigora illic ſunt. Vbi etiam aliam, q̃in cęteris regionibus, cõditionem habet hyems. Nã cùm tẽpus pluendi eſt, nihil ibi quod ſit vllius momenti, pluit. Aeſtate pluere nõ ceſſat. Quinetiã tonitrua cùm alibi, tum ibi nulla exiſtunt, æſtas nubila eſt. hyeme ſi fiãt tonitrua, pro oſtẽto habetur. Terræmotus in Scythia ſi exiſtat, ſeu æſtate ſeu hyeme, tanquam prodigium admirantur. Eã vim hyemis equi perferunt, muli aſinię; ne incipientem quidẽ ferunt, cum tñ alibi ſtantes in gelido equi labefiãt, aſini verò ac muli durent. Et hæc mihi videtur eſſe cauſa, cur omninò cornua bouino generi ibi non ſuccreſcant, aſtipulante ſententiæ meæ Homeri carmine in Odyſſ. quod ita habet:

Frigoris mira vis.

Bobus vbi cornua ſuccreſcãt

Et Libyen, vbi ſunt cornuti protinus agni.

Odyſs. 4.

Quod rectè dicunt, in locis calidis maturè cornua exiſtere. Nam in vehementib. frigorib. aut nõ oriunt ſtatim pecorib. cornua, aut ſi oriuntur, vix oriuntur. In Scythia itaque hoc ꝓpter frigora cõtingit. Quò magis miror (ab initio enim oratio mea indagare inſtituit) cur in omni Helæo agro muli nequeant gigni, cum neq; locus ſit frigidus, neque vlla alia cauſa appareat. Aiunt Helienſes ipſi ex imprecatione quadã id ſibi cõtigiſſe. Cumque tẽpus aduentat cõceptus equarũ, ſe in loca finitima illas educere. Ibi poſtquã admiſerint aſinos, donec conceperint, tunc rurſus eas reducere. De plumis autem, quib. aiunt Scythæ oppletum eſſe aërem, & idcirco nõ poſſe proſpici lõgius continentem, nec vlterius tranſiri, hæc eſt mea ſententia: Quod vltra eam regionem aſſiduè ningit, & (vt credibile eſt) minus æſtate q̃ hyeme. Nam vt cuilibet eminus intuenti cadentem niuẽ copioſam liquet, quod dico, nix plumis aſſimilis eſt: & propter hãc talem hyemem inhabitabilia ſunt eius cõtinentis loca, ad aquilonem ſpectantia. Eoque opinor, plumas niuem eſſe interpretantes, Scythas ac circuniectas gentes ita loqui. Verùm hæc quæ reperiuntur, lõgiſſimè dicta ſunt. De Hyperboreis aũt hoĩbus neque Scythæ quippiã, neque alij vlli illic incolentium memorant, præter Iſſedones, nec ipſi quidẽ (vt mihi videtur) dicentes aliquid. Diceret enim & Scythæ de hoc, quemadmodum de vnoculis dicunt. Quanq̃ & ab Heſiodo de Hyperboreis mentio fit, quinetiã ab Homero in Epigonis, ſi tamen Homerus re vera fecit hos verſus. Sed multo plurima de his Delij memorant, ſacra alligata in triticea ſtipula ex Hyperboreis delata veniſſe ad Scythas: à Scythis deinceps finitimos accepiſſe, gradatimque ꝓ ſingulos ad occaſum vſque, atq; illinc meridiẽ verſus dimiſſa, à primis Græcorum Dodonęis eſſe accepta, & ab his deſcendiſſe ad Melienſem ſinũ, peruaſiſſeque in Euboiã, & oppidatim vſque ad Caryſtũ, & illinc reliquiſſe Andrum. Caryſtios emẽ eſſe, qui in Tenum portarint: Tenios verò in Delum, atque ita hæc ſacra in Delum aiunt perueniſſe. Sed primum Hyperboreos miſiſſe duas puellas, q̃ ferrẽt hæc ſacra, quas Delij aiunt Hyperocham & Laodicẽ, & cum his tutelæ gratia quinque è ſuis popularib⁹, qui eas deducerent, nunc Peripherees vocatos in Delo, vbi in magno honore habentur. Et cũ iſti ab Hyperboreis miſſi rurſus nõ redirent, indignè ipſos Hyperboreos tuliſſe, ſi eos quos aſſiduè mitterent, nõ reciperent. Ita miſiſſe qui ferrent ad cònfines ſuos ſacra in ſtipula tritici ligata, juberẽtque illos cõſideratè mittere ad aliã nationem. Atque ita hæc gradatim miſſa, aiunt deueniſſe in Delum. His quidẽ ſacris ſimile quiddam fieri animaduerti à fœminis Tracijs, atque Pæonijs, q̃ in ſacrificando regiæ Dianæ, nõ ſine ſtipula triticea id faciũt, atque ipſe vidi eas facientes. Cæterùm his virginib. Hyperboreis vita functis in Delo, parentant puellæ Deliæ ac pueri, tonſis vtriq; crinib⁹, quos puellæ quidẽ fuſo inuolutos, ſupra monumẽtum aliarũ deponunt:

Hyperborei.

Heſiodus. Homeri Epigoni.

Sacra Hyperboreorum,

Deliæ puellæ ſacræ.

Traciæ fœminæ. Pæoniæ mulieres. Dianæ regiæ ſacra.

nunt: pueri autẽ ad quandam herbam applicantes, & ipſi ſepulcro imponunt. Eſt aũt monumentum intra Artemiſium ad ſiniſtram intrantibus, olea illic ſuperenata. Hoc honore ab incolis Deli afficiuntur hæ virgines. Aiunt ijdẽ Argin & Opin virgines ex Hyperboreis, eorundẽ hoĩm ætate in Delum veniſſe, etiã priores Hyperocha & Lao dice: & has quidẽ veniſſe ad reddendum Lucinæ tributum, ꝓ partu maturãdo, quod inſtituerant. Argin verò & Opin vnà cum ipſis deis aduenisſe, & honorib. alijs ante illas fuiſſe donatas. Ad eas em̃ congregari cœtũ mulierum, q̃ hymnum canant ab Olene Lycio conditum, in quo hymno nomina Argis & Opis nuncupant. Deinde à Delijs edoctos inſulanos & Iones, cœtus agere inſtituiſſe, & noĩatim Argin & Opin decantare. Hic Olen è Lycia ꝓfectus, alios quoq; vetuſtos fecit hymnos, qui cãtantur in Delo, dum cinis qui ſupra ſepulcrum eſt Argis & Opis, diſpergitur ſuꝑ infinitã ægrotorum turbã, qui ad arã ſunt. Eſt aũt ſepulcrum earum poſt Artemiſium, ad auroram ſpectans, proxime Ceiorum cœnaculũ. Hacten⁹ de Hyperboreis dictũ ſit. Nã de fabula Abaris, qui fertur eſſe Hyperboreus, nihil dico: q̃ ſagittam dicitur per vniuerſam terrã circunduliſſe, nihil comedens. Quod ſi qui ſunt Hyperborei .i. ſuperaquilonares, erunt alij & Hypernotij .i. ſuperauſtrales. Nẽpe rideo, cum multos video iã deſcripſiſſe ambitũ terrę, nullum habẽtes in exponendo ſenſum, q̃ Oceanũ ſcribunt circunfluere terrã, tanq̃ tornum factã eſſe orbiculatam, & Aſiam facientes Europę parẽ. Nam ego ſingularum magnitudinẽ breui patefaciam, & quanta ſint ſingula ad deſcribendum. Vbi Perſæ incolunt, id ad auſtrale ꝓtenditur mare, quod dicitur rubrũ. Super hos ad ventũ aquilonem habitant Medi, ſuper Medos Sapires, ſuper Sapires Colchi ad ſeptẽtrionale ꝓtingẽtes mare, in quod influit flumen Phaſis. Hæ quatuor nationes à mari ad mare incolunt. Dehinc veſperã verſus, ab ea duę oręterrarũ ad mare protenduntur, quas ego exponã. Hinc quà ad aq̃lonem vergit, ora vna à Phaſi incipiens porrigitur ad mare ꝑ Pontum & Helleſpontũ, vſq; ad Sigeum Troicum. Quà verò ad auſtrum vergit, eadẽ ora à ſinu Mariandico, q̃ Phœnici adiacet, tenditur ſecũdum mare ad promontorium vſq; Triopium. Incolunt aũt in ora hac hoĩm nationes triginta. Talis eſt in vna ora. Altera verò à Perſis incipiẽs, porrigitur ad rubrũ mare, quod & Perſicum vocatur: deinde gradatim Aſſyria, atq; inde Arabia, deſinitq; in ſinu Arabico: & ſi nõ deſineret, niſi q̃ Darius è Nilo riuos in illũ ſinum induxit. A Perſis ad Phœnicẽ tract⁹ amplus eſt ac mult⁹. A Phœnice hæc ora tẽdit ſecundũ hoc mare ꝑ Syriã Paleſtinam & Aegyptum, in qua terminatur: intra quam tres ſunt omninò nationes. Atq; hæ ſunt q̃ à Perſis occaſum verſ⁹ in Aſia cõtinent. Quæ ſupra Perſas ſunt, & Medos, & Sapires, & Colchos, aurorã verſus & ſolem orientẽ hinc mari rubro abluuntur: aquilonẽ verſus, à mari Caſpio & flumine Araxe, qui cõtra ſolem orientem fluit. India tenus habitatur Aſia. Illinc iã aurorã verſus deſerta ſunt: nec quãlia ſint, dicere quisq̃ poteſt. Et Aſia quidẽ talis & tãta eſt. Africa aũt ab altera ora eſt, ab Ægypto em̃ iam excipitur. Hęc ora circa Ægyptũ iam anguſta eſt. Nã ab hoc mari ad rubrũ, intercapedinis eſt centũ milliũ vlnarũ, q̃ ſunt mille ſtadia. Ab his deinceps anguſtijs ſpacioſa ſanè ora excipit, quæ Africana dicitur. Itaque admiror eos, q̃ diſterminarunt atq; diſtinxerunt Africã, Aſiam, Europã: inter quas nõ parum eſt differentiæ. Siquidẽ Europa lõgitudine q̃dem cęteras aſſequitur, latitudine vero nõ videtur mihi cõparari digna. Nã Africa ſeipſam mõſtrat circunfluã mari eſſe, excepto duntaxat vbi Aſiæ cõtermina eſt, Neco Ægyptiorũ rege, eorũ quos nouim⁹ primo in hoc demõſtrãdo. Is poſtq̃ deſtitit à deprimẽda foſſa, à Nilo ad Arabicũ ſinũ miſit nauib. quoſdam Phœnices, p̃cipiẽs vt tranſuecti columnas Herculeas penetrarẽt ad ſeptentrionale vſque mare: atq; ita ad Ægyptũ remearẽt. Phœnices igitur è rubro mari ſoluẽtes, abierunt in mare auſtrale: q̃ poſtq̃ autumnus aduenerat, applicitis ad terrã nauib. ſementẽ faciebãt: vt aſſiduè Africani legerẽt, ac meſſem expectarẽt. Deinde meſſo frumẽto nauigabãt. Ita biennio cõſumpto ad Herculeas columnas, anno tertio declinantes in Aegyptum remearunt, referẽtes q̃ apud me fidem nõ habent, forte apud aliquem alium: ꝑtereuntes Africam, ſe habuiſſe ſolem ad dextrã. Atque hunc in mo-

Argis. Opis.

Lucinæ tributum.

Olen Lycius.

Ceiorum cœnaculũ Abaris fabula.

Orbis partitio.

Aſia.

Europa.

Phœnices ad Africã cognoſcẽdam miſſi.

dum Africa primum eſt cognita. Secundo loco fuêre Carthaginiẽſes, q̃ dixerunt quẽ dã Sataſpẽ, Teaſpis filium, virum Achæmenidẽ, qui Africã nõ pernauigauit cum eſſet ad hoc ipſum miſſus: ſed tum nauigatiõis lõgitudine, tum terrę ſolitudine deterritus retrò redijt, nõ impleto labore, quẽ ei mater iniunxerat. Etenim vitiauerat filiã virginem Zopyri, filij Megabyzi, quem ob hãc cauſam à Xerxe rege ſuffigendum cruci mater ſua q̃ fuerat Darij ſoror, liberauit: q̃ diceret ſe maiõ illi ſupplicium irrogaturam, q̃ rex pararet. Quippe neceſſe ei fore, pernauigare oẽm Africã, dum perueniret ad Arabicum ſinum. His annuente Xerxe, Sataſpes in Ægyptum abijt, ſumptaq; illinc naue ac ſocijs, nauigauit ad columnas Herculis: quib. tranſmiſſis, circumuectus Africę ꝓmõtorium, noĩe Syloes, in meridiẽ curſum tenebat. Emenſusq; permultũ maris intra cõplures menſes, cũ aſſiduè pluri tẽpore opus eſſet, cõuerſo curſu in Ægyptũ redijt. Et illinc ad regẽ Xerxẽ regreſſõ, aiebat ſe in ꝑternauigãda remotiſſima ad q̃ierint ora, vidiſſe hoĩes puſillos, Phœnicea vtentes veſte, q̃ quoties ipſi terræ nauim applicarẽt, ad mõtes ſe fuga proriperent relictis vrbibus. Ipſos aũt illos ingreſſos nihil iniurię in tuliſſe, pecora tm̃ illinc excepiſſe. Quod aũt totã Africã nõ pernauigaſſent, hãc cauſã afferebat, q̃ nauigium vlterius procedere nõ poſſet, ſed retineret. Hunc Xerxes negãs locutum vera, q̃ certamen ſibi propoſitum nõ exoluiſſet, in crucem ſuſtulit, irrogata quã deſtinauerat pœna. Huius Sataſpis eunuchus audita dñi nece, Samum cum magna pecunia profugit, quã Samius quidã interuertit. Eius nomen cum ſciã, tñ volens obliuiſcor. Aſię bona pars à Dario inueſtigata eſt. Is cupidus cognoſcẽdi vbinã Indus (qui ſecundus oĩm fluminũ crocodilos ꝑſtat) mare influat, miſit nauib. cũ alios quoſdã, quos uera renũciaturos cõfidebat, tũ Scylacẽ quendã Caryandem. Illi à Caſpatyro urbe, & à terra Pactyia ꝓfecti, ſecundo flumine aurorã verſus atque ſolẽ oriẽtem nauigãtes in mare: dehinc per ipſum mare, triceſimo demum menſe tenuerunt eum locũ, vnde rex Ægyptiorũ eos Phœnices, quos anteà dixi, miſerat ad Africã ꝓnauigãdam. Poſt horum pernauigationẽ Dariꝰ Indos ſubegit, & eo mari potitꝰ eſt. Ita Aſiã (ꝑter eam q̃ orientem ſolẽ ſpectat) cõpertum eſt parem Africę eſſe. Europa à nemine inueſtigata eſt, neque quà ad oriẽtẽ, neq; quà ad aquilonem vergit, an mari claudat. Lõgitudine tñ cognoſcit ad vtrãque accedere. Neq; poſſum cõiectura colligere, vnde ſit: & cũ vna ſit terra, trifaria ſint ei noĩa indita è mulierũ cognominib. eiusq; fines ponant Nilꝰ fluuius Aegyptiacus, & Phaſis Colchidicꝰ. Alij aiũt eſſe fines Tanaim & Mę otidẽ, fretũque Cimmeriũ: ſed negãt ſe audiſſe noĩa eorũ, q̃ hæc diſtinxerũt, & vnde noĩa impoſuerint. Iã em̃ Libya quidem .i. Africa, à pleriſque Græcorum fertur ſortita nomẽ à Libya quadã muliere indigena. Aſia verò ab vxore Promethei: quanq̃ Lydi hoc ſibi nomẽ vendicãt, aſſerentes ab Aſio Manei filio Aſiã appellatam, nõ ab vxore Promethei. Vnde & Sardib. familiam quandam eſſe vocatam Aſiadem. Europa aũt neque an ſit mari circunflua, neque vnde hoc nomẽ acceperit, neque q̃s noĩs auctor extiterit, ab aliquo mortaliũ cõpertũ eſt, niſi quod dicimus ab Europa *Tyria nomẽ accepiſſe regionẽ: nec antè, ſicut cæteras nomẽ habuiſſe. Tm̃ illã ex Aſia fuiſſe cõſtat, neq; in hãc cõmeaſſe terrã q̃ nũc à Gręcis vocat Europa, ſed è Phœnice tm̃ in Cretã, & è Creta in Africã. Hæc hactenꝰ de his dicta ſunt. Nã q̃ ſentimꝰ de his, hæc dicimus. Põtus Euxinus, in quem Darius fecit expeditionẽ, nationes exhibet oĩm imperitiſſimas, Scythica duntaxat excepta. Nullius em̃ natiõis corũ q̃ ſunt intra Põtum, aut alì quid ad ſapiẽtiã ꝓtinẽs, proferre poſſumꝰ, aut aliquẽ virum pro erudito habitũ nouimus, ꝑter Scythicã gentẽ & Anacharſim. In gente Scythica ex omnib. humanis negocijs vnũ maximum, quantũ nos ſcimus, excogitatũ eſt. Nã cætera nõ admiror. Quod maximũ ab eis excogitatũ .i. vt neq; quiſpiã qui ad eos ſe cõtulerit, aufugere: neq; ipſi capi poſſint, aut ne inueniri q̃dẽ, ſi nolint, atq; deꝑhẽdi. Siquidẽ nullæ ſunt eis vrbes, nulla mœnia extructa. Domos ſecũ ferũt ſinguli: equeſtresq; ſunt ſagittarij, nõ pane victitãtes, ſed ex pecoribus: pro domib. plauſtra habẽtes: quidni, imbelles alioqui futuri, & ad dimicandũ inhabiles? Hæc ſunt ab eis inuẽta, cũ opportunitate terrę, tũ fluminũ beneficio. Nam hæc terra cum ſit campeſtris, ſua ſpõte vliginoſa eſt & humida,

eam-

Zopyri filia.

Sataſpes cruci ſuffixus.

Indi à Dario ſubacti.

Aſia.

Europa.

Libya vnde.

Aſia vnde.

Europa vnde appellata.

*Aliter, Syria.

Pontus Euxinus.

Anacharſis.

Scytharũ mores.

eāque interfluūt flumina nō multò pauciora numero, q̄ in Aegypto fossę. Quorum quæ sunt celeberrima, & à mari nauigabilia, ea recēsebo. Ister quinque ostia habens, post hūc Tyres, & Hypanis, & Borysthenes, & Pāticapes, & Hypacyris, & Gerrhus, & Tanais. Hi horsū fluunt. At Ister, oīm quos nouimus fluuiorū maximus, sem p̄ sibi ipsi par, tā ęstate q̄ hyeme, fluit ab Hesperio, primus oīm q̄ sunt in Scythia. Ob id oīm maximus, q̄ alij in eū influūt q̄ ipsū ingentē reddūt, p̄ Scythiā delapsi numero quinque. Vnus quē Porata Scythę appellant, Greci Pyretō, alter Tiarātus, tertius Ararꝰ, quartus Napares, q̄ntus Ordissus. Horū primo loco dictus, fluuius magnus est, ad aurorā fluens, cū Istri aqua cōmunicat. Minor est Tiarantus, ad hesperū magis vergens. Inter quos cęteri fluentes, Ararus, Naparis, & Ordissus, in Istrū infunduntur. Hi sunt vernaculi Scythiæ amnes, q̄ illum augent, in quem etiā euoluuntur. Ex Agathyrsis q̄dem fluens vnus, Maris: ex Hæmi verò iugis tres alij ingentes ad aquilonē ventū, Atlas & Auras, & Tibesis. Per Thraciā verò & Crobyzos Thraces, Athres, & Noas, & Atarnes. Et ex Pæonijs ac mōte Rhodope, mediū interscindēs Hęmū, Cius. Quin ex Illyris in aquilonē tendēs Angrus, planitie Triballiā interfluēs, Brongū intrat, Brongus Istrum. Ita vtrūque p̄ se magnū Ister excipit. Præterea ex Vmbricorum regione Carpis, & alius ad ventum aquilonē Alpis in Istrum exeūt. Oēm em̄ Europam Ister emetitur (sumpto ex Celtis initio, qui oīm in Europa ad solis occasū extremi sūt post Cynetas) totāque p̄mensus Europā, ex trāsuerso ingreditur Scythiā. His quę dixi fluminibus, & alijs aquas ferentibus, Ister fit oīm maximus. Quod si alterius cū alterius aqua cōparetur, p̄fectò Nilus copia aquę añcellit, q̄ in eum nullus neque fluuius neque fons ingrediens, ad incremētum aquę confert. Quod autē Ister sibi sem p̄ par fluit, tā ęstate quàm hyeme, ob id fit (vt mihi videtur) q̄ hyeme est, quantus est, aliquantulò maior quàm sua natura fert. Nā p̄ hyemē paululū in ea regiōe pluit, sed vbique fingit: æstate verò nix, q̄ sub hyemē decidit p̄multa, vndique in Istrum liquefacta dilabitur, eumque implet, nec ipsa solū, sed cū ea imbres multi atque vehemētes. Quippe p̄ æstatē pluit, quo t̄pe quāto plus aquæ sol ad se attrahit quàm hyeme, tāto plus aquæ cū Istro miscetur æstate quàm hyeme. Ita cùm paria faciat Ister datis aquis & acceptis, fit vt semper videatur sibi esse similis. Ex fluminibus ergo quę apud Scythas sunt, vnū est Ister. Post hunc Cyres, q̄ ab aq̄lone meās, ortū trahit ex ingēti palude, q̄ Scythicā terrā à Nebride separat. Ad ostiū huius incolūt Gręci, q̄ Tyritę vocāt. Tertium flumē est Hypanis, ex Scythia veniēs, & ex magna palude p̄fluēs, circū quā pascūtur equi sylueſtres cādidi, rectęq̄; vocāt hæc palus mater Hypanis. Ex hac igitur ortus Hypanis, fluit ferè quinq; dierum nauigatiōe, angustus, & adhuc dulcis, sed mox quatuor à mari dierū nauigatiōe sanè q̄ amarꝰ, p̄pter amarū qui in eū fluit, fōtē: adeò inq̄ amarū, vt cum sit exiguꝰ magnitudine, tñ īficiat Hypanī flumē, in paucis mag num. Est autē hic fons in finib. regiōis Scytharū Aratorū & Alizonū, eodē noīe quo locus vnde emanat, Scythica lingua Amarāpeus. i. sacrę vię. Apud Alizonas cōtrahūt terminos suos Tyres & Hypanis, mox deinde in diuersum abeūtes, mediā intercapedinē laxāt. Quartus fluuius est Borysthenes, secundū Istrū oīm maximus, & nr̄a sentētia, nō modò Scythicorū fluuiorū lōgè huberrimus, sed etiā cæteris huberior, p̄ter Ægyptium Nilum, cum quo nō licet alium cōparare. Cęterorum huberrimus est Borysthenes, pascua p̄bēs amœnissima, & accōmodatissima pecoribus, necnō optimorū ac singularium affatim piscium, idē ad potādum suauissimus, liquidus inter turbidos fluēs, iuxta quē semētis optima fit, & herba nō satiua, etiā altissima. In cuius quoque ostio ingens vis salis sua spōte cōcrescit. Præbet idem ingentia cete ad salsurā, spinis carentia, quæ antacæos appellant. Alia p̄terea p̄stat admiratione digna. Quadraginta dierum nauigatiōe vsq; ad locum noīe Gerrhum, cognoscitur ab aquilone fluere. Superiora per q̄ fluit, nemo hoīm eloqui potest. Apparet tñ fluere per solitudinem ad Scytharum agricolantium plagam. Nam hi Scythæ decem dierum nauigatione accolunt hoc flumen. Cuius tantum ac Nili fontes, nec ipse possum, nec vllum Græcorum reor posse dicere. Idem cùm ad mare aduentat, Hypanis cum eo miscetur: eodē

Flumina Scythiæ.

Noas.

Triballia planities.

Celtæ.

Ister semper par.

Equi sylueſtres cādidi.

Aratores Scythæ. Alizones.

Borysthenes.

Sal sua sponte cōcrescens.

Nili fontes.

Cereris delubrum. in loco mare irrumpens. Quod inter hos amnes in confluentem tendentes intercapedinis eſt, Hyppoleo promontorium vocitat, vbi delubrũ Cereris extructũ eſt. Vltra quod delubrũ ſub Hypani incolũt Boryſthenitæ. Hactenus q̃ ab his fluuijs. Poſt hos alius, q̃ quintus eſt, noĩe Pãticapes, & ipſe ab aquilone fluẽs, atq; è palude. Inter quẽ & Boryſthenẽ incolũt Scythæ agricolatores. Idẽ in Hylæã ingredit, qua trãſmiſſa, Boryſtheni immiſcet. Sextus eſt Hypacaris, q̃ è palude manãs, mediosq; Scythas pecuarios influẽs, in mare voluit, iuxta Carcinitim oppidũ, ad dexterã coërcẽs Hylæã, & curſũ, q̃ dicit Achillis. Septimus eſt Gerrhus, nomẽ à loco obtinẽs, q̃ è Boryſthene dirimit circa ea loca, apud q̃ Boryſthenes cognoſcit: cui loco nomẽ eſt Gerrho, diſterminatque regionẽ Scytharũ pecuariorũ ac regiorũ. Et dũ in mare fluit, in Hypacarim dilabit. Octauus eſt Tanaïs, q̃ ſuperi⁹ è vaſta palude pfluẽs, in aliã vaſtiorẽ diffundit, noĩe Mæotũ, q̃ diſcludit regios Scythas à Sarmatis. In hunc Tanaïm alius influit, noĩe Hypgis. Ita Scythæ celeberrimis amnib⁹ muniti ſunt. Gramen qđ in Scythia germinat, oĩm q̃ nos nouimus germinũ aridiſſimũ eſt, quod ita ſe habere diſſectis pecorib⁹ licet diſcernere. Et ea quidẽ q̃ maxima ſunt, ita apud eos abundãt. Cæteri eorũ mores hũc in modũ ſunt inſtituti. Deorũ hos ſolos ppiciantur: Veſtã ante oẽs, deinde Iouẽ ac Telluré, exiſtimãtes Telluré Iouis cõiugẽ eſſe. Poſt hos Apollinẽ, & cæleſtẽ Venerẽ & Martẽ, & Herculẽ. Hos cuncti Scythæ deos arbitrant. Sed q̃ regij Scythę vocãtur, etiã Neptuno ſacrificãt, appellãtes Veſtã lingua ſua Tabiti, Iouẽ Papæũ, mea ſentẽtia rectiſſimè: Telluré Apiã, Apollinẽ Oetoſyrũ, cæleſtẽ Venerẽ Artimpaſam, Neptunũ Thamimaſadẽ. Simulacra & aras & delubra faciẽda nõ putãt, pterq̃ Marti. Idẽ ſacrificiũ prorſus apud oĩa tẽpla fieri, eodẽ modo eſt inſtitutũ, qui talis eſt: Victima ipſa primoris⁹ implicita pedib⁹ ſiſtitur, cuius à tergo ſtãs immolator, amota in primis infula, pecudẽ ferit, eaq̃; cõcidente deũ inuocat, cui illã mactat: deinde circundat laqueum collo, tũ iniecto baculo circũducit, hoſtiãq̃; ſtrãgulat nõ incenſo igni, nõ votis nuncuparis, nõ ſumptis libamentis: ſed vbi pecudẽ ſtrãgulauit, eiq̃; pellẽ detraxit, ad coctura ſe cõuertit. Verùm cùm Scythica regio lignorum ſit admodũ inops, hoc ab illis ad carnẽ coquendã excogitatũ eſt: Vbi victimã pelle denudarunt, denudãt oſſa quoque carnib⁹, dehinc illas in lebetes eius gentis, Lesbijs craterib⁹ aſſimiles, niſi q̃ ſunt multò capaciores, inijciunt. Subiectis atq; ſuccẽſis oſſib. hoſtiarum, coquunt. Si autẽ nõ adfuerit lebes, oẽs carnes hoſtiarum in aluos illarum, & cũ aqua cõmiſcẽt, atq; oſſa ſuccẽdunt. Quib⁹ pulcherrimè ardẽtib⁹, & aluis facilè capiẽtibus carnes oſſib⁹ ſeparatas, ita fit, vt bos ſe ipſe coquat, & itẽ cętera pecora immolata, p ſemetipſum quodque elixum fit. Coctis carnib⁹, is q̃ immolauit, earum atque inteſtinorum libamenta ante ſe porricit. Immolãt autẽ cùm alia pecora, tum pcipuè equos. Et alijs qdem dijs hunc in modum & alias pecudes immolãt. Marti verò ſic priſco ritu apud quoſq; tale extruit tẽplum: Sarmẽtorum faſces aggerunt triũ in lõgum latumq̃; ſtadiorũ, minoris tñ ſublimitatis, deſuper quadrata planicies efficitur, tria latera prupta ſunt, quartũ accliue, p quod aſcendatur. Eo quotãnis cõparãt 150. plauſtra ſarmẽtorũ. Nã ſemper ppter cæli tẽpeſtatẽ illa marceſcunt. Sub hoc aggeſtu ferreus Acinacis, q̃ ſingulis vetuſtus eſt, ſtatuitur. Idq̃; eſt Martis ſimulacrum, cui annuas hoſtias offerunt cùm aliorum pecorum, tum equorum, & plus huic Acinaci q̃ cæteris dijs. Ex captiuis centeſimum quenque immolãt, nõ eodẽ quo pecora modo, ſed diuerſo. Nã vbi eorum capitib⁹ vinum libauerunt, ipſos ad quoddã vas mactãt: dehinc eiſdẽ in cõgeriẽ ſarmẽtorum ſublatis, Acinacẽ cruore pfundunt. Hæc qdẽ ſupra cõferunt, inferius autẽ ad tẽplũ illa faciunt. Virorum interemptorũ oĩes humeros dextros pcidunt, quos vnà cũ manibus in aërem iaciunt, quocunq; deciderit manus, ibi iacet, & ſeorſum mortuus. Cæteris deinde ſolennib⁹ cõfectis, abeunt. Et ſacrificia qdem hæc ab eis ſunt inſtituta. Sues p nihilo putãt, quos nec alere oĩnò in ſua regione volunt. q̃ verò ad bellum attinent, hunc in modum ſunt ab eis cõparata. Quem primùm virum ceperit vir Scytha, eius ſanguinem potat: quoſcunque in prælio interemerit, eorum capita regi offert. Nam capite allato, ſit prædæ quamcunque ceperit particeps, alioqui expers. Ca-

Scythæ agricolatores.

Achilleius curſus.

Telluris dea. Venus cæleſtis. Veſta.

Victimæ cædendæ ritus.

Scythia lignorum inops.

Coquendi modus citra lebetẽ.

Martis ſimulacrum Acinacis.

Sues apud Scythas. Scytharũ mos in hoſtes.

pus

put hoc modo ꝑcidit. In orbẽ illud amputat circa aures, verticeq́ue ſumpto excutit, deinde pellem detrahit: & vbi ſicut bouis coriũ manib. molliuit, tanꝙ mantile poſſidet, eaq́ue & habenis equi ſui appẽſa gloriatur: qualia mãtilia quiſque vt plurima habeat, ita vir iudicat̃ ꝑſtantiſſimus. Sunt multi quoq;, qui coria hæc humana tanꝙ brutorum cõſuant, quib. ꝓ amiculis induãtur. Multi etiã cęſorum hoſtiũ manus dextras cũ vnguib. excoriant, eisq́; opercula pharetrarũ integũt. Eſt aũt inter oĩa coria humanũ ferè & craſsũ maximè & cãdore ſplendidũ. Multi totos hoſtes excoriatos, & ſuꝓ ligna extẽtos, ſupra equos circũferũt. Hęc ab illis in mores ſunt recepta. Nõ tñ de oĩm, ſed de inimiciſſimorũ capitib. hoc faciũt, vt illud qſq; infra ſuꝑcilia reciſum, ꝓrſus exẽterẽt: & crudo tñ bouis corio, ſi pauꝑ ſit: ſin diues, nõ modò exteriꝰ inducat bouino corio, verũ etiã interiꝰ inauret, & ſic vterq;, ꝓ poculo vtatur. Idẽ agunt de domeſticis, ſi inter eos extiterint diſcordiæ, dũ apud regẽ victoria ſunt potiti. Hæc capita hoſpitibus, qꝺ ad eos veniũt viri alicuius exiſtimationis, exhibẽt: referuntq́; illos, cũ eſſent domeſtici, & ad pugnam laceſſiſſent, ab ipſis eſſe ſuperatos, id ſtrenuitatis loco ponẽtes. Semel quotannis ſinguli regionũ principes miſcẽt vinũ crateri: de quo Scythę oẽshoſtiũ homicidę bibũt, nemo guſtat qꝺ nihil ꝑclari operis ediderit, ſed ſine honore ſeorſũ ſedet: q̃ res apud eos maximæ eſt ignominiæ. Qui verò cõplures cædes fecerũt, hi duob. pariter quos hñt calicib. potant. Apud eoſdẽ permulti ſunt vaticinatores, qui cũ plurib. virgis ſalignis diuinant, ad hunc modũ: Grandes virgarũ faſces cùm attulerũt, humi poſitos diſſoluũt, ac ſeparatim ponẽtes illarũ ſingulas vaticinant̃: Atq; hęc dicẽdo, viceuerſa virgas prehendunt, ac rurſus ſigillatim cõponunt. Hæc eſt illis tradita à maiorib. diuinatio. Sed Enaries, qui ſunt androgyni, aiũt ſibi à Venere traditã diuinationẽ, tiliæ frõde vaticinantes. Tiliã vbi quis trifariam ſciderit, digitis ſuis eam implicando ac reſoluẽdo tractat, atq; hunc in modũ vaticinantur. Horũ tres maximè ꝓbatos accerſit rex quoties ægrotat: cui iſti ſemper ferè dicũt hunc aut illũ ciuem (nominant aũt hoĩem de quo loquunt̃) peieraſſe, iurantẽ, per regiũ ſolium. Eſt autẽ Scythis mos plerũq; iurãdi per regiũ ſoliũ, cùm maximã volunt interponere iuſiurandũ: protinusq́; is quẽ dixerint peieraſſe, adductꝰ, coarguitur ſciẽtia diuinandi, tanꝙ cõpertꝰ falsò deieraſſe per regiũ ſolium, & ob id regẽ ægrotare. Si ille inficiatus ſe negat peieraſſe, atq; rẽ grauiter fert, rex duplũ vaticinorũ accerſit. Qui inſpecta diuinãdi ratiõe, ſi & ipſi hoĩem periurij cõuicerint, ſine mora caput excidũt: eiusq́; facultates inter ſe partiunt̃ primi vaticini. Sin verò illi, qui ſuperuenerũt, vaticini hoĩes abſoluerint, alij atq; alij ꝑſto ſunt: quorũ ſi plures abſoluerint, decernit̃ primis illis vaticinis eſſe perundũ, eosq́; hũc in modũ necãt: Plauſtrũ cõcameratum vbi ſarmentis referſerũt, bobusq́; iunxerũt, vaticinos pedib. implicatis, & manib. poſt tergũ reuĩctis, atq; ore obſtructo, extẽdunt in medium ſarmẽtorũ: incẽſisq́ue ſarmẽtis territãdo agitãt boues. Quorũ boum multi cũ vaticinis cõcremãtur, multi ambuſti vtiq; cremato plauſtri temone aufugiunt. Hoc, quẽ dixi, modo vaticinos cõburunt, etiã ob alias cauſas, appellãtq́ue falſos vaticinos. Sed quos morte rex afficit, eorum ne liberos quidẽ relinquit, ſed vniuerſos mares interficit, fœminis nihil lęſis. Fœdera cũ quibuſcunq; ineũt Scythę, hoc modo ineunt: Infuſo in grãdẽ calicẽ fictilẽ vino, cõmiſcẽt eorum ſanguinẽ, qui feriunt fœdꝰ, percuſſorum cultello aut inciſorũ gladio aliquãtulum corporis. Deinde in calice tingunt acinacẽ, ſagittas, ſecurim, gladiũ. Hęc vbi fecerunt, ſeſe multis verbis deuouẽt: poſtea vinum epotãt, nõ modò ij, qui fœdus fecerunt, ſed etiã comites hi, qui ſunt maximæ dignitatis. Regum ſepulcra apud Gerrhos ſunt, vbi Boryſthenes iã nauigabilis eſt. Ibi cum rex eorũ deceſſit, ingentẽ ſcrobẽ effodiunt formaquadrata. Hoc vbi ꝑpararunt, accipiunt mortuũ corpore incerato, aluo euulſa atque expurgata, q̃ ſilere cõtuſo & thymiamate, apijq́; ſemine & aniſi cũ expleuerũt, reſuũt rurſꝰ, impoſitũq́; plauſtro cadauer, ad aliã gentẽ ferunt. Quod qꝺ excipiũt, eadẽ agunt q̃ regij Scythę: aurẽ decidunt, criné circuntõdẽt, brachia circũcidunt, frõtẽ naſumq́; cõſauciãt, ſiniſtrã manum ſagittis traijciunt. Poſtmodũ regis cadauer carpẽto ferunt

Mantilia Scytharũ.

Coria humana.

Homicidę familiariũ ſeditioſorum habẽtur ſtrenui

Vaticinatores, cum ſalignis virgis diuinantes.

Scytharũ iuſiurandum.

Vaticinorum falſorum pœna.

Scytharũ fœdera.

Regum ſepulchra.

Luſtratio regij cadaueris.

ad

ad aliã gentem,cui imperitant.Sequunt aũt eos ij ad quos prius venerũt. Poſtquam mortuũ circunferentes,perluſtrarũt oẽs,ventũ eſt ad Gerrhas,q̃ gens extrema eſt eorũ imperij,& in qua eſt ſepultura. Deinde poſtquã mortuũ ſuper torũ in loculo poſuerunt,haſtis hinc atq; hinc defixis,deſup ligna diſponunt:deinde pallio cõtegunt. In reliqua loculi ſpatioſitate aliquã eius pellacum ſtrãgulatam ſepeliunt, & eum qui vina miſcebat,& cocum,& equi agaſonem, & miniſtrũ,& qui erat à nuncijs,necnon equos,& aliarum rerum oĩm primitias,quinetiam phialas aureas.Nam argenteũ aut æreum nihil in vſu habent.His actis,humum certatim atq; auidè inijciunt,cupientes tumulum quãmaximum efficere. Circũacto anno,rurſus hoc agunt: E famulis regis intimos ſumunt. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ,& quos ipſe rex iuſſerit. Nam nullus venalitius ei miniſtrat. Horum miniſtrorum quinquaginta cùm ſtrãgulauerunt,ac totidem præſtantiſſimos equos,eductis inteſtinis, expurgatis paleis implent ac conſuunt.Et vbi dimidiũ orbis rotę ſuper duo ligna reſupinatum ſtatuerint, alterumq; dimidiũ ſuper altera duo ligna,& item alia multa huiuſcemodi defixerint, tum ſuper equos imponunt, craſſis tignis in longum ad ceruicem vſque traiectos,ita vt priores orbes ſuſtineant armos equorum, poſteriores verò iuxta femora ſuſcipiãt vteros,vtriſque cruribus ſupernè pendentibus.Equos infrenant,eorúmque habenas ad palos extentas alligant. Dehinc ſuper eorum ſingulos ſtatuũt,ſingulos quinquaginta iuuenum ſtrãgulatorum,hunc in modum:Vnicuique eorum rectum ſtipitem per ſpinam ad ceruicem vſque transfigunt:quod infęrius ſtipitis extat vltimum, infigũt tigno illi,quo equus tranſiectus eſt.His equitibus ſepulchro circũpoſitis abeunt. Hunc in modũ reges ſepeliunt.Alios aũt Scythas cũ deceſſerũt, ꝓximi quiq; in plauſtris collocatos ad amicos circunferũt.Eos ſinguli amicorũ excipientes,epulum cadauer comitantibus præbent tam propinquis q̃ cæteris. Ad hũc modum quadraginta diebus priuati homines circumaguntur: dehinc humantur, tali tamen ratione priuſ purgati:Vbi caput exinaniuerunt,abluerunt q;,circa corpus ita agunt: Tria ligna ſtatuunt mutuò inclinata,circa hæc prętendunt lanea pilea, quãmaxime poſſũt conſtipantes,& in ſcapham,in medio lignorum pileorumq; poſitam,lapidęs conijciunt ex igne candentes. Naſcitur autem apud eos cannabis lino ſimilima,præterquam craſſitudine ac magnitudine.Sed quàm noſtra eſt multò pręſtantior, vel ſua ſpõte naſcẽs, vel ſata:ex qua Thraces veſtimenta conficiunt,lineis ſimilima: quę niſi quis admodũ terat,linea ſint an cannabacea,nõ queat dignoſcere:& qui nõ viderit cannabem,exiſtimet lineum eſſe veſtimentum.Huius cannabis ſumptum ſemen Scythæ ſub pileis occulunt,ſupra lapides igne candentes:vnde fit thymiama, tantum reddens vaporẽ quantum apud Græcos nullum thuribulũ reddit.Hoc odore ſtupentes Scythæ,eiulant,quod apud ipſos loco lauacri eſt.Neq; eũ lauãt oĩnò corpus, ſed vxores eorum infundentes aquã,corpora ad lapidẽ aliquem ſcabrũ conterunt cypreſſo & cedro & thuris ligno.Deinde perfrictum corpus cũ intumuerit,illud faciemq; medicamentis oblinunt.Id eas ſimul bene olentes facit,ſimul poſtero die,medicamentis amotis, mundas ac ſplendidas.Externis hi ritibus vti magnoperè cauent, ne mutuò quidem inter ſe:ſed Græcorum præcipuè,vtique poſteaquam deprehenderunt Anacharſim, & deinde iterum Scylem.Siquidem Anacharſis cùm multum orbis terrarum cõtemplatus eſſet,& multum in ſapientia profeciſſet,eam ad mores Scytharum pertulit. Is dum in Helleſpontum nauigãs peruenijſſet Cyzicum,vouit matri deorum (offendit enim Cyzicenos eius diem feſtum magnifico ſanè apparatu celebrantes) ſi ſaluus ſoſpesq; domum reuertiſſet,ſacrificaturum ſe eodem ritu,quo Cyzicenos ſacrificantes vidiſſet,& peruigilium noctis inſtituturum. Cùm abijſſet in Scythiã, venit ad locum qui dicitur Hylæa,iuxta Achillis curſum ſita, vbique omnifarijs arboribꝰ referta. In hanc abſtrudens ſe Anacharſis,omnem feſti ceremoniam deæ perſoluit, tympanum tenens,exutisq; ſimulacris. Hæc eum agentem quidam Scytha animaduertens,indicium detulit Saulio regi.Rex cùm & ipſe cõtuliſſet ſe eò, & Anacharſim ea faci-

Sepulcra regũ Scytharum.

Argẽtum atque æs Scythæ in vſu non habent.

Famuli regum Scytharum.

Funerum luſtratio apud Scythas.

Thracũ veſtimenta cannabacea.

Thymiamatis genus.

Scylas.

Achillis curſus.

facientẽ inſpexiſſet, excuſſa ſagitta, necauit. Et nunc ſi quis de Anacharſi interrogat, Scythæ negant ſe nouiſſe hoiem, ob id, q̃ in Græciam peregrinatus eſt, externosq; ſit mores ſectatus. Vt verò ego audiui ex Timne Spargapithis tutore, fuit patruus Indathyrſi Scytharum regis, filius Gnuri, nepos Lyci, proneposSpargapithis. Itaque ſi ex hac familia extitit Anacharſis, conſtat eum à patruele fuiſſe interemptum. Indathirſus enim fuit filius Saulij, Saulius autem fuit, qui Anacharſim interemit. Quãquam & aliud quiddã Peloponnenſes audiui referẽtes, Anacharſim ab rege Scytharũ miſſum, Græciæ factũ eſſe diſcipulum, & cùm rurſus rediſſet, dixiſſe ad eum qui ſe miſerat, cũctos Græcos eſſe in oĩa ſapiẽtia occupatos, Lacedæmonijs exceptis, q̃ ſoli rationẽ haberent dandi & accipiẽdi prudenter. Verũ hęc narratio aliter ab ipſis Græcis ficta eſt. Hic igit vir (quẽadmodũ antea dictum eſt) mortem oppetijt, & ipſe quidẽ ita egit propter externos ritus, & Græcorum conſuetudinẽ. Multis aũt ſanè annis poſtea interiectis, ita paſſus eſt Scyles, Aripithis filius. Etenim Aripithes Scytharum rex, cùm alios filios multos, tũ Scylẽ ſuſtulit ex vxore Iſtrina, haudquaq̃ indigena, q̃ filiũ Græcam linguã literasq́ue edocuit. Interiecto deinde tẽpore, Aripithe per dolũ occiſo à Spargapithe Agathyrſorum rege, Scyles regnum ſuſcepit, & vxorẽ patris, nomine Opœã. Erat autẽ Opœa hæc ciuis, ex qua erat Aripithi filius Oricus. Scyli regnũ Scytharum obtinenti, Scythicus tamen viuendi mos nihil prſus cordi erat, ſed Græcus, in quo fuerat imbutus à puero. Ideoq́ue multò magis ad hunc exercendũ ſe conuertebat. Vtique tũ ad vrbẽ Boryſthenitarum Scythicum ducebat exercitum. Boryſthenitæ autem ſe à Mileſijs aiunt eſſe oriundos. Ad hos quoties Scyles veniebat, relicto in ſuburbanis exercitu, ipſe muros ingreſſus portas obſerabat, depoſitaq; Scythica ſtola, Græcum ſumebat veſtimentum, & eo indutus per forum ſpatiabatur, nullo neque ſatellitum, neque populi comitatu, appoſitis q̃ portas cuſtodirent, ne quis Scytharum cerneret eũ geſtantẽ huiuſmodi ſtolã, & cùm cæteris Græcorum inſtitutis vtebatur, tum in faciendis deorũ ſacris. Et cùm ibi tempus menſtruũ, aut amplius triuerat, abſcedebat, induta ſibi Scythica ſtola. Idq́ue ſæpenumerò faciebat, extructis ſibi ædibus illic, & vxore illinc accepta. Sed cùm foret ei malè euenturum, ex hac occaſione malè euenit. Affectanti ei Dionyſium Bacchanalem initiari, ac hoſtiã initiationis iamiã ſumpturo in manibus, oblatũ eſt ingens oſtentum. Erant ei in vrbe Boryſthenitarum circum ædes ſuas, quarum paulò antè habui mentionẽ, magnas atque magnificas, è lapide candido ſphynges & gryphes ſtãtes. In has ędes deus fulmẽ iacu latus eſt, totæq́ue deflagrauerũt. Scyles nihilominus initiationẽ peragit. Enimuerò Scythæ Græcis probro dant bacchanandi cõſuetudinẽ, negãtes eſſe credibile deum inueniſſe, quo hoies ad dementiã adiganẽ. Poſteaquã Bacchanalibus ſacris initiatus eſt Scyles, quidã Boryſthenitarũ Scythis indiciũ detulit, inquiẽs: Vos quidẽ Scythæ nos irridetis, quod Bacchanalia agamus, quodq́ue nos deus occupet. At nunc deus hic veſtrum quoque regẽ occupauit. Nã Bacchanalia exercet à deo in demẽtiã actus. Quòd ſi mihi non habetis fidẽ, ſequimini me rẽ vobis oſtenſurũ. Primores Scytharũ hominẽ ſecuti ſunt, quos Boryſthenita ille deductos clanculum in turri collocauit. Vbi affuit Scyles cum thyaſo, id eſt, cum choro illo, bacchabundus, Scythæ eo conſpecto, rem ingentis calamitatis eſſe duxerunt, digreſſiq́ue, ea quæ viderãt, omni exercitui indicarũt. Poſt hæc vbi ad lares ſuos redijt Scyles, defecerunt ab eo Scythæ, delecto fratre eius Octamaſade, ex filia Teris genito. Scyles cognito quid de ſe fieret, & quam ob cauſam, profugit in Thraciã. Id cùm audiſſet Octamaſades, cum exercitu aduerſus Thraciam cõtendit, cui ad Iſtrum progreſſo, Thraces occurrerunt. Et dum conflicturi erant, Sitalces ad Octamaſadem miſit caduceatorem, cum his mandatis: Quid opus eſt inter nos tentare fortunã? Tu quidẽ ſororis meæ es filius, ſed habes germanum meum, quem ſi mihi reddideris, ego viciſſim Scylem tradam tibi. Ita neque tu, neque ego periclitabor exercitu. Erat autem apud Octamaſadem frater Sitalcis ab eo profugus. Hanc à Sitalce oblatam conditionem Octamaſades accepit, reddi-

Anacharſis cædes.

Scyles inſtitutus Græcis.

Græcis ritibus delectatur Scyles.

Dionyſij Bacchanalis ſacra. Portentũ.

Bacchanãdi conſuetudo.

Thyaſus.

Octamaſades.

Sitalces.

redditoq; Sitalci fratre, eodemq; auunculo suo, Scylen recepit fratrē. Et Sitalces quidem recepto fratre reduxit exercitum: Octamasades aūt eodem die caput Scyli dempsit. Adeò sua instituta Scythæ obseruant: & his qui externos ritus asciscunt, tales irrogant pœnas. Multitudinem Scytharū non potui exactè indagare, cùm de eius numero varia referētes audiam, & permultos illos, & rursus paucos esse vtiq; Scythas. Quātum autem sub aspectū meum venit, est inter Borysthenē & Hypanim flumina locus, nomine Exampæus, cuius etiā aliquanto antea habuimus mentionem, cùm dicebam fontem in eo esse aquę amaræ, Hypanim in quē fluit, impotabilem reddentis. Hoc in loco iacet ahenū sexies tantū, q̄ crater, qui est in ostio Ponti, à Pausania Cleombroti filio dedicatus, quod si quis non inspexit, hunc ei in modū declarabo: Sexcentarum est amphorarū facilè capax, crassitudine digitorū sex. Id aiunt indigenæ ex aculeis sagittarū esse factum. Regem enim suum, nomine Ariantem, cùm numerum Scytharum scire vellet, iussisse singulos Scythas conferre singulos sagittarū aculeos, proposita morte ei qui non ferret. Ita magnā vim collatam esse aculeorum: & ex his aliquod confectum opus, placuisse ei pro monumēto relinquere, atq; inde fecisse id ahenū, & in hoc Exampæo dedicasse. Hoc de multitudine Scytharum audiebā. Hæc regio miracula nulla habet, præter flumina cùm multo maxima, tū numero plurima. Si quid tamen præter flumina, & magnitudinē campi exhibetur admiratione dignū, id dicetur: Vestigium Herculis ostendunt, petræ impressum, virili vestigio simile, bicubitali magnitudine, iuxta fluuium Tyrem. Et hoc ita se habet. Redeo ad eā quam ab initio institueram orationem: Dario aduersus Scythas exercitum comparanti dimissis nuncijs ad imperandum, alijs vt peditatum, alijs vt classem præstarent, alijs vt Bosphorum Thracium iungerent: Artabanis Hystaspis filius, Darij frater, nolebat illum vllo pacto Scythis inferre bellum, commemorans Scytharum inopiā, vtilia suadens. Cū tamen non persuaderet illi, destitit à dissuadendo. Darius vbi oīa ei in expedito fuēre, copias eduxit ex vrbe Susis. Ibi eum Oeobazus quidā Persa, cui tres filij erant, oēs in militiam euntes, obsecrabat, vt vnum sibi ex illis reliqueret: Cui Darius tanq̄ amico & modesta obsecranti, respondit, se oēs eius liberos relicturū. Eo responso Oeobazus magnopere lętabat, sperās liberos suos missionē habere militiæ. At ille ꝓpositos filijs Oeobazi iussit, vt oēs eos interimerēt. Ita filij Oeobazi, obtrūcati, illic sunt relicti. Darius Susis profectus, peruenit ad Bosphorū Calchedonis, vbi pons iungebatur. Illic conscēsa naui transmisit in insulas nomine Cyaneas, quas Græci prius errabūdas fuisse aiūt. Ibi sedēs in templo, subijciebat oculis Pontum, rem spectaculo dignā. Nam inter oīa maria est maximè admirabile. Cuius lōgitudo est vndecim millium ac centū stadiorū: latitudo quà latissimū est, trium milliū ducentorū. Huius pelagi os latitudinis est quatuor stadiorū, lōgitudo oris, quod est collū, q̄ Bosphorus dicitur, vbi pons cōnectebatur, circiter centū viginti stadia, ad Propontidē vsq; pertingens. Propontis aūt quingentorum stadiorū est, mille & quadringentorū longitudinis, influens in Hellespontū. ipse Hellespontus vbi angustissimus, stadijs septem latus est, quadringentis longus, intrans pelagi vastitatē, quod Aegæum vocatur. Hæc autē ita dimensa sunt. Nauis ferè meat omninò septuaginta millia passuum longo die, nocte vero sexaginta. Itaq; è faucib. Pōti ad Phasim, hoc est enim Ponti longissimū, nouem dierū est nauigatio, & octo noctium, quę fiunt mille centū ac decem millia passuū, hoc est, stadiorum vndecim millia ac centū. E Scythia aūt ad Themiscyram, quæ est super flumen Thermodontē (hic nanq; Ponti latissimū est) trium dierū, duarumque noctiū est nauigatio, quę fiunt passuum trecenta ac tria millia, stadiorū vero tria millia & trecenta. Hunc igitur in modū Pontus ac Bosphorus & Hellespontus à me dimensa sunt, & secundum ea quæ dixi, situm habent. Quin etiam Pontus hic paludem habet, influentem in se, non multò, quàm ipse est, minorē, q̄ Mæotis appellatur, & mater Ponti. Darius ubi pontem cōtemplatus est, renauigauit ad pontē, cuius architectus extitit Mandrocles Samius. Contēplatus itē Bosphorum, duos super eum

cippos

Scylis mors.
Scythæ suorū instituta obseruantes.
Exampæus locus.
Ahenum Exampęi.
Crater in ostio Ponti.
Herculis vestigium.
Tyres fluuius.
Oeobazi liberi.
Darij crudele factum.
Cyaneæ.
Ponti amplitudo.
Bosphor. Propontis.
Hellespontus.
Themiscyra.
Męotis.
Mandrocles.

cippos erexit è candido lapide, literis inciſis, vnum quidem Aſſyrijs, alterũ verò Græcis, omnes gentes quas ſecum ducebat. Ducebat autem omnes gentes quibus imperabat, continentibus numero ſeptingenta millia hominũ cum equitatu, præter claſſem quæ conſtabat è nauibus ſexcentis. His poſtea cippis Byzãtij in vrbem ſuã tranſlatis, vſi ſunt ad aram Dianæ erectæ, præter vnum lapidem, qui iuxta Bacchi delubrum eadem vrbe relictus eſt literis Aſſyrijs oppletus. Boſphori locus, quem rex Darius põte commiſit, cõiectanti mihi videtur medius inter Byzantium & templum quod ſupra fauces eſt, Poſt hæc Darius ponte ſublicio delectatus, auctorẽ eius Mandroclem Samiũ donauit decuplo. Ex cuius primitijs Mandrocles pictis animalibus cõmiſſionem Boſphori & regem Dariũ Medico ſolio ſedentem, ac ſuas copias traducentem, effinxit, eamq; picturam templo Iunonis dedicauit, cum hac inſcriptione:

Qui rate piſcoſum coniunxit Boſphoron, implens
Darij regis vota iubentis opus:
Iunoni Mandrocles hæc monumenta dicauit,
Eſſet honor Samijs vnde, corona ſibi.

Cippi Darij in Boſphoro erecti.

Dianæ ara.

Byzantiũ.

Mandroclis monumentum.

Hæc igitur monumenta extiterunt eius, qui pontem cõpegit, quẽ vbi remuneratus eſt Darius, trãſmiſit in Europã, iuſſis Ionibus nauigare in Pontum vſque ad Iſtrum, atque vbi eò peruenisſent, ſe illic præſtolari, fluuium ponte iungentes. Ducebant eñ claſſem Iones & Aeoles & Helleſpontij. Hi prẽteruecti Cyaneas, rectà ad Iſtrũ nauigarunt, ſubuectiq; duorum dierũ itinere à mari ad fauces fluminis, vbi in diuerſa ſcindit, illud ponte iungunt, Darius tranſmiſſo per ratem Boſphoro, faciebat per Thraciam iter, & cùm ad fontes Teari amnis peruentum eſt, triduo hic habuit ſtatiua. Tearus fertur ab accolis oĩm amnium eſſe optimus, cùm ad alios morbos, tum ad ſcabiem curandã vel hoĩm vel equorum. Eius fontes duodequadraginta ſunt, ex eadem petra manantes, partim frigidi, partim calidi. Ad hos tantũdem viæ eſt à Iunonis templo eius vrbis, quę iuxta Perinthum eſt, & Apolloniæ, quæ eſt in Ponto Euxino, duorum dierũ vtraq;. Fluit aũt Tearus hic in flumẽ Cõtadeſdũ, Contadeſdus in Agrianẽ, Agrianes in Hebrũ, Hebrus in mare iuxta vrbem Aenum. Ad hunc igitur amnem cùm pueniſſet Darius, caſtraq; poſuiſſet, oblectatus amne, cippum erexit, his literis inſcriptum: TEARI AMNIS CAPITA OPTIMAM AQVAM ATQVE PVLCHERRIMAM CVNCTORVM AMNIVM CONTINENT, ET AD EA PERVENIT, EXERCITVM DVCENS ADVERSVS SCYTHAS, VIR OPTIMVS ATQVE PVLCHERRIMVS CVNCTORVM HOMINVM DARIVS, HYSTASPIS FILIVS, PERSARVM CVNCTÆQVE CONTINENTIS REX. Hæc ſunt illic inſcripta. Darius hinc profectus, venit ad alium amnẽ, noĩe Artiſcum, qui per Odryſes fluit: quò vbi puenit, ita agendũ ſibi putauit: Oſtẽſo certo loco copijs ſuis, iuſſit illic ſingulos quoſq; prætereuntes ponere ſingulos lapides. Id cùm oĩs exercitus feciſſet, grandes acerui lapidum effecti ſunt, quibus relictis, Darius illinc mouit. Sed priusq; ad Iſtrum perueniret, primos ſubegit Getas, q; immortales faciunt. Nã Thraces qui Salmydeſum, quiq; ſupra Apolloniã & Meſambriã vrbẽ incolunt, & qui * Cyrmyanæ & * Nipſæi vocant, ſine pugna ſeſe Dario dediderunt. Getæ verò per imperitiã reſiſtentes, in ſeruitutẽ redacti ſunt, cùm ſint fortiſſimi Thracum atque iuſtiſſimi. Immortales aũt faciunt hoc modo, q; ſe mori non putant: ſed eum qui defunctus eſt, meare ad Zamolxin deum, quẽ nõnulli eorũ opinantur eundem eſſe Gebeleizem. Ad hunc mittunt aſſiduè cum naui quinque remigum nuncium quempiã, ex ſeipſis ſorte delectum, præcipientes ea quibus ſemper indigent, eumque ita mittunt. Quibuſdã eorum datur negocium, vt tria iacula teneãt: alijs vt comprehenſis eius qui ad Zamolxin mittitur, manibus pedibusq;, hominem agitantes in ſublime iactent ad iacula. Qui ſi in præſentia extinguitur, propicium ſibi deum arbitrantur: ſin minus, ipſum nuncium inſimulant, aſſeuerantes malum illum eſſe virum. Hoc inſimulato, alium mittunt, dantes adhuc viuenti mandata. Iidẽ Thraces, dum tonat fulguratque, in cælum ſagittas excutiunt, deo minitantes, quod nullum alium præter ſuum eſſe arbitrantẽ. Verùm (vt ego à Græcis accepi, Helleſpõtum

Tearus fluuius.

Teari fontes.

Contadeſdus.

Agrianes.

Hebrus.

Cippi inſcriptio ad Tearum.

Artiſcus fluuius.

Odryſes.

Lapidum acerui à Dario congeſtus.

Getæ ἀθανατίζοντες.

Σκυμνίδας.

Stepha.

* Alias Mypſæi.

Zamolxis.

Gebeleizes.

Getarũ ad Zamolxin nuncij.

Thraces aduerſus tonitrua ſagittas excutiũt.

& Pontum incolentibus) Zamolxis hic homo fuit, Samiq; ſeruitutem ſeruiuit Pythagoræ Mneſarchi filio. Illinc nactus libertatem, cùm multum pecuniæ comparaſſet, in patriam redijt. Qui cum animaduerteret Thraces malè viuentes & inſcitè, ipſe edoctus Ionicũ viuendi genus & mores, quàm Thracum liberaliores, vt qui verſatus eſſet cum Græcis, cumq; Pythagora nõ infimo inter Græcos ſophiſta: domiciliũ extruxit, in quod primos quoſq; popularium in conuiuiũ accipiebat, & inter conuiandũ docebat neque ſuos conuiuas, neq; illos qui illic aſſiduè gignerentur, interire: ſed in eum locum ire, vbi ſuperſtites oĩm bonorum compotes eſſent. Dum ea quæ cõmemorata ſunt, agit atque dicit, interim ſubterraneum ædificium ſtruit. Quo prorſus abſoluto, è Thracum conſpectu ſe ſubducit, deſcendens in illud ſubterraneum ædificium. Vbi circiter trienniũ degit, deſiderantibus eum Thracibus, ac deflentibus tanq̃ mortuum, quarto anno ſe eiſdem in conſpectum dedit. Atque ita credibilia ſunt effecta, quæ illis expoſuerat: Hæc Zamolxin aiunt feciſſe. Ego verò de hoc, & de ſubterraneo ædificio neq; nõ credo, neq; valde credo. Arbitror aũt multis eũ ante Pythagorã annis extitiſſe, q̃ ſiue q̃ſpiam fuerit homo, ſiue deus Getarũ indigena, valeat. Getę hoc ritu vtẽtes, vbi ſunt à Perſis ſubacti, cæterum ſunt exercitum ſecuti. Darius vbi ad Iſtrum peruenit, & vnà pedeſtres copiæ, cunctiq; flumen tranſmiſerunt: tunc verò iuſſit Iones, poſtq̃ ratem ſoluiſſent, ſequi ſe pedeſtri itinere cũ nauticis copijs. Qui cum ratem ſoluturi eſſent, & imperata facturi, Coes Erxandri filius, Mitylenæorũ p̃fectus, ita apud Darium verba facit, ſciſcitatus antea, nunquid ei gratum foret audire ſentẽtiã dicere volentis: Cum aduerſus eam terram rex facias expeditionẽ, in qua fertur nihil arari, nullas vrbes coli, ſinito tunc pontem hoc loci ſtare, relictis ad eius tutelam cuſtodibus ijs, qui eum contexuerunt: per quem ſiue ex ſententia rem geremũs Scythis inuẽtis, ſiue illos inuenire nequibimus tutus nobis ſit reditus. Neq; eñ vereor, ne p̃lio commiſſo, à Scythis vertamur in fugam: ſed potius eis non inuẽtis, aliquid patiamur erratici. At eñ credat me q̃ſpiam mea ipſius cauſa hęc dicere, vt hîc ſubſiſtam: ego verò q̃ in tuam rem eſſe ſentio, rex, id in medium profero. Ipſe te ſequi volo, neque hîc relinqui. Delectatus admodum eo conſilio Darius, ita reſpondit: Hoſpes Lesbie, fac omninò cum ſoſpes domum rediero, præſto mihi ſis, vt te ob egregium conſilium egregijs factis remunerer. Hæc locutus, vbi ſexaginta nodis lorum innodauit, accitis ad colloquium tyrannis Ionibus, ita locutus eſt: Viri Iones, quam prius habuerã de ponte ſententiam, eam miſſam facio. Vos ſumpto loro, hæc ita velim agatis. Quo ex tempore videritis me raptiſſimè iter intendentem in Scythas, ex eo tempore incipientes, ſoluite ſingulis diebus ſingulos nodos. Intra quod tempus niſi affuero, ſed dies nodorũ exierit, vela facite in patriam veſtrã: interea q̃m conſiliũ mutaui, agite cuſtodiã ratis, omne ſtudiũ illi & cõſeruandæ & tuendæ adhibentes: quod facientes, maiorem in modũ mihi gratificabimini. Hæc locutus Darius, promouet exercitum. Thracia tellus in mare intendens, Scythicę prætenditur, qua ſinum faciẽte Scythica excipit: & illic Iſter mare ſubit oſtio in ventum eurum conuerſo. Quod autem ab Iſtro ſoli Scythici ſecundum mare eſt, id metiendo indicare aggrediar: Ab Iſtro hæc iam vetus Scythia eſt ad meridiem, verſus auſtrũ propoſita vſq; ad vrbem Carcinitidẽ. eiuſdem deinceps quod ad mare fert montoſæ regiõis, & in pontum porrectum, incolit gens Taurica Cherſoneſo tenus, nomine Trachea, id eſt aſpera. Hęc ad mare ptingit, quod ad ventum ſubſolanum vergit. Sunt autem finium Scythicę partes duæ, ferẽtes ad maria vna ad meridianum, altera ad orientale, quemadmodũ Atticę regionis atq; ſimilium, quod ſic partem Scythiæ Tauri incolunt, ut ſi Atticę iugum Suniacum alia gens non Athenienſis incoleret, quod à tribu Thorica vſq; ad Anaphlyſtam magis in Pontum porrigit promontoriũ. Talis eſt, vt parua cum magnis cõparem, Taurica regio. Qui autem non eſt hanc Atticæ partem præteruectus, huic alio modo planũ faciam. Vt ſi Iapygiæ non Iapyges, ſed alia gens imperans, eã diuiſa terra à Brunduſio vſq; Tarentum promontorium incoleret. Cùm hæc duo dico, multa millia dico, quibus Taurica gens eſt comparãda. A gente Taurica deinceps Scythæ ſupra Tauros, & orien-

Coes.

Nodi à Darianis iuncti.

Thracia tellus.
Scythia vetus.
Trachea gens.
Thorica tribus.
Anaphlyſtia tribus.
Iapygia. i. Apulia.
Iapyges. Apulia.
Brunduſium.
Tarẽtum.

orientale versus mare incolunt, quæ Bosphori Cimmerij sunt ad vesperam vergentia, & quæ paludis Mæotidos Tanai tenus, qui influit in huius paludis secessum. Itaque ab Istro iam quæ superiora sunt ferentia in mediterranea, discludunt Scythiam ab Agathyrsis, deinde à Neuris, deinde ab Androphagis, postremò à Melanchlænis. Itaque Scythiæ veluti formæ quadratæ duæ partes, quæ ad mare pertingunt: altera ad mediterranea ferens, altera maritima, vsquequaque sunt pares. Nã ab Istro ad Boryſthenem decem dierum est iter, tantũdẽ à Boryſthene ad Mæotidẽ paludem. A mari mediterranea versus, vsq; Melanchlænos, viginti dierum iter. Supputãtur aũt à me in singulos dies itineris ducena stadia. Ita transuersa Scythię erunt quatuor millium stadiorum, rectà quæ ad mediterranea ferunt. totidem stadiorum. Tantæ est hæc terra magnitudinis. Scythæ inter se collocuti, cum soli impares essent copijs Darij prælio repellendis, nuncios ad finitimos misêre. Eorũ reges vbi conuenêre, cõsultabant (vt fit) ingenti exercitu inuadente. Erant autem qui conuenerant reges Taurorum, & Agathyrsorum, & Neurorum, & Androphagorum, & Melanchlænorum, & Gelonorum, & Budinorum, & Sauromatarum. E quibus Tauri huiusmodi moribus vtuntur: Virgini naufragos immolant, & quoscunque Græcos illuc delatos. Hoc modo postquam preces peregerint, hominis caput claua feriunt, truncum eius quidã aiunt deturbari è rupe. Nam in rupe prærupta templum est eorum situm. Cruci affigunt caput. Quidam de capite suffigendo consentiunt, sed truncum è præcipitio deijci negant, sed humo contegi dicunt. Deum, cui immolant ipsi Tauri, aiunt esse Iphigeniam, Agamemnonis filiam. In hostes quos ceperint, hoc agunt: Amputatum quisque caput hostis domum reportat, fusti suffixum admodum sublime supra tecta statuit, & plerunque supra fumarium: ideo in sublimi locantes, quòd dicant eos totius domus esse custodes. Viuunt autem è rapto & ex bello. At Agathyrsi exculti ssimi viri sunt, & aurum plerunque gestantes, in commune cum mulierib. coëunt, vt inter se germani sint ac domestici omnes, nihil neq; liuoribus, neque odij mutuò exercentes, cætera ad Thracum consuetudinem accedentes. Neuri Scythicis vtuntur moribus, qui vna ante Darij expeditionem ęstate coacti fuerant solum vertere, propter serpentes. Nam serpentum cùm magna vis ex ipsorum solo est edita, tum maior supernè è locis desertis ingruerat, quibus vsque adeò fuerunt infestati, vt relicto suo solo cum Budinis habitauerint. Iidem videntur homines esse malefici: dicuntur enim à Scythis, & ab ijs qui in Scythia incolunt Græcis, semel quotannis singuli ad aliquot dies effici lupi, & rursus in pristinum habitum redire, quod tamen dicentes mihi non persuadent. Ipsi tamen aiunt ita esse, ac deierant. Androphagi agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudicijs, non legibus vtentes, pecuariam exercentes, vestem Scythicæ similem gestantes, propriam linguam habentes. Melanchlæni omnes indumenta nigra gerunt, vnde & cognomen habent, qui soli ex his humana carne vescuntur, institutis Scythicis vtentes. Budini ingens natio atque numerosa, vehementer cæsijs oculis omnis ac rufa, quorum vrbs nomine Gelonus, è materia cõstructa est, muro alto è materia toto, cuius singula latera tricenorum stadiorum sunt magnitudinis. Ædes quoque cùm priuatæ tum sacræ, sunt è materia. Nam visuntur ibi deorum Græcorũ templa, græcanicè extructa, simulacris, aris, delubris ligneis. Libero trieterica, id est, triennalia agunt, & bacchanalia exercẽt. Quippe Geloni quondam Græci fuêre, sed summoti inter Budinos habitauerunt, ligua partim Scythica, partim Græca vtentes. Budini à Gelonis & lingua & victu sunt dispares. Nã cum indigenæ sint, pecuarię operã dant, soliq; eius regionis pedunculos edunt. Geloni agriculturæ operã dantes, frumento victitant, & hortos possident, nihil illis neque aspectu neque colore simili. Budini à Græcis Geloni vocãtur, non rectè vocantibus. Horum regio est omnis arboribus frequens, & vbique plurimum consita, vbi est lacus ingens, & multus, & palus, ac multum circà arundinis. Ex quo lacu lutræ capiuntur, & castores, & aliæ feræ, forma oris quadrata, quorum pelles ad renones faciendos consuuntur, & testiculi ad curanda posteriora sunt. De Sauromatis ita memoratur.

Taurica gens. Bosphori Cimmerij. Agathyrsi. Neuri. Androphagi.

Taurorũ mores.

Iphigenia apud Tauros colitur.

Agathyrsorum mores.

Amicitia inter Agathyrsos cõmunis.

Neurorũ mores.

Lupi ex hominibus.

Androphagorum mores.

Melanchlęnorum nomenclatura & mores.

Budinorũ mores.

Gelonorũ mos.

Dum Græci præliati ſunt cum Amazonibus, quas Scythæ æorpata vocãt, quod nomen poteſt tranſferri viricidæ (æor enim virum vocant, pata autem occidere) feruntur poſt victoriã prælij ad Thermodontem facti, abijſſe, portantes tribus in nauibus qualcũq; potuêre ex Amazonibus capere: quibꝰ illæ in pelago inſidiatæ, cunctos trucidauêre. Sed cùm naues haberẽt incognitas, nec gubernaculo aut velis aut remis vti ſcirent, interfectis viris, ferebantur ſecundũ tempeſtatem & ventũ. Delatæq; ſunt ad paludis Mæotidis prærupta, quæ Scytharũ liberorũ telluris ſunt. Ibi è nauibus egreſſæ Amazones ad loca habitata, iter habentes, quod primum nactæ ſunt equorum armentũ, diripiunt conſcenduntq;: & obequitantes, è Scythis prædas agũt. Scythæ qd hoc rei eſſet, conijcere nequibant, cùm neque vocẽ, neq; veſtem, neq; gentẽ agnoſcerent: admirabundi vnde venirent, rati cunctos eſſe viros eiuſdem ætatis. Sed cõmiſſa cum eis pugna potiti cadaueribus illarum, ita demũ nouerunt fœminas eſſe. Itaq; conſilio habito viſum eſt eis, nullo pacto poſthac quampiã illarũ eſſe occidẽdam: ſed ex ſe qui maximè iuuenes eſſent, ad eas mittẽdos, eodem numero quo illas eſſe coniectabant, q ſua prope earum caſtra haberent, & eadem quæ illę facerent. Si inuaderẽtur, pugnarẽt, neu ſubterfugerent: vbi ſubſiſterẽt illæ, & ipſi proximè accedẽtes caſtra ponerent. Hoc Scythę iccirco decreuerũt, quod prolem ex illis ſuſcipere cupiebant. Adoleſcentes qui miſſi ſunt, mandata peregerunt. Quos vbi Amazones intellexerũt neutiq; ad ſe lędendas veniſſe, valere ſinebant. Quotidie tamen caſtra caſtris propius admouebantur. Ne ipſi quidem adoleſcentes aliquid habebant, quemadmodũ Amazones, præter arma & equos, & eandem vitam quam illę viuebant venando atq; prædando. Circa meridiem Amazones ſolebant aut ſingulę aut binę ſeparatim à reliquis ad ventrem leuandũ longius vagari. Ea re Scythæ cognita, & ipſi idem faciũt. Quorũ cuidam vna illarũ quæ ſoliuaga erat, propinqua cum fuiſſet, non ſe auertit, ſed de col loquendo deliberabat, nec appellare poterat eum quo cum non eſſet prius cõgreſſa, tamen manu ſignificauit, vt ad eundem locum poſtridie rediret, adducto ſecũ altero, vt duo eſſent, ſe quoque alterã adducturã. Digreſſus ab ea adoleſcens, hæc enarrat cęteris: poſteroque die ſocium ſecum ducens, ad locum prędicto fuit, ac reperit Amazonẽ expectantem ſociam. Eius rei certiores facti reliqui adoleſcentes, & ipſi ſeducũt cæteras. Poſt hęc cõmixtis caſtris pariter habitant: eam q ſque vxorem, cum qua primùm coierat, habentes. Earum vocem cũ ipſi diſcere non poſſent, ipſorũ illæ diſcebant. Et cùm vtriq; inter ſe cõueniſſent, viri ad Amazones ita dixerunt: Nobis parentes ſunt, pariter & facultates. Proinde nõ agamus diutius hanc vitã, ſed hinc digreſſi in hoĩm frequẽtia degamus, vbi vos habebimus vxores, nequaq; alias. Ad hæc illæ reſponderũt: Nos verò nõ poſſumus veſtris cũ fœminis habitare, quibꝰ nõ ijdẽ qui nobis ſunt mores. Nos eñ arcu tela excutimus, & iaculamur, & equitamus, muliebria opera indoctæ. Vĩræ fœminæ nihil eorũ q̃ recenſuimus, ſed opera muliebria factitant: deſidentes in plauſtris, non ad venationẽ atque alia huiuſmodi ꝓdeuntes. Proinde nõ poſſumus illis eſſe ſimiles. Quòd ſi vobis cordi eſt habere nos cõiuges, & viros videri eſſe iuſtiſſimos, ite ad parentes veſtros, & facultatũ ſortiti partem rurſus redite, ita ſemoti ab illis habitabimus. Id approbãtes ita facere adoleſcẽtes, acceptaque facultatũ, q̃ ipſis cõtingebat, portione, rurſꝰ ad Amazones redierũt. Ad quos illę: Duplex, inquunt, metus nos tenet in his locis habitandi: vnus, q nos parẽtibꝰ veſtris vos priuauimus: alter, q terrã veſtram magnopere vaſtauimus. Sed quoniã dignamini nos habere vxores, hoc vnà nobiſcum agatis. Agedũ proficiſcamur è regione hac, & Tanaï trãſmiſſo illic habitemus. Huic quoque rei obtẽperauêre adoleſcẽtes. Traiectoque Tanaï, & à Tanaï trium dierum orientẽ verſus, totidemque à Mæotide palude & aquilonẽ itinere cõfecto, peruenerunt ad eum locum, quem nunc incolunt, vbique ſubſederũt. Ideoque priſca conſuetudine viuẽdi fœminæ Sauromatarun vtuntur. Venatum vnà cum viris ac ſine viris eunt, equis inſidentes, atque adeò in prælium eandem quã viri ſtolam ferunt. Saurõmatæ putantur lingua Scythica ſolœcizare, id eſt, corruptè vti, quòd eã ab initio nõ probè didicêre Amazones. Quod ad coniugia pertinet, ita ab eis eſt

Fabuloſa de Amazonibus memorari credunt aliqui.

Amazões.

Sauromatarum cũ Amazonibus commixtio.

Amazonũ ſedes.

Solœcizantes Sauromatæ.

eis eſt inſtitutum: Nulla virgo nubit priuſquam aliquẽ hoſtium interemerit. Ideoq; nõnullæ earum decedunt iam vetulæ, antequã nubant, q̃ legi ſatisfacere nequeant.

Ad harũ igitur quas dixi gentium coactos reges, nuncij Scytharum cùm peruenisſent, certiores eos fecerunt, Perſam vbi oĩa q̃ ſunt in interiore cõtinente, in ſuã ditionem redegit, faucibus Boſphori põte iunctis, in citeriorẽ traieciſſe cõtinentẽ: Subactisq; illic Thracibus, fluuium Iſtrum iunxiſſe, aĩo hæc oĩa in ſuã redigendi poteſtatẽ. Proinde vos (inquiunt) nolite vllo pacto de medio cedere, ſinentes ad perniciem nos deuenire, ſed idẽ ſentientes, obuiam eamus inuadenti: quod niſi facitis, nos in vltimũ diſcrimẽ adducti, aut regionẽ deſeremus, aut manentes deditionem faciemus. Quid enim cladẽ ſubeamus, nolentibus vobis auxilio nobis eſſe? quanq̃ nõ commodius agetur vobiſcum, aduerſus quos nõ minus venit Perſa, quàm aduerſus nos: neque nos ſubegiſſe contentus, à vobis abſtinebit. Cuius rei magnum hîc accipite documentũ, quod ſi nobis ſolis inferret ille bellum, aĩo ſuperioris ſeruitutis vlciſcẽdæ, debebat à cæteris hoĩb⁹ abſtinere, & ſic in noſtrã tẽdere regionẽ, oſtendẽs oĩb⁹ ſe aduerſum alios ire. At nunc vbi primùm traiecit in hanc cõtinentem, vt quiſque ei occurrit, pacat: cæteros, veluti Thraces & nobis confines Getas, ſuo ſubiectos imperio habet. Hæc cùm Scythę denunciaſſent, ij qui è nationibus venerant, reges deliberabãt, ſed diſcordes eorũ erant ſententiæ. Nã Geloni quidẽ & Budini, & Sauromatæ cõcordi aĩo receperũt, ſe Scythis auxilio futuros. Agathyrſus autẽ & Neurus & Androphagus, & Taurorũ Melanchlænorumq; reges ita Scythis reſponderunt: Si vos iniuria inferenda ac laceſſendo, bello priores nõ fuiſſetis, rectè videremini p̃cari q̃ p̃camini: & nos veſtris præcibus morem gerentes, idem quod vos ageremus. Nunc ſine nobis illorum terrã ingreſſi, vos imperitaſtis Perſis, quoad deus vobis indulſit: & illi, q̃ndem eos idem deus in vos excitat, vicem vobis reddunt. At nos neque tunc quicquã intulimus iniuriæ his viris, neque nunc quicquã conabimur priores inferre. Quod ſi hic noſtrã regionẽ inuaſerit, & prior iniuriã fecerit, nos haudquaq̃ tolerabim⁹. Id donec cernam⁹, apud noſmetipſos manebim⁹. Neq; em̃ in nos venire Perſę videnſ, ſed in eos q̃ fuerãt auctores iniuriæ. Scythæ vbi hęc relata audiêre, ſtatuerũt nullã ſibi pugnã rectà atq; ex apto cõſerendam, quãdo ipſis illi ad ſocietatẽ non accedebant. Itaq; digreſſi, clãm ac longi⁹ p̃greſſi, puteos quos ipſi offenderãt ac fontes, obſtruũt, bifariãq; diuiſi herbam è regione atterũt. Et ad vnã è partibus, vbi regnabat Scopaſis, iubent Sauromatas pergere, qui ſe ſubducerent, ſi eò Perſa declinaret, fugientes rectà ad flumen Tanaim, ſecũdum Mæotidem, ijdẽ Perſam abſcedentem inuadẽdo p̃ſequerent. Hæc erat vna pars regni ordinata ad hãc viã, quẽadmodum dictũ eſt. Reliquarũ duarũ vnam, cui imperabat rex Indathyrſus, quæ magna eſt, & tertiam in qua regnabat Taxacis, in vnũ coeuntes, accedẽtibus Gelonis atq; Budinis, iubẽt hos quoq; vnis⁹ diei itinere prægreſſos exercitũ Perſarũ ſeducere, hoſtẽ laceſſendo, & ea quæ decreuiſſent exequendo, & ante omnia hoſtẽ ſeducere in agros illorũ, qui ſocietatẽ ipſorũ haburſſent: vt eos ſi minus volẽtes bellũ aduerſus Perſas ſuſciperent, certè inuitos redderẽt iſtis hoſtes. Deinde in ſuã terrã deflectere & tẽtare, ſi quid ipſis tẽtandũ eſſe videat ac libeat. Hæc ita decreuêre Scythæ, cõpijs Darij ex occulto occurrebãt, p̃ſtãſſimis equitũ p̃curſoribus miſſis. Carros aũt in quibus eorũ nati vxoresq; omnes degunt, vnà cum pecorib. præterq̃ ad victum ſuppetentibus, præmiſerant, dato ſuis mãdato, vt ſemper aq̃lonem verſus tenderent. Hoc cum p̃paraſſent Scythæ, eorũ emiſſarij, poſteaq̃ cõpererunt Perſas ab Iſtro trium ferè dierũ, & ante ſe vnius diei itinere abeſſe, poſtis caſtris, germina terræ vaſtant. Perſæ vbi Scytharũ equitat⁹ in cõſpectũ ſe dedit, eum inſequi maturant à via ſeſe ſemper ſubducentem: & cum ad vnã partiũ ventum eſt, auroram verſus & Tanaim, & Scythis tendentibus, & inſequentibus Perſis, Scythæ Tanaim traijciunt. eò & Perſæ traiecto, illos inſequuntur, donec pagrata Sauromatarum plaga, perueniunt in Budinorum. Quam diu Perſæ fuerunt in Scythica ac Sauromatide regione, nihil ei detrimenti inferre potuerũt, vtpote vaſtæ. Vbi vero Budinicam ingreſſi ſunt, ibi naĉti ligneа mœnia à Budinis deſerta, & omnibus

Scytharum regũ cum confinibus deliberatio.

Getæ.

Scopaſis.

Indathyrſus.

Taxacis.

Mœnia lignea. reb. vacua, incenderunt. His actis, ipſo itinere ire porrò tendunt, dum eam regionem peruagati, in vaſtam ſolitudinem deueniunt. Hæc ſolitudo à nemine hominum colitur, poſita ſupra Budinorum regionem, ſeptem dierum itineris magnitudine: vltra quã Thyſſagetæ incolunt, à quib. quatuor ingentes amnes per Mæoteos fluũt, & in paludem nomine Mæotim ſe infinuant, quib. hæc ſunt indita nomina: Lycus, Hoarus, Tanais, Syrges. Darius vt ad ſolitudinem peruenit, curſu omiſſo copias ſuper fluuium Hoarum locauit. Poſt hæc octo vrbes, easque ingentes cõdidit, pari inter ſe ſpacio diſtãtes, ſexagenorum ferè ſtadiorum, quarũ ad meam vſque memoriã adhuc ruinæ extabant. Dum in his Darius occupatur, interim Scythæ, quos ille inſequebatur, circumitis locis ſuperioribus, reuerterunt in Scythiam. Quib. è conſpectu omni nò ſemotis, nec ſe amplius exhibentibus, ita Darius vrbib. illic relictis, dimidiatis, cõuertit iter ad occaſum, ratus & hos eſſe cunctos Scythas, & ad occaſum fugere. Proinde cum exercitu maturans ire in Scythiam, eò deuenit, vbi in duas Scytharum inci dit partes. Hos nactus inſequebatur vnius diei ſpacio, nunquam intermittẽs ſubterfugientes. Subterfugiebant aũt de induſtria in terram eorum, qui ſocietatẽ ipſorum reſpuerant, & primũ in Melanchlænorum. Quos cùm perturbaſſent, tã Perſæ q̃ Scythæ eorum terrrã ingreſſi, Scythæ in loca Androphagorũ Perſas adducunt. Perturbatis aũt Androphagis, hoſtẽ in Neuridem ducunt. Neuris quoque cõſternatis, tendunt ſubterfugiendo ire ad Agathyrſos. Agathyrſi cernentes fugari finitimos à Scythis ac perturbatos, priuſquã à Scythis ager ipſorũ inuaderetur, miſſo caduceatore, Scythas ingreſſu ſuorum finiũ prohibent: p̃dicentes, ſi conarentur inuadere agrũ ſuum, cum eis primum ſe prælium cõmiſſuros. Hoc interminati Agathyrſi, in fines p̃currunt, animo arcendi ingredi volentes. At Melanchlæni & Androphagi & Neuri inuadẽtib. Perſis vnà cum Scythis, neque virium neque minarũ memores, ſed timore perculſi, fugã capeſſerunt aquilonem verſus ac ſolitudinẽ. Scythæ partim ad Agathyrſos iã non recuſantes ſocietatem ſe conferebant, partim è Neuride regione in ſuas, Perſas præibant. Id cùm diu factitaretur, neque deſiſteretur, Darius ad Indathyrſum Scytharum regem miſſo equite, inquit: Homo tu, quid aſſiduè fugam facis, cùm liceat tibi horum facere alterutrum? Si tibi videris idoneus ad reſiſtendum rebus meis, ſiſte diſcurſum, ac perſtans mecum fac prælium: ſin agnoſcis te imparem eſſe, ſic quoque ſiſte curſum, & hero tuo munera offerens terram atque aquam, in colloquium veni. Ad hæc Scytharum rex Indathyrſus ita reſpondit: Sic res meæ habent, ô Perſa, vt neque vllum mortalium ego metuens ante fugerim, neque nunc fugiam te, neq; quicquam faciam diuerſum nunc, atq; in pace facere conſueueram. Quòd autẽ non protinus tecum ineo prælium, huius te certiorem rei faciã: Nobis neque oppida ſunt neque agri culti, quorum vel amittendorum vel vaſtandorum metu, properemus vobiſcum conferre pugnam: ad quam ſi opus eſt continuò deuenire, ſunt paterna ſepulchra: quæ age dum inueneritis, tentate labefactare: & tunc intelligetis, pugnaturi vobiſcum ſimus pro ſepulchris, nec ne: prius autem (niſi nos ratio traxerit) tecum prælium non conſeremus. Hactenus, quod ad pacem pertinet, dictum ſit. Quod autem ad cætera, ego ſolos mihi heros arbitror Iouem progenitorem meum, & ſolium Scytharum regium. Tibi autem pro terra & aqua quę dono poſcis, mittam quæ decet ad te venire dona, pro eo quod herum te meum eſſe dixiſti, iubeo te flere. Hoc à Scythis reſponſum eſt, quod caduceator reuerſus Dario renunciauit. Scytharum reges audito nomine ſeruitutis, indignatione perfuſi, partẽ illam quæ cum Sauromatis ordinata erat, cui præerat Scopaſis, mittunt ad colloquendum cum Ionibus, qui Iſtrum ponte iunctum aſſeruabant. At Perſæ non amplius ſibi vagandum eſſe ſtatuerunt, vt hoſpitibus, qui ipſorum commeatum eripiebant, inſidias tenderẽt, diſtributis qui aduerſus ereptores frumentariæ rei iuſſa exequerent. Enimuerò equitatus Scytharum ſemper in fugã vertebat equitatum Perſarum, ſed fugientes incidendo impeditatũ, ab eo defenſabantur. Ita Scythæ ſummoto equitatu, hoſtili tamen metu peditum abſcedebant, & nihilo minus noctib. quoque incurſiones faciebant. Aduerſus

Thyſſagetæ.
Mæotei.
Lycus.
Hoarus.
Tanais.
Syrges.
Vrbes à Dario in Scythia conditæ.
Scythæ hoſtem in cõfines pelliciunt.
Darius Indathyrſo.
Terra & aqua munera Indathyrſus ad Darium.
Heri Scytharum.

quos

quos quid Darianis auxilio fuerit, referam, res in primis admirabilis, asinorũ vox ac mulorum ſpecies. Nam (vt ſuperiꝰ à me demonſtratum eſt) nullus in terra Scythica, neque aſinus neq; mulꝰ gignitur, ac ne vllus quidem viſitur propter frigora. Itaq; rudentes aſini perturbabant Scytharum equos, & cum Scythæ ſępenumero Perſas adorirentur, eorũ equi exaudita aſinorum voce, cõſternati auertebãtur, arrectis aurib. ſtupefacti, vtpote inſolentia tum vocis, quam prius non audiſſent, tũ formę q̃ nunq̃ inſpexiſſent. Atque hoc q̃dẽ paululũ q̃ddã momenti ad bellum afferebat. Cęterũ Scythæ vbi aĩaduertunt Perſas tumultuãtes, quò diutiꝰ in Scythia illi cõmorarentur, & cõmorãtes ad oĩm neceſſariarũ rerum inopiam redigerentur, faciẽdum ita ſibi putarunt, vt pecorib. ſuis vnà cum paſtoribus relictis, in alium ipſi abſcederẽt locũ. Perſæ illuc ſe conferentes, excipiebant pecora. Quo facto cũ ſæpius idem tẽtarent, ad vltimũ Darius inopia rerum laborauit. Id reges Scytharum intelligentes, mittunt ad eũ cũ munerib. caduceatorem, aue, mure, rana, & quinq; ſagittis. Perſę eũ qui munera ferebat, percontabantur quid illa ſignificarẽt. Iſte negare ſibi aliud eſſe mandatũ, niſi cum illa tradidiſſet, celerrimè rediret. Iubere tamen ipſos Perſas, ſi ſolertes forent, interpretari quid ſibi dona vellent. Hoc cùm audiſſent Perſæ, conſultabant. Et Darij quidẽ ſententia erat, Scythas ſeipſos ei donare, & terram atque aquam: hac ratione cõiectans, q̃ mus quidẽ in terra gignatur, & eodem quo hoĩes victitet: rana aũt in aquis naſcat, auis vero ſit equo affimilis, ſagittis dandis, quod ſeipſos tradere videãtur. In hanc ſententiam Darius interpretabatur. At Gobryas vnus è ſeptem qui magos ſuſtulerant, hoc dicere dona coniectabat: O Perſæ, niſi effecti vt aues ſubuoletis in cælũ, aut mures ſubeatis terrã, aut ranę inſiliatis in paludes, non remeabitis vnde veniſtis, his ſagittis confecti. Et Perſę quidem munera interp̃tabantur. At vna pars Scytharum, cui datum antè erat negocium Mæotidis paludis cuſtodiendæ, tunc autem cum Ionib. qui ad Iſtrum erant colloquendi, vbi ad pontem venit, ita verba fecit: Viri Iones, libertatẽ vobis afferentes venimus, ſi modò nos exaudire volueritis. Accepimus em̃ Dariũ vobis præcepiſſe, vt ad ſexaginta duntaxat dies cuſtodiam pontis ageretis, & niſi intra id tempus ipſe nõ afforet, domũ abiretis. Itaque ſi id feceritis, & apud illũ & apud nos culpam deuitaueritis. Proinde cum ad præſtitutam diem permanſeritis, iam licebit abſcedatis. Hæc ſe facturos recipientibus Ionibus, Scythæ raptim retrò abiêre. At cęteri Scythæ poſt miſſa Dario dona, cum peditatu ac equitatu aduerſus Perſas in acie inſtructi ſteterunt, tanquam conflicturi. Cum interim lepus in medium proſilijt, quẽ vt quiſque vidit inſequebatur. Perturbatis Scythis ac vociferantibus, ſciſcitabat Darius, vnde hoſtium tumultus exiſteret: & cum audiſſet illos leporem inſectari, inquit ad eos Perſas, cum quibus cætera colloqui conſuerat: Hi viri videntur mihi magno nos habere contemptui, & nunc Gobrias rectè dixiſſe de Scythicis donis, quò magis cum mihi quoque ipſi res ita ſe habere videantur, bono conſilio eſt opus, vt tutus nobis eò vnde venimus, ſit receptus. Ad hæc Gobryas: Equidem, inquit, ô rex, horũ ego virorum inopiam videbar mihi ferè fama habere cognitam, ſed vbi adueni, euidẽtius intellexi, animaduertens eos habere nos ludibrio. Proinde mihi videt̃, cùm primum nox aduenerit, incenſis è more ignibus, & alijs quę conſueuerunt fieri actis, imbecilliſſimis quibuſq; militum ad hoſtẽ fallendum relictis, aſinisq; oĩbus alligatis abeundum, priuſquam ad Iſtrum rectà pergant Scythæ ad pontẽ ſoluendum, aut Ionib. ſoluere libeat, q̃ nobis factu facile erit. Hoc Gobryas cõſilium dabat. Cui aſſentiens Darius, vbi nox affuit, reliquit in caſtris hoĩes defatigatos, & eos quorum amiſſio minimi facienda eſſet, nec non omnes aſinos alligatos: aſinos quidem, vt voce ederent: infirmos autem homines hoc titulo, vt dum ipſe cum flore copiarum adoriretur hoſtem, iſti interea caſtra tutarẽtur. Hęc vbi perſuaſit his qui relinquebãtur, Darius accenſis ignibus quàm maturrimè ad Iſtrum contendit. Aſini, quod multitudine deſtituti eſſent, eò magis rudere. Quos audientes Scythæ, credere oĩnò Perſas in eiſdem permanere caſtris, Verùm vbi illuxit, ij qui relicti erant, cognito ſe proditos eſſe à Dario, manus extendere ad Scythas, & q̃ contigerant referre. His illi auditis repen-

Scytharũ munera ad Dariũ. Auis. Mus. Rana. Sagittæ.

Munerum Scytharũ interpretãtio.

Gobryę conſiliũ.

tè retractis duab. Scytharum partibus, & vna Sauromatarum cum Budinis at Gelonis, Persas recta ad Istrum via persequuntur, vtpote plerosq; pedites & itinera nescientes, ea præsertim quæ diuortia habebant, ipsi equites & cōpendia viarum scientes. Sed cum vtrique ab alteris aberrarent, multò priores ad pontē Scythæ peruenēre q̄ Persæ. Ibi cognito se præuertisse Persas, ita ad Ionas, qui in nauib. erant, verba fecerunt: Viri Iones, cùm dierum numerus iā pertransierit, iniurij estis qui adhuc permaneatis, sed quoniam hactenus timore mansistis, nunc soluite q̄ celerrimè traiectum, atque abite sospites liberique, dijs pariter ac Scythis gratiā habentes. Nam eum, qui antea dominus vester erat, ita tractabimus, vt aduersus nullum mortalium sit facturus expeditionem. De hac re cōsultantib. Ionibus, Miltiadis quidē Athenienſium ducis & Chersonensium, qui sunt in Hellesponto, tyranni sententia erat, Scythis obtemperandum esse, & Ioniam seruitute liberandā. At Histiæi Milesij diuersa, q̄ diceret nunc quidē eos suæ quenque vrbis tyrannos esse ob Darium. Potētia verò Darij sublata, neque se Milesijs, neq; alium quenquā vsquam præesse posse. Fore enim, vt singulę ciuitates populare statum, q̄ tyrannicum mallent. Hanc sententiā cùm dixisset Histiæus, oēs confestim, qui Miltiadi assensi fuerant, in eam transierunt. Fuēre aūt qui discēptauerunt, duntaxat alicuius apud regē existimationis, Hellespontinorum quidā tyranni, Daphnis Abydenus, & Hippoclus Lampsacenus, & Erophantus Parienus, & Metrodorus Proconnesius, & Aristagoras Cizicenus, & Ariston Byzantius, & isti q̄dem ex Hellesponto. Ab Ionia autē Stratias Chius, & Æacides Samius, & Laodamas Phocensis, & Histiæus Milesius, cuius sententia prælata est sententiæ Miltiadæ. Æolum verò vnus affuit, qui esset auctoritate præditus, Aristagoras Cymæus. Hi postea quam Histiæi probauēre sententiā, hoc sibi agendū dicēdumque censuerunt, vt pontem quidem ab vlteriore ripa eatenus soluerēt, vt extra sagittę iactum essent, ne nihil facere viderentur, cùm tamen nihil facerent, neue Scythę vim afferre tentarent, & Istrum ponte transire, sed soluentes illinc pontē, quasi oīa ad votum Scytharum facerent. Hoc sententiæ Histiæi addēdum cum decreuissent, ita pro vniuersis ad Scythas Histiæus verba facit: Viri Scythæ, iucundam nobis rem attulistis, & opportunè instatis. Atque vt vos nobis probè viam ostendistis, ita nos vobis obsequenter obtemperabimus. Vt enim cernitis, traiectum rescindimus, adhibituri omnē diligentiam, cupiditate assequendæ libertatis. Cæterùm dum nos hæc dissoluimus, interea vos illos inquirere tēpus admonet, & inuentos tā vestro q̄ nostro nomine ita vlcisci, vt mereantur. Scythæ Ionibus iterum fidē habentes tanq̄ vera elocutis, ad inquirendos Persas reuerterunt, atq; ab omni illorū itinere aberrarunt, ipsi sibi huius rei causa, q̄ pabula equorum illis in locis corruperāt, fontesq; obstruxerāt: quod nisi fecissent, facilè si voluissent Persas inuēturi: nunc ita faciēdo, visi sibi sunt optimè eōsoluisse, ob q̄ tñ eos res frustrata est. Quippe in sua regione eā partē consectantes, in qua cibaria equis atque aquæ forent, hostē indagabant: rati illum eadē parte fugā intēdisse. At ille obseruato q̄ prius tenuerat itinere, abierat, atque ita quoque ęgrè traiecto reperit locū. Et cùm noctu peruenisset, nacto pontē solutum, aīo prsus cōcidit, veritus ne se relicto Iones abissent. Erat apud Darium Aegyptius quidā, oīm hoīm vocalissimus. Hunc Darius supra ripā Istri positum iubet inclamare Histiæum Milesium: Histiæus eum sæpius inclamantē, ad primā tñ inclamationē exaudiens, oēs naues admouit, & ad traijciendū exercitum pontē iunxit. Atq; hunc in modum Persæ profugerunt, quos indagātes Scythæ, iterum aberrarunt, & ob id Iones tanq̄ non liberos, sed pessimos & ignauissimos oīm hoīm iudicant, deq; eis tanquam de seruis loquentes, mancipia dños amantia esse aiunt, & insectatione dignissimos. Hæc in Iones Scythæ probra iaciunt. Darius per Thraciā iter faciēs, Sestum Chersonesi peruenit, atque illinc Asiā nauib. ipse transiuit, relicto in Europa exercitu duce Megabyzo, viro Persa: cui Darius aliquādo hunc honorē habuit, vt hoc verbum inter Persas diceret, cum esset esurus mala punica, simul ac primum malum aperuit, interrogatus à fratre Artabano, num tantum hominum sibi optaret, quātum illic esset acinorū: respōdit, se pōptare tot sibi esse Megabyzos

Ionum deliberatio de ponte Darij deserendo.

Histiæi sententia.

Histiæus ad Scythas

Vocalissimus quidā Aegyp.

Iones à Scythis hominum ignauissimi iudicantur.

zos quàm Græciam ſubditam. His verbis apud Perſas hoſtem honorauit: quem tunc ptorem reliquit cũ octoginta millibus militum. Megabyzus aũt hic immortalem ſui memoriam apud Helleſpontios reliquit, hoc dicto, q̃ cùm apud Byzantium agens audiſſet Chalcedonios decem & ſeptẽ annis ante Byzantios vrbem condidiſſe: inquit, Chalcedonios eo tempore cæcos fuiſſe, qui cùm pulchrior adeſſet locus ad vrbẽ condẽdam, nequaquam turpiorem elegiſſẽt, niſi cœci fuiſſent. Hic igitur Megabyzus in Helleſpontia plaga pro p̃tore relictus, eos qui diuerſarũ à Medis partium erant, ſubigebat: & is quidem talia agebat. Per idem autẽ tempus, alia ingens aduerſus Pœnos extitit expeditio, ob eã quã ego cõmemorabo cauſam, his prius expoſitis: Argonautarum poſteri cùm à Pelaſgis qui fœminas Athenienſium, & ex Brauronẽ p̃dati ſunt, eſſent eiecti à Lemno, Lacedæmonẽ nauigauerunt, cõſidentesq́; apud Taygetũ ignes accenderunt. Quos Lacedæmonij cùm aſpexiſſent, nunciũ miſere, ſciſcitatum quinã & vnde eſſẽt. Illi nũcio ſciſcitanti reſpõderũt, ſe Minyas eſſe, ab his heroib. oriundos qui in argo nauigaſſent: quiq́; cũ Lemnum appuliſſent, illic eos ,pcreaſſent. Hãc orationem ſtirpis Minyarũ cum audiſſẽt Lacedæmonij, miſſo iterũ nuncio ſciſcitant, q̃d ſibi velit ipſorũ aduẽtus, atq; ignis accẽſio? Illi verò ſe reſpõdent, à Pelaſgis electos, redire ad parẽtes (æquiſſimum em̃ id factum eſſe) orareq́; vt ſibi liceret vnà cũ eis habitare, tum bonorum, tũ agrorum participibus. Eos recipere in ea q̃ ipſi vellẽt, Lacedæmonijs placuit, cùm ob alia ad hoc faciẽdum inductis, tum p̃cipuè, q̃ Tyndaridæ Caſtor & Pollux in Argo nauigauerant. Receptos Minyas & agris impertierunt, & in trib. coaptarunt. Ibi cõfeſtim in alios ablocatis, quas in Lemno duxerãt vxoribus, matrimonia cõtraxerunt. Longo deinde interiecto tẽpore, ſtatim elati ſuperbia, cũ alia flagitioſa perpetrarunt, tum regnũ affectarunt. Quo noĩe eos Lacedæmonij morte mulctandos cùm cẽſuiſſent, cõpræhenſos in carcerem cõiecerunt. Quoſcunque Lacedæmonij morte plectẽdos cẽſent, eos noctu plectunt, interdiu neminẽ. Cùm verò eſſent in illos animaduerſuri, exorati ſunt ab eorum vxoribus, quæ ciues erant, & primorum Spartanorum filiæ, veniã ingrediendi carcerẽ, & cum ſuo cuiuſque viro colloquendi, nullum in illis dolum eſſe ſuſpicantes. Horũ permiſſu Minyarum vxores ingreſſæ carcerẽ, omni veſte quam geſtabant viris tradita illorum veſtẽ illæ ſumpſerunt. Ita Minyæ muliebri veſte amicti, veluti mulieres, è carcere ,pdierunt, rurſuſque apud Taygetũ cõſederunt. Hac eadẽ tempeſtate Theras Auteſionis filius, Thiſameni nepos, Therſandri ,pnepos, Polynicis abnepos, miſſus eſt in coloniam Lacedæmonis, genere Cadmeus, auunculus Ariſtodemi filiorũ Euryſthenis & Proclis, qui cùm pupilli eſſent, tutelã gerebat regni Spartani. Adultis mox pupillis, ac recepto imperio, Theras ita grauiter tulit ſibi ab alijs imperari, q̃m imperiũ deguſtaſſet, vt negaret ſe Lacedæmone moraturũ, ſed ad cognatos nauigaturum. Erant aũt in inſula, q̃ nunc Thera, quõdã Calliſta vocabatur, hoĩes Phœnices à Membliare Pœcilis filio oriũdi. Cadmus em̃ Agenoris filius Europam q̃ritans in inſula, quę nũc Thera vocat, appulſus cũ eſſet, ſiue regionis amore captus, ſiue qua alia voluntate, reliquit illic cùm alios quoſdã Phœnices, tum Membliarẽ conſanguineum ſuũ. Illi ante aduentũ Theræ Lacedæmone octo ætatib. hoĩm, inſulã (q̃ Calliſta, id eſt, pulcherrima vocabãt) incoluerunt: Ad quos, Theras cum multitudine tribulium miſſus eſt, nequaquã ad illos eijciẽdos, ſed vnà habitãdum, & ad inſulam valde frequẽtandam. Poſtea verò quã Minyas è carcere elapſos, & apud Taygetum cõſidentes, Lacedæmonij tñ necare ſtatuerãt, Theras necẽ eorum deprecabatur, recipiens ſe illos ex ea regione abducturũ. Et huic poſtulato Lacedæmonijs aſſentientibus, cum trib. biremib. ad poſteros Membliaris nauigauit, ducẽs ſecum non vniuerſos Minyas (pleriq́ue em̃ ex ipſis ad Paroreates Cauconasq́; diuerterunt) ſed paucos, quos in ſex partes diſtribuerunt, & totidem illic oppida cõdiderunt, Lepreum, Magiſtum, Trixas, Pyrgum, Epiũ, Nudium. Quorũ plana Helei memoria mea deleuerunt. Inſulæ aũt à cõditore Thera nomẽ eſt inditũ. Hic filio, q̃ negaret ſe nauigaturũ eò, Relinquã ergo, inquit, ouẽ lupis? Ex quo dicto nomẽ adoleſcẽti impoſitum eſt Oilycus, id eſt, ouilupus, & id nomẽ alteri puluit

Megabyzi elogium.

Minyæ.

Lacedæmoniorũ mos inſumendis noctu ſupplicijs.

Minyę vxorum commento libertati.

Ouem lupis relinquere prouerbium.

Oilycus vnde appellatus.

luit: Oilyco natus eſt filius Ægeus, à quo vocantur Ægidæ, in Sparta ingẽs tribus. Ex hac tribu viri, cũ eis nõ permanerent filij ex Erinnyum oraculo, delubrũ Laio & Oedipodæ extruxerũt: quod poſtea apud eos Theræos mãſit, qui ex his uiri procreati fuêre. Hactenus Lacedæmonij cũ Theræis cõſentiunt: quod deinceps extitit, ſoli Theræi factum hoc modo eſſe memorant. Grinus Aeſanij filius ab hac Thera oriundus, cum eſſet Theræ inſulæ rex, cõtulit ſe Delphos, ducens ex vrbe ſolennes hoſtias cùm alijs ciuib. eum comitantibus, tum verò Batto, qui erat de genere Polymneſti, apud Mynias gratioſus. Cõſulenti Grino Theræorum regi de alijs rebus, Pythia reſpõdit, vt vrbem in Africa cõderet. Cui viciſſim ille: Equidem, inquit, ego ô princeps ſenior ſum & grauis ad moliendum, tu verò quempiam horum iube iſta facere: ſimul hęc dicens, Battum oſtendebat. Hæc hactenus. Tunc vbi reuerſi ſunt, p nihilo habuêre reſponſum: neq; vbi terrarum Africa eſſet gnari, neq; ex incerto oraculo coloniã mitte re audentes. Septem poſt hæc annos in Thera cùm nõ pluiſſet, & oẽs (præter vnam) arbores exaruiſſent, conſulentib. Thereis Pythiam, reſpondit, mittendam in Africam eſſe coloniam. Illi, quoniam nullum mali remedium erat, mittũt in Cretam nuncios inueſtigatum, ſi quis aut indigenarum aut aduenarum illic eſſet, qui in Africam naui gaſſent. Nuncij cum Cretam perertraſſent, & ad vrbem Itanum peruenisſent, in ea cõ traxerunt cum purpurario quodam, cui nomen erat Corobio. Is aiebat, ſe ventis abreptum in Africã applicuiſſe, & ad Platæam inſulã Africæ. Hunc nuncij mercede inductum in Theram duxerunt. Verùm nõ multi ad rem explorandam, ex Thera initio profecti ſunt, duce ipſo Corobio: quo in ea inſula relicto cum aliquot menſium cibarijs, ipſi quã celerrimè reuerterunt ad cęteris de inſula renunciandum. Quib. vltra pſtitutum tẽpus redire differentibus, oĩa Corobio deficiebant. Sed appulſa eò naui Samia, quæ ab Aegypto redibat, cuius gubernator erat Colæus: Samij, omni re geſta à Corobio audita, in annum homini cibaria reliquerunt. Ipſi ex hac inſula cum ſoluiſſent, Aegyptum optantes vento ſubſolano abrepti ferebãtur: nec intermittẽte flatu, Herculeas tranſuecti columnas peruenerunt in Tarteſſum, põpam ferentes ad rem diuinam. Erat ea tẽpeſtate id emporium, id eſt, nundinæ, intemeratum, adeò, vt inde reuertentes iſti ex mercib. quæſtum maximum fecerint, inter oẽs quos nouimus Græcos, duntaxat poſt Soſtratem Laodamantis, cũ quo nemo poſſit contendere. Ex hoc quæſtu Samij decima (id eſt, ſex talentis) ſelecta, fecerunt ahenum ad exẽplum crateris Argolici, gryphinis capitib. in circuitu altrinſecus obuerſis: & in templo Iunonis collocarunt, ſuſtinentib. illud tribus coloſſis, id eſt, humanis ſimulacris, ſeptenũm cubitorum, genu nixis: & hoc primum facto ingẽs amicitia Cyrenæis Theræisq; cũ Samijs cõtracta eſt. Theræi, vbi relicto in inſula Corobio, ad Therã reuerſi renũciarunt eſſe illis inſulã è regione Africæ ſitam: placuit Thereis, vt è ſingulis oppidis q̃ ſeptem erant, viri mitterent, fratrib. inter ſe ſortitis, quis potius mitteretur, duce eorum rege Batto: ita duas biremes in Platæam miſerunt: Hæc Theræi memorant. Cætera iã Theræis cũ Cyrenæis conſtant. Nã quod ad Battum pertinet, Cyrenæi nequaquam cum Theræis cõſentiunt. Sic enim narrant: Eſt in Creta oppidum Oaxus, in quo fuit Etearchus rex. Hic amiſſa vxore, induxit filiæ nomine Phronimæ, nouercam: quę domum ingreſſa, vt erat, ita re ipſa ſe nouercam pſtitit, cùm lædendo, atque omne genus iniuriarũ excogitando, tum ad extremum impudicitiã impingendo: idq; ira rem habere viro perſuaſit. Ille ab vxore deceptus, rem de filia nefariam cõmentus eſt. Erat in Oaxo negociator quidã Theræus, noĩe Themiſon: hunc in familiaritatẽ acceptum Etearchus adiurat, vt quã rem oraret, in ea ſe miniſtrum pberet. Vbi hoĩem iureiurãdo adegit, adductã ei tradidit filiam ſuam: iubens, vt eam abductam in mari demergeret. Themiſon ancipiti aĩo inter nefas operis & hoſpitij perfidiam, ita ſibi faciendum putauit. Accepta puella mare ingreſſus, cùm in alto fuit, vt iurijurãdo Etearchi ſatisfaceret, reuinctã funib. puellã demiſit in pelagus: ea deniq; retracta, Theram peruenit. Ibi Polymneſtus vir inter Theræos ſpectatus, in cõcubinatum Phronimam accepit, ex qua interiecto tẽpore natus eſt ei filius, ſono vocis exili, ac balbutienti, cui nomen impo-

Laij delubrum. Oedipodæ delubrum. Battus. Itan oppi. Corobius. Colæus. Hercules columnæ. Tarteſſus. Soſtrates. Ahenum Samiorum Thereo rum colonia. Cyrenæi. Oaxus. Etearchus. Phronima Themiſon

impoſitũ eſt Batto, vt Theræi & Cyrenęi aiunt: vt autem ego ſentio, aliud aliquid: ſed eum cognominatũ, Battum, poſtquàm in Africã abijt, cũ ꝓpter oraculum apud Delphos ei redditum, tũ ꝓpter honorẽ quẽ aſſecutꝰ eſt. Battũ enim Pœni regẽ appellãt, & ob id reor Pythiã lingua Punica, quam nouerat, cũ oraculum reddidit, vocaſſe Battum, quòd futurus rex eſſet in Africa. Hic vbi in virilem adoleuit ætatem, Delphos adijt, ob linguæ vitium. Cui conſulenti Pythia reſpondit: Batto nomen vnde inſtitutũ.

Batte venis vocis cauſa, dux te iubet ire
Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo. Apollinis oraculum

Ad hæc Battus ſic viciſſim inquit: O princeps, ego ad te veni gratia conſulendi de voce, tu de alijs mihi reſpondes, quæ nequeũt fieri, iubens migrare in Africam, qua copia, quáue manu? Hæc loquens nõ perſuaſit illi vt alia reſponderet, ſed eadem quę prius reſpondente Pythia, illinc digreſſus abijt in Theram. Mox deinde cùm & huic ipſi, & cæteris Theræis malè eueniret, nec mali cauſa deprehenderet, ob hæc mittunt Delphos ſciſcitatum. Quib. cum reſpondiſſet Pythia, melius cum ipſis actũ iri, ſi Cyrenen in Africa conderent cũ Batto, miſerunt Theræi Battum cum duabus biremibus. Illi in Africam profecti (quandoquidẽ non aliud habebant quod agerent) retrò ad Theram ſe receperunt. Sed eos Therę arcentes acceſſu terrę repellebãt, ac rurſus reuerti iubebant. Ita neceſſitate adacti, remenſo iterum mari, condiderunt oppidũ in inſula Africę adiacenti, noĩe vt prius dictum eſt, Platęa, q̃ fertur par eſſe Cyrenęis magnitudine. Hãc biennio incolentibꝰ, cũ nihilo melius cũ eis ageret, vno è ſuis relicto, cęteri Delphos nauigarunt ad oraculũ conſulendum. Eò poſtq̃ venerunt ſciſcitantibus quid ita ſecum in Africã ꝓfectis, nihilo tñ melius ageretur, Pythia reſpondit his verbis: Platæa oppidum.

Lanigeræ Libyes ſcis quam nec adiueris vrbem.
Me melius, tuum ego ingenium mirabor euntis.

His auditis, ij qui cum Batto erant, rurſus redierunt. Neq; enim ſinebat eos deus aliò migrare, priuſquã in Africam conceſſiſſent. Reuerſi ad inſulã, recepto quem reliquerant, incoluerunt locum in Africa, è regione inſulæ, nomine Aziriſtum, amœniſſimis collibus vtrinque concluſum, & vtrinque flumine præterlabente. Hunc locũ ſex annis cum incoluiſſent, ſeptimo deſerendũ putauerunt, admonitu Pœnorum, vt in meliorem tranſirent. Ita illinc eos Pœni veſperum verſus, & ad locorũ ſpecioſiſſimum abduxerunt, & quidẽ noctu, ne Gręci interdiu facientes iter, diurnũ ſpacium metiendo animaduerterent. Eſt aũt huic loco nomen Iraſa. Eos vbi ad fontẽ qui Apollinis eſſe fertur, duxerunt, inquiũt: Viri Gręci, hîc vobis incolere cõmodum eſt, vbi cælũ vocaliter ſonat. Sub Batto igitur qui condidit Zoam, & annos quadraginta regnauit, & ſub eius filio Arceſilao, qui regnauit annos ſedecim Cyrenæi habitauerunt tot omninò, quot in coloniã initio miſſi fuerant. Sub tertio aũt Batto, qui felix eſt appellatus, cunctos Gręcos ad nauigandũ in Africã cum Cyrenęis habitatũ induxit Pythia. Nam accerſebant eos Cyrenæi ad agri partitionẽ. Induxit aũt hęc verba reſpondẽs: Aziriſtus locus. Iraſa locꝰ, Apollinis fons. Pœni Aegyptijs ſe ſubdunt.

Serior in Libyen quiſquis peruenerit almam,
Diſcernendi agri mox hunc affirmo pigebit.

Cũ ergo ingens multitudo Cyrenã ſe cõtuliſſet, finitimorũ Pœnorũ agros vaſtabat, atq; inter ſe partiebant. At illi eorũq; rex noĩe Adicran, agris exuti à Cyrenæis, miſſis in Ægyptũ quibuſdã, ſeſe dediderunt Aprij Ægyptiorũ regi. Ille cõparatum grãdem Ægyptiorum exercitũ, miſit aduerſus Cyrenas. Cyrenæi inſtructa apud Iraſa locũ & ad fontem Theſtin acie, cũ Ægyptijs conflixerunt, eosq; ſu ꝓpauerunt, vtpote inexꝑtos antea atq; cõtẽptores Gręcorũ: adeoq; ꝓfligarũt, vt pauci ex eis in Ægyptũ redierit. Qua de re Ægyptij ſuccẽſentes Aprij, ab eo deſciuerũt. Huiꝰ Batti filius extitit Arceſilaꝰ, q̃ regnũ adeptꝰ, inter initia cũ fratrib. ſuis ſeditiões exercuit, donec illi relicto eo in aliũ Africæ locũ migrauerunt, vbi cõtracti vrbẽ hãc cõdiderunt, quę & tunc & nũc Barca appellatur. Et inter cõdendũ Pœnos ſolicitabãt ad deficiendũ à Cyrenęis. Arceſilaus tã ſuis defectoribus, q̃ eorum receptoribus bellum intulit, quem reformidãtes Pœni, fugam ad orientales Pœnos intenderunt. Sed fugientib. Arceſilaus vſq; inſtitit Adicran. Apries rex. Theſtis fons. Batca oppidum. Arceſilaꝰ regnum. Leucon.

inſtitit inſequendo,dum ad Leuconem Africæ peruenit, & Pœnis viſus eſt opportunus ad inuadendũ. Itaque cõgreſſi eò Pœni,adeo ſuperauêre Cyrenæos,vt ex illis ſeptem millia ceciderint. Poſt hanc cladẽ,Arceſilaum ægrotantẽ epoto medicamento frater eius Aliarchus ſtrangulauit. Sed eum dolo vxor Arceſilai interfecit,nomine Eryxo. Arceſilao ſucceſſit in regno Battus,pedib. nõ valens,ſed claudus. Cyrenæi ob acceptam calamitatem, Delphos miſerunt,per quoſdam interrogatum, qua ratione inita præclariſſimè habitarent. His Pythia reſpondens,iuſſit ex Mantinea Arcadum adducerent moderatorẽ. Itaque petentib. Cyrenæis,Mantinei dederunt quendã nomine Demonacem,virum inter populares probatiſſimum. Hic igitur vir Cyrenen profectus,vbi ſingula quæque edoctus eſt,in tres trib. diſtribuens illos ita digeſſit,vt vnam quidẽ partem faceret Theræorum atque cõfinium, alteram aũt Peloponnenſium atque Cretenſium,tertiã verò cunctorum inſulanorum. Qui etiam huic Batto regi cùm alia oĩa quæ ſuperiores reges obtinuerant cõtulit, tum verò peculiaria fana ac ceremonias in media ciuitate inſtituit: quæ inſtituta ſub hoc quidẽ Batto ſyncera permanſerunt. Verum ſub eius filio Arceſilao vehementer ſunt perturbata, negante Arceſilao Batti illius claudi & Pheretimæ filio ſe laturum quæ Mãtineus Demonax cõſtituiſſet,ac repoſcente honores ſuorum maiorum: hinc ſeditione orta,eiectus profugit in Samum,mater eius in Salaminẽ Cypri. Obtinebat ea tempeſtate Salaminis imperium Euelthon,qui Delphis dedicauit thuribulum ſpectaculo dignum,quod in theſauro Corinthiorum ſitum eſt. Ad hunc profecta Pheretima precabatur,vt ſe filiumq; Cyrenen cum exercitu reducerent. Ille omnia potius q̃ exercitum huic dabat. Pheretima id quod dabatur accipiẽs,dicere bonum id quidem eſſe: ſed melius factu rum eum,ſi quod obſecraretur daret exercitum. Cumque identidem ad oĩa quæ dabantur,hoc diceret, tandẽ miſit ad eam Euelthon dono fuſum aureum,atque colum penſo circundatam: dicentiq̃ conſueuerat verba: Pheretimæ,inquit, talib. rebus donari fœminas,nõ exercitu. Arceſilaus interea Sami agens,vnumquenque ſolicitabat ad ſpem rei agrariæ: coactoque ingenti exercitu,miſſus eſt Delphos ad conſulendum de reditu in patriam. Cui Pythia ita reſpondit: Ad quatuor Battos ac totidẽ Arceſilaos octo hominũ ætates dat vobis Apollo Cyrene regnare,vlteriꝰ vos conari dehortatur. Tibi verò ſuadet,vt ingreſſus in domum tuã,quietem agas. Quod ſi fornacem inueneris plenam amphorarum,ne eas excoquas,ſed ad auram emittas. Sin fornacem incenderis,ne cõmittas vt circunfluum introeas: alioqui peribis tu pariter & taurus optime opus faciens: Hæc Arceſilao Pythia reſpõdit. Ille ſumptis ijs quos cõtraxerat,è Samo,redijt Cyrenen: recuperatoque rerũ ſtatu,immemor oraculi factus, vocatis ad dicẽdam cauſam ijs,qui cõtra ipſum in partib. fuerant, obiecit culpã fugæ ſuæ. At illorum alij exilio ſolum vertebant,alij ab eo cõprehenſi,in Cyprum ad necẽ mittebantur, quos Cnidij ad ſuam terram appulſos liberauerunt,ad Theramque dimiſerunt. Quoſdam,qui in grandẽ quandam & priuatam Aglomachi turrim refugerant,circundata materia Arceſilaus igni cremauit. Hoc perpetrato,agnoſcens id eſſe oraculum, quo Pythia nõ ſinebat eum inuẽtas in fornace amphoras excoquere, exceſſit vltro ex vrbe Cyrene,extimeſcens necẽ oraculo p̃dictam,& quod Cyrenen exiſtimaret eſſe circunfluam. Cõtulitque ſe ad regẽ Barcæorum nomine Alazerim,cuius filius in matrimonio habebat cognatam ſuam. Et quidam tunc Barcæi,tum Cyrenæi exules cũ in foro agentẽ animaduertiſſent,obtruncarunt,& inſuper eius ſocerũ Alazerim. Ita Arceſilaus,ſiue volens,ſiue inuitus,oraculo nõ obſecutus,fatum ſuum impleuit. Mater eius Pheretima, dum filius mali ſui ſibi auctor Barcæ agit, ipſa interea honorib. filij Cyrene fungebatur, ac munera obibat cùm alia,tum in ſenatu p̃ſidendo. Vbi cognouit filium in vrbe Barca oppetiſſe mortẽ,fuga ſe proripuit in Ægyptum. Nam Arceſilaus fuerat de Cambyſe Cyri bene meritus: q; is extitiſſet qui Cyrenen Cambyſi tradiderat,ac tributum inſtituerat. Hæc in Aegyptum cum peruenisſet,ſupplex Aryandi aſſedit: hortans eum ad ſe vlciſcendam,p̃tendens titulum,quod filius, quia cum Medis ſentiret,interemptus eſſet. Erat hic Aryandes Aegyti prætor

à Cam-

Aliarchus. Battus claudus.

Cyrenenſium diſtributio,

Phereti ma.

Arceſilaus eijcitur. Salamin. Euelthon.

Coluscum fuſo fœminæ tractanda.

Arceſilaus Cyrenen recuperat.

Alazer.

Arceſilai mors.

Pheretima principis obit munera.

Aryándes.

à Cambyſe conſtitutus, qui aliquantò pòſt tẽpore cùm æmulari Dariũ vellet, ab eo eſt interfectꝰ. Siq̃dem audiẽs atq; animaduertẽs Dario cordi eſſe memoriã ſui relinquere opere, q̃ à nullo alio regũ factũ eſſet, id ſibi imitãdum putauit, donec mercedẽ accepit. Etenim Darius ex auro q̃ potuit purgatiſſimo monetã p̃cuſſit. Idẽ Aryandes Ægypti prætor ex argento fecit. Et nunc quoque extat puriſſimũ argẽtum Aryandicum. Ea re comperta, Darius inſimulatũ quaſi rebellare vellet, morte affecit. Tunc tamen Aryandes hic miſertus Pheretimæ, omnes ei copias Ægypti tradidit, pedeſtres ſimul & nauticas, p̃poſito quidem pedeſtribus Amaſi hoĩe Maraphio, nauticis aũt Badra generis Paſargadi. Sed priuſquam copias mitteret, caduceatore Barcam miſſo percontabat, quiſnam percuſſor Arceſilai extitiſſet. Barcæi ſe oẽs extitiſſe reſpondent. multa enim ſe ab illo mala eſſe perpeſſos. His auditis Ariandes ita exercitum vnà cũ Pheretima mittit. Atque hic quidem titulus inferendi belli extitit. Verũ (vt mea fert opinio) exercitus mittebatur ad Pœnos ſubigendos. Pœnorũ multæ ſunt & varię nationes, quarum paucæ regi obtemperabant, pleræq; Dariũ contemnebãt. Colũt aũt Ægyptum verſus, vt hinc incipiamus, Pœnorũ primi Adyrmachidę, qui eiſdem ferè, quibus Ægyptij, moribus vtuntur. Veſtem geſtant qualem & alij Pœni, vxores eorũ in vtroq; crure armillã æream. Eædem capitis comam alunt, quarũ quæq; ſuos (quos capit) pedunculos præmordet, atq; ita abijcit. Hoc iſti ab omnibus Pœnis ſoli factitant, ſoliq; virgines nupturas regi exhibẽt, quę illi placita fuerit, eã deuirginat. Pertinẽt hi Adyrmachidæ ab Ægypto ad portum vſq; noĩe Plynum. His confines ſunt Gygamę, locum qui occaſũ ſpectat incolentes, Aphrodiſiade tenus inſula. In huius loci medio eſt inſula Platæa, vbi vrbem condidêre Cyrenæi, & in continente eſt portus Menelai & Aziris, quam Cyrenæi incoluêre. Et dehinc Silphiũ incipit, ab inſula Platæa pertingens vſq; ad fauces Syrtis. Apud hos ijdem penè ritus, qui apud alios ſunt. Gigamas ab occaſu contingunt Asbyſtæ, qui ſupra Cyrenen incolentes, p̃tingũt ad mare. Nam maritima Cyrenęi colunt. Iidem non poſtremi, ſed p̃cipui Pœnorũ ſũt, q̃ quadrigis vehanẽ, ſtudioſi in Cyrenæorũ moribus maxima ex partę imitandis. Horũ ſunt occaſum verſus confines Auſchiſæ, qui ſupra Barcam incolentes ad mare, pertinent ad Euheſperidas. Circa mediam Auſchiſarum plagam habitant Cabales, exigua natio, ad mare pertingentes ad Tauchiram oppidum agri Barcæi, eiſdem quibus ij q̃ ſupra Cyrenẽ ſunt, moribus vtentes. Auſchiſarum quod ad occaſum vergit, contingunt Naſamones, grandis natio, qui ſub æſtatem relictis ad mare pecoribus, conſcendunt ad locum Ægilen, decerpturi palmulas. Nã palmæ illic & permultæ ſunt & ſpatioſæ, & fructiferæ omnes. Ex quibus vbi palmulas præmaturas decerpſerunt, ad ſolem ſiccantes maturefaciunt, deinde lacte maceratas ſorbillant. Vxores plures ſinguli è conſuetudine habent, & cũ his in propatulo coëũt, eodem penè quo Maſſagetę modo, prius ſcipione prętento. Naſamonibus mos eſt, cum q̃s primum ducit vxorem, prima nocte vt ſponſa ſingulos conuiuas obeat Veneris gratia, & vt q̃ſq; cum ea concubuit, donum det illi quòd ſecum habet domo allatũ. Iureiurando ac diuinatione tali vtunt̃ per eos viros, qui iuſtiſſimi atque optimi apud illos fuiſſe dicunt̃, iurant illorũ ſepulchra tangentes. Diuinant ad ſuorũ accedenres monumenta, & illi, vbi preces p̃egerunt indormiunt. Vbi quodcunq; per quietem inſomnium viderunt, eo vtunt̃. Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: De manu alterius vterque ſumpto inuicẽ poculo bibit. Quod ſi nihil humoris habuerint, ſumptum è terra cinerem lingunt. Naſamonibus confines ſunt Pſylli, qui hunc in modũ interciderunt: Auſter eis oĩa receptacula aquarũ arefecerat. Erat aũt oĩs eorum regio, quę intra Syrtim eſt aquarum inops. Ob id illi publico colloquio atque conſilio expeditionem fecêre aduerſus auſtrũ. Quæ Pœni memorãt refero. Hos, cum ad arenas veniſſent, auſter ſpirans illic obruit. Pſyllis extinctis, eorũ terram Naſamones obtinent. Super hos auſtrum verſꝰ in loco feris frequenti, Garamantes habitant, qui omnium hominum commercium aſpectũq; refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, ac ne defendere quidẽ ſeſe audentes. Hi ſu

Darij nõeta.
Aryandicum argẽtum.
Badra.
Pœnorum variæ nationes.
Adyrmachidæ.
Pedunculorũ præmorſus.
Virgines à rege deuirginantur.
Aphrodiſiũ as inſula.
Gigamæ.
Asbyſtæ.
Euheſperides.
Cabales.
Tauchira.
Aegilę.
Naſamones.
Coitus in propatulo
Sponſa cõuiuis proſtituitur.
Fidei dãdę cõſuetudo
Pſylli.
Pſyllorum aduerſꝰ auſtrum expeditio.

pra Naſamones incolunt. Circa maritima verò occaſum verſus, confines ſunt Macæ, qui ſummũ capitis verticẽ radunt, in medio capillos creſcere ſinentes, hinc atq; hinc in orbẽ tõdentes. In bellum pelles ſubterraneorum ſtruthionum ferunt, p tegumento. Per eos flumen Cinyps è colle, qui vocaẽ Gratiarũ, fluens in mare influit. Hic collis Gratiarum, nemoribꝰ frequens eſt, cùm cætera (cuius memini) Africa ſit arboribꝰ nuda, ducentorum ab ea ad mare ſtadiorum intercapedine. Horum Macarum finitimi ſunt Gindanes, quorum vxores ferunt fimbrias pelliceas ſingulæ multas, ob hoc (vt memoratur) quod vt à quóq; viro Venerẽ paſſa eſt, fimbriã orat, & vt quæq; plurimas habet, ita p̃clariſſima cenſetur, tanq̃ à pluribꝰ viris adamata. Horum Gindanorum orã in mare porrectã incolunt Lotophagi, qui è ſolo loti fructu victitant, qui fructus eſt inſtar fructus lentiſci, ſuauitate aſſimilis fructui palmarum. Ex hoc fructu Lotophagi vinum cõficiunt. Lotophagis ſecundum mare vicini ſunt Machlyes, loto & ipſi veſcentes, ſed minus q̃ ſuperiores. Pertingũt autẽ vſq; ad ingentẽ amnẽ, nomine Tritonẽ, qui in grandẽ paludẽ Tritonidẽ influit, in qua eſt inſula, q̃ dicitur Phla. Hãc inſulã aiunt dici à Lacedæmonijs habitari debere. Aiunt autẽ hunc in modum, Iaſonẽ poſteaq̃ ſub Pelio Argo exædificauit, impoſitis in ea cùm alijs ſolennibus hoſtijs, tum verò tripode æreo, circuiſſe Peloponneſum aĩo Delphos eundi, eumq; cùm teneret curſum circa Maleã, abreptum à vento aquilone, & abductum in Africã, & priuſquã tellurẽ cerneret, in aſpretis paludis Tritonidis aſtitiſſe, eiq̃ hæſitãti de egreſſu apparuiſſe Tritonẽ, ac iuſſiſſe dari ſibi tripodẽ, quod diceret oſtẽſurum ſe illis exitum, atque incolumes remiſſurum. Aſſentiẽte Iaſone, ita demum Tritonẽ oſtẽdiſſe, qua ratione è breuibus enauigarent, & tripodem ab illis in templo poſitum eſſe, in eoq̃ tripode oraculum reddidiſſe, & ijs qui cum Iaſone erant, oẽm rationẽ indicaſſe. Fore enim, vt cùm quis tripodẽ accepiſſet ex oĩbꝰ qui in Argo nauigarent, neceſſariò centum Græcæ ciuitates accolerent paludẽ Tritonidẽ. Hæc cùm audiſſent Pœni qui montẽ Gratiarũ colunt, tripodẽ occultaſſe. Iuxta hos Machlyes habitant Auſes, circum Paludem Tritonidẽ. Ita vtrique habitant, vt medio Tritone dirimanť. Quorum Machlyes quidẽ occiput crinitum geſtant, Auſes verò anteriorẽ capitis partem. Horum virgines anniuerſario Mineruæ feſto in honorẽ ipſius deę, indignè inter ſe bifariã diuiſæ p̃liantur lapidibus fuſtibusq;, dicẽtes ſe morem patrium ſeruare ei, quam Minerua nominauimus: & q̃ virgines è vulneribus decedunt, eas falſas virgines appellant: ſed priuſquã à pugnando deſiſtant, hoc faciunt: Quæ virgo in pugnam optimam operã nauauit, eam ſemper cõmuni cõſenſu cæteræ virgines exornant cùm cætera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & currui impoſitam circa paludẽ circunferunt. Quibus autẽ rebus ornabantur olim virgines antequã accolerent Græci, non habeo dicere. Arbitror ornari ſuetas armis Ægyptijs, nam ab Ægypto affirmo & ſcutum & galeam ad Græcos eſſe tradita. Mineruam aiunt Neptuni eſſe filiam, ac paludis Tritonidis, eamq̃ neſcio quid à patre reprehenſam, donaſſe ſe ipſam Ioui, & Iouem ſibi illam aſciuiſſe filiam. Hæc illi aĩunt. Iidem promiſcuè cum mulieribus non vnà habitantes, ſed pecudum more cõcumbunt. Vbi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quem virum habitare ſuſtinet (nam tertio quoq̃ menſe viri conueniunt) eius filius cenſetur. & hi quidem maritimi Pœnorum paſtoralium, Nomades dicuntur. Supra hos in mediterraneis Africa feris eſt frequens. Supra hanc partẽ efferatam ſupercilium ſoli fabuloſum eſt, porrectũ à Thebis Ægyptijs ad columnas Herculis. In hoc ſupercilio ferme decem dierum itinere ſunt grumi grandes ſalis, concreti in collibus, & ſingulorum collium vertices è medio ſale eiaculantur aquam dulcem pariter & gelidam. Circa quam homines habitant vltimi, ſolitudinem verſus, & ſupra plagam feris inacceſſam, à Thebis itinere dierum decem, primi Ammonij, habentes templum ad Thebani Iouis effigiem. Etenim Thebis quemadmodum à me memoratũ eſt, aſpectu arietino, Iouis ſimulacrum eſt. Apud hos eſt alia quoq; aqua fontana, quæ ſub matutinum quidem tepet, ſub horam qua forum frequentiſſimum eſt, fri-

Garamantes.
Verticis raſura.
Macæ.
Africa arboribus nuda.
Gindanes.
Gindanarũ mulierũ fimbriæ.
Phla inſul.
Iaſon.
Argus ædificatio.
Auſes.
Virginum anniuerſarius conflictus.
Nomades.
Ammonij.

eſt,frigeſcit,ſub meridiē multò frigidior eſt. Eaq; hora hortos irrigāt. Declinato iam die remittit frigus,donec ſol occidit: tunc tepeſcit,magis ac magis caleſcēs ad mediā vſque noctē,quo tēpore feruens exæſtuat: ꝑterita nocte media,ad aurorā vſq; refrigeſcit. Cognominat autē fons ipſe ſolis. Poſt Ammonios per ſuperciliū ſabuli,decem rurſus dierū itinere eſt collis ſalis,& aqua illi Ammoniæ par,hoīb⁹ circùm habitantibus,cui loco nomen eſt Ægila,ad quē locum Naſamones cōmeant palmulas decerptum. Rurſus decem dierum ſpacio ab Ægilæis alius collis eſt ſalis & aquæ,& palmularum fructiferarum magna vis: quēadmodū apud alios,incolentib⁹ illic hoīb⁹,quibus nomen eſt Garamantibus,natione ſanè magna,qui inducta ſuper ſalem humo,ita ſerunt. ab his ad Lotophagos breuiſſimum iter. A quibus triginta dierum ſpacium eſt ad eos,apud quos gignuntur boues præpoſterè paſcentes. Ideo aūt ꝑpoſterè paſcuntur,q; cornua inflexa anterius habent,& ob id retrorſum euntes paſcuntur. Nā offenſantib⁹ in terrā cornibus, ꝓgrediendo paſci nequeunt,alioqui nihil differentes à cæteris bobus,ꝑter craſſitudinem pellis atq; duritiā. Garamātes hi Troglodytas Æthiopes quadrigis venantur. Nam Troglodytæ Æthiopes,oīm quos fando cognouimus, perniciſſimis pedibus ſunt,ſerpentibus,lacertisq; & alijs id genus reptilibus veſcentes,lingua nulli alteri ſimili vtentes,ſed veſpertilionum more ſtridentes. A Garamantibus decem quoque dierum itinere alius collis eſt ſalis,& aqua, accolentibus hoīb⁹, quibus nomen eſt Atlantibus,ſolis oīm hominū,quos ipſi nouim⁹, innominatis. Nā ſales quidē apud eos vocantur atlantes, ſingulis autē eorum nullum nomen imponitur. Hi ſolem tranſcendentē execrantur,eiq; ꝑterea oīa cōuicia ingerunt, quod torridus & ipſos & regionem perdat. Poſt totidē dierū iter,ali⁹ tumulus ſalis eſt, cū aqua, & hominib. accolentibus. Cui cōfinis eſt mons nomine Atlas,exilis,& vndiq; teres: & (vt fertur) adeò celſus,vt eius cacumen nequeat cerni,q; à nubibus nunquam relinquatur,neq; hyeme neq; æſtate. Columnam cæli illum eſſe indigenæ aiunt. Ab hoc monte cognominantur hi homines,nam Atlantes vocantur: dicunturq; nec vlla animante veſci,nec vlla ſomnia cernere. Ad hos vſq; Atlantes poſſum recenſere nomina eorum qui in ſupercilio Africæ habitant,poſt hos nihil amplius: Porrigitur autem id ſupercilium ad columnas vſque Herculeas,atque vlterius. Intra quod eſt metallum, id eſt,effoſſio ſalis,decem dierum itinere,& hoīes incolentes domicilia ſua facientes ex micis ſalis. Iſti enim iam tractus Africæ vacant imbribus. Nam ſi plueret illic, non poſſent manere parietes ſalis. Eſt autē ſal qui ibi effoditur, colore albus & purpureo⁹. Supra hoc ſupercilium,auſtrum verſus ac mediterranea Africæ,deſerta etiā plaga eſt, & ſine aqua feriſq;,ſine pluuia ac lignis,omni prorſus humore vacans. Ita ab Ægypto ad Tritonidem lacum,paſtoritij Afri ſunt,carne victitantes ac lacte, nihil vaccinū guſtantes, quia nec Ægyptij guſtant ſuem, ne alentes quidem vaccā. Nec Cyrenęæ fœminæ ferire ſibi fas putant,ob Iſidem quæ eſt in Ægypto,cui etiam ieiunia & dies feſtos agunt ſtudioſè. At mulieres Barcææ nō modò guſtu vaccinæ carnis, ſed etiam ſuillæ abſtinent. Atque hæc quidem ita habent. Ad occaſum verò Tritonidis lacus iā nō ſunt paſcuales Pœni,neq; eiſdē morib. vtentes,neq; idē circa infantes (quod paſcuales ſolēt) factitātes. Nā Pœnorū qui paſtorales ſunt,an oēs, non queo ꝓ certo dicere,ſed pleriq; hoc faciūt. Vbi filij ipſorū quadrimi effecti ſunt, venas verticis illorū lana ſuccida inurunt,nōnulli venas tēporū,eā videlicet ob cauſam,ne vllo vnq; tēpore phlegma,id eſt,pituita defluēs è capite,officiat,eaque de re ſe aiūt eſſe optima valetudine. Et ſunt re vera Pœni inter oēs quos nos nouimus hoīes ſaluberrimo corpore,incertū mihi an ob hāc cauſam,certè optima valetudine ſunt. Quòd ſi pueris inurendis ſpaſmus exiſtat,inuēta eſt ab eis medicina. Vrina em̄ hirci aſperſa eos liberant. Ea refero q̄ ipſi Afri narrant. Apud paſtoritios Afros talia ſunt ſacrificia: Vbi ꝓ primi tijs aurępecudis ꝑciderunt,eā ſupra domū abijciunt: hoc acto, ceruicē eius auertūt. Solis omnium deorum immolant Soli & Lunæ,& his quidem vniuerſi Pœni ſacrificant. At qui circa Tritonidem paludem incolunt,etiam Mineruę Tritoniąue ac Ne-

Fons ſolis. Salis collis. Garamantes. Troglodytæ. Serpentibus veſcentes. Atlantes. Solem execrantes. Atlas mons. Atlantes vnde appellati. Metallum ſalis. Domus ex ſale. Imbribus vacantes. Cyrenęarum fœminarum ob Iſidem ſuperſtitio. Vaccinum non guſtantes. Sue abſtinentes.

Minerua ægis. ptuno, ſed Mineruæ p̃cipuè. A quibus Afris Græci veſtẽ & ægidas ſimulacrorum Mineruæ mutuati ſunt, præterq̃ quod apud Afros pellicea veſtis eſt, & pendentes ex eis ægidibꝰ fimbriæ nõ ſunt ſerpentes, ſed è loris factæ. Cętera verò oĩa ad idẽ exemplar effecta ſunt, noĩe quoq; ipſo teſtificante, veniſſe ex Africa Palladiorũ ſtolã. Quippe Afræ mulieres ſuper veſtẽ amiciunt̃ nudis pellibꝰ caprinis fimbriatis, ac rubrica delibutis, à quibꝰ ęgeis, id eſt, caprinis pellibus, ęgidas denominauêre Græci. Quinetiam hinc primũ mihi videt̃ eiulatus in tẽplis extitiſſe, quod eo Africanę mulieres vehemẽter vtunt̃, ac bellè. Et ab Afris quadrijugos equos iungere Græci didicére. Sepeliunt autẽ paſtorales Afri defunctos vt Græci, p̃ter Nazamones, qui illos ſedentes ſepeliunt, obſeruantes vt dum quis cœpit agere aĩam, eum ſedentẽ cõſtituant, ne ſupinus expiret. Domicilia eorum ſunt virgultis cõpacta, ſuſpenſis circa lentiſcos, & ea quoquò verſus verſatilia. Et illi quidem talibus vtunt̃ morib. Cõtingunt autẽ hos ab orientali parte Tritonis fluminis hi Auſes, q̃ ſunt aratores: qui verò Pœni, domos poſſidere conſueuerunt, ijs nomen impoſitũ eſt Maxyes, qui dextram capitis partẽ comatam geſtant, ſiniſtrã radunt, corpus minio tingunt, aſſerentes ſe à Troianis eſſe oriundos. Regio hæc & reliqua ad occidentẽ vergens, multò frequẽtior eſt feris ſyluisq̃ quàm regio paſtoralium. Nam q̃ ad aurorã reſpicit, quam paſtorales incolunt, Tritone flumine tenus, & depreſſior eſt & arenoſa. Hinc deinceps quæ aratorũ eſt, veſperã ſpectans, mõtana valde eſt ac nemoroſa ferisq̃ frequens. Siquidem apud hos & ſerpentes ſunt ſupra modum grandes, ac leones: elephãtes quoque & vrſi, & aſpides, & aſini cornib. præditi. Et cynocephali, id eſt, capita canina habentes, & acephali, id eſt, nõ habentes capita, ſed in pectorib. oculos, vt ab Afris memoratur, necnõ viri fœminæq́; agreſtes, & aliæ permultæ feræ haud ementitę. Quorũ nihil apud paſtorales eſt, ſed alia, veluti pygargi & capræ & bubali & aſini: non illi quidem cornua habentes, ſed alij impoti, numq̃ enim bibunt: & oryes, quibus vlnales palmæ pro cornibus fiũt. Huius feræ magnitudo eſt ad æquiparationem bouis: & baſſaria, & hyenæ, & hyſtrices, & arieres agreſtes, & dictyes, & thoyes, id eſt, ex hyæna & lupo geniti, & pantherę, & boryes, & crocodili tricubitali ad ſummum magnitudine, terreſtres, lacertis affiniles, & ſtruthij ſubterranei, & ſerpentes puſilli cum ſingulis cornibus. Hę ſunt illic feræ, & item quę alibi, p̃ter cerũ & aprũ. Ceruus enim & aper prorſus in Africa nullus eſt. Sunt ibidem quoq; tria murium genera, quorum alij bipedes vocantur, alij zegeries Punica lingua, quod in noſtra pollet idem quod colles, alij echines. Sunt p̃terea muſtelę, quę in Silphio naſcuntur, murẽnis ſimilimę. Tot habet feras Pœnorũ paſtoralium regio, quantum nos maximè ſcrutando lõgiſſima inueſtigare potuimus. Maxyum Pœnorum cõfines ſunt Zabeces, vbi fœminę aurigantur currus in bellum. His finitimi ſunt Zygantes, vbi magnã vim mellis apes conficiunt, ſed multò plus opifices viri facere dicuntur. Omnes minio inficiuntur, ac ſimijs veſcuntur, quarum affatim gignitur ijs, qui in montibꝰ degunt. Iuxta hos aiunt Carthaginiẽſes ſitam eſſe inſulam nomine Cyranem, ducentorum ſtadiorum longitudine, arctam in latum, in quam iri è continente poteſt, oleis refertam ac vitibus. Et in ea eſſe portum, vnde virgines indigenarum pennis volucrum pice illinitis ramenta auri referunt è limo. Hæc an vera ſint, haud equidem ſcio: ſed quæ narrantur, ſcribo. Fuerit autem totum, vt ipſe ego in Zacyntho vidi, picẽ è lacu & aqua referri. Sunt eò loci cõplures lacus, quorum qui maximus, ſeptuaginta quoquò verſus pedum eſt, altitudinis duũm paſſuum. in hunc virgines contũm, cuius in ſummitate myrtus alligata eſt, demittunt: deinde referunt myrto picem, odorem quidem aſphalti habentem, ſed cætera præſtãtiorem pice Pieria, eamq́ue in ſcrobem quem iuxta lacum foderunt, effundunt: & vbi multum illius aggeſſerunt, ita è ſcrobe in amphoras transfundunt. Quicquid autem in lacum decidit, id ſub terram means redditur in mari, quod à lacu quatuor ſtadijs abeſt. Ita id quod de inſula adiacenti Africæ dicitur, conſentaneum eſt veritati. Aiunt p̃terea Carthaginienſes, locum eſſe Africæ extra columnas Herculis habitatũ homini-

Aegis vn. de appellatur.

Naſamonum cadauera.

Auſes aratores. Maxyes.

Cynocephali. Acephali. Oculos in pectoribus geſtantes.

Tria murium genera.

Zygantes.

Cyranis.

Pix Pieria.

hoīb⁹: eò quoties ipſi applicuêre ſe, merces è nauib⁹ exponere, easq; in crepidine terræ deinceps collocare: tũ cõſcenſis nauib. fumũ excitare: fumo aũt cõſpecto, indigenas ad mare cõtendere: dehinc auro ꝑ mercib⁹ depoſito, rurſus illinc abſcedere, ſed nõ extra cõſpectũ: tum ſe illinc è nauib. egreſſos ꝑciũ cõſiderare, & ſi dignũ mercib. videaī, eo ſumpto abire: ſin minus, cõſcenſis iterũ nauibus cõſpicere. Illos verò accedentes, plus auri ad id quod depoſuerunt addere, donec ꝑſuadeāt. Neutros aũt alteris iniuriã inferre: neq; eñ aut ſe cõtingere aurũ, priuſq; merciũ precio ſit adæquatũ: neque illos prius merces attingere, q̃ ipſi aurũ ſumpſerint. Atque hi ſunt Pœnorum, quos nominare poſſum: quorũ pleriq; neque tũc de rege Medorum curabãt quicq̃, neque nunc curant. De qua regione eatenus queo dicere, à quatuor eam nationibus (quantũ nos ſcimus) nõ amplius incoli: quarũ duæ ſunt indigenæ, totidẽ nõ indigenæ. Indigenæ quidẽ Pœni atq; Æthiopes, quorũ alteri ad aquilonẽ Africæ, alteri ad auſtrum incolunt. Aduenę verò, Phœnices & Greci. Neque verò videtur mihi bonitas Africanæ terræ cum bonitate Aſię atque Europæ cõparanda, ꝑter vnã Cinypen, q̃ tellus fluuio cognominis eſt. Hæc optimæ cuique telluri par eſt ꝓuentu fructus ce realis, nec vlla re ſimilis eſt cæteræ Africæ. Eſt eñ pulla & vda fontib. ac ſecura ſiccitatis aëris, ac ne imbre quidẽ, qui ſit vehemẽtior, læditur. Nã in eo tractu Africæ pluit, & ex ꝓuentib. fructuũ terræ, totidẽ mẽſuræ illic quot è Babylonica tellure ꝓcipiuntur. Bonum ſolum & illud eſt, quod Euheſperitæ colunt. Nã quoties id eximiè ſeipſum hubertate ſuperat, cẽtuplum reddit. At ſolum Cynipum, circiter trecenta. Porrò Cyrenaica regio, q̃ huius Africæ editiſſima eſt, quam paſtorales incolunt, treis in ſe plagas cõtinet admiratione dignas. Primã, q̃ maritima eſt, q̃ in ea iam fructus maturi metuntur, vindemiãturque. His cõpoſitis, in plaga q̃ ſupra maritimã eſt, medios fructus legunt, quã plagam colles appellant: ac dum hi fructus adornãtur, ij qui ſunt in editiſſima plaga, coquunt atque matureſcunt. Itaque dum primi fructus bibuntur atque eduñ, vltimi aduentant. Atque hunc in modum ad octo menſes perceptio fructuum Cyrenæos occupat: Hæc hactenus de his dicta ſunt. Perſæ ad vlciſcendã Pheretimã ab Aryande miſſi ex Ægypto, Barcam peruenerunt, oppidũ obſederunt, miſſis ilicò qui denunciarẽt dedi auctores necis Arceſilai. Eos oppidani, vt qui cędis oẽs participes eſſent, in colloquium nõ admiſerunt. Ita octo menſes Barcam cùm obſediſſent Perſæ, nono menſe cuniculos ſuffoderunt ad murum ferentes, & valida tormenta admouerunt. ſed cuniculos quidem faber quidã æratius deprehẽdit æreo ſcuto hunc in modum: Circunferens illud intra murum, admouebat pauimento vrbis: quod vbicunque admouebatur alibi, illinc è ſolo nihil ſoni reddebatur: ad locũ autẽ qui ſuffodiebatur, æs clypei reſonabat. Ibi è diuerſo fodientes Barcęi, Perſas ſuffoſſores interemerunt. Tormenta autem Barcæi ipſi repulſabant. Verùm cùm multũ temporis cõtriuiſſent, & multi vtrinque caderẽt, nec pauciores ex Perſis, Amaſis dux peditatus talem rem cõmentus eſt: Animaduertens Barcæos vi non poſſe ſuperari, ſed dolo, latam foſſam per noctem depreſſit, eiq̃ fragilia ſuperſtrauit ligna: & ſuper ea humũ induxit, reddens ſolum cætero æquabile. Simulatque illuxit, Barcęos in collo quium euocat. Illi libenter obtẽperauêre, quod eis cordi erat ad pactionẽ deuenire. Pactionẽ autẽ in hanc formulã ineunt, ferientes fœdus ſuper occultã foſſam. Quoad humus ea ita haberet, tandiu fœdus in ea regione ratum foret. Barcæis quod æquum foret ſe penſuros regi promittentibus, & Perſis ſe nihil rerum nouarũ aduerſus Barcæos eſſe molituros. Barcæi dehinc fœderibus freti, & ipſi ex vrbe prodibãt, & ex hoſtibus cuicunque libebat intrandi vrbem faciebant poteſtatem, patefactis omnibus portis. At Perſæ reſciſſo ponte occulto, in vrbem proruperunt. Ideo autem pontem quem fecerant reſciderunt, vt fœdus ſoluerent, quod cum Barcæis percuſſerant, tandiu ratum fore fœdus, quandiu maneret terra, vt tunc manebat. Refracto enim ponte, nõ manere fœdus in ea regione ampli⁹. Pheretima traditos ſibi à Perſis Barcęos, qui faciendæ cædis principes fuerant, ſudibus ſuffixit per ambitum murorum. Fœmi

Pœni atq; Æthiopes indigenæ, Phœnices & Græci aduenæ.

Cynipis fœcũditas.

Euheſperitæ.

Cyrenaicę regionis fœcũditas.

Cuniculi deprehenſio.

Foſſa occulta.

Barcęorũ fœdus.

narum quoque deciſas mamillas circa muros appẽdit. Cæteros Barcæos Perſis vt di-
Barces expugnatio. riperent imperauit, præter Battiadas, & qui cædis affines non extiterant. His vrbem
Pheretimę in Barcæas crudelitas permiſit, reliquis in ſeruitutem abreptis, Perſæ redierunt: qui cum ad vrbem Cyrenẽ rediſſent, Cyrenæi eos, oraculi cuiuſdam ſeruandi gratia, per vrbem deduxerunt. Sed inter tranſeundum præfectus naualis exercitus Bares illis præcepit, vt vrbem diriperent, recuſante Amaſi peditum duce, ſe enim aduerſus vnam Barcem Græcam vrbem eſſe miſſos. Verùm poſtq; tranſierunt & ad rupem Lycæi Iouis ſubſederunt, pœnitẽtia eos ſubijt, quod Cyrenen non occupaſſent, eamq; iterum adoriri conati ſunt, Cyrenæis eos contemptui habentibus. Et licet nemo contrà ferret arma, tamen inceſſit eis metus: illinc q; curſu ſe ripientes, ſexaginta circiter ſtadia conſederũt. Vbi ſtatiua habẽtibus, ab Aryande nuncius aduenit ad eos reuocãdos. Cum à Cyrenæis cõmeatum ſibi præberi precarentur, eo accepto, in Ægyptum reuertebantur. Quos deinde Pœni excipientes, veſtitus atq; vtenſilium gratia, vt quiſq; relinquebat trahebaturq;, interficiebant: donec in Ægyptum peruentum eſt. Hic Perſarum exercitus in Africã longiſſimè ad Euheſperidas proceſſit. Quos aũt Barcæorum cepêre, quosq; ex Ægyp-
Barce vicus. to eiecêre ad regem, ijs Darius rex ad incolendum dedit vicum Bactrianæ regionis, cui vico nomen impoſuêre Barcæ, ad meam vſque memoriam etiam incolis frequentem. Verùm ne ipſa quidẽ Pheretima probè vita exceſſit. Nam ſimul ac ex Africa vltra Barcæos in Ægyptum redijt, malè perijt. Vt enim exiſtunt acres admodum & in-
Deorum acres vindictæ. uidioſæ vltiones deorum in homines, viuens vermibus cõputruit. Talis ac tanta Pheretimæ Batti filię in Barcęos vindicta extitit.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER QVINTVS, QVI INSCRIBITVR TERPSICHORE.

Megabyzus. Perinthij. Pæones. AT Perſę, qui in Europa ſub Megabyzo relicti à Dario erant, primos ex Helleſpontijs Perinthios, Dario ſubeſſe recuſantes, ſubegerunt, anteà quoque à Pęonibus malè affectos. Siquidem Pęones qui ſunt à Strymone, admoniti diuino reſponſo, vt bellum Perinthijs inferrent: & ſi quidem à Perinthijs ex aduerſo confidentibus prouocarentur, nominatim compellantibus, eos inuaderent: ſin minus, ab inuadẽdo abſtinerent, ita fecerunt. Confidẽtibus Perinthijs è regione Pœonum in ſuburbanis, ibi ſingulare certamen ex prouocatione commiſſum eſt viri cum viro, equi cum equo, canis cùm cane. Et cum victores duobus certaminibus Perinthij prę gaudio carmen Pęana cantarent: tunc Pęones hoc ipſum eſſe reſponſum dei coniectantes, inter ſe dixêre: Nunc oraculum dei perfectum eſt. nũc noſtrum eſt opus. Atque ita in Perinthios canentes impetum fecêre, egregieq; viceruntPęan carmen. Perinthi expugnatio. & ex illis paucos reliquêre. Ac quę quondam à Pęonibus geſta fuerunt, hunc in modum geſta ſunt. Tunc Perinthij pro libertate ſtrenuè pugnantes, tamen multitudine à Megabyzo ſuperati ſunt. Perintho capta, Megabyzus per Thraciã arma circunferens, omnes eius vrbes atque omnes nationes pacatas regi reddebat. Hoc enim illi à Dario fuerat imperatum, vt omnem Thraciam ſubigeret.

Gens Thracum ſecundum Indos omnium maxima eſt, ſi aut vnius imperio regeretur, aut idem ſentiret, vt mea fert opinio, inexpugnabilis foret, & omnium gentium multò validiſſimà. Sed quia id arduum illis eſt, & nulla ratione cõtingere poteſt, ideo imbecilles ſunt. Habent autem multa nomina ſingularum regionum ſingula. Moribus tamen ac opinionib. conſimilibus imbuti ſunt, præter Getas & Trauſos, &

qui

qui ſupra Creſtonęos incolunt. Ex quibus, quod Getæ ſe pro immortalibus gerant, à me commemoratum eſt. Trauſi verò in cæteris quidem omnibus idem quod Thraces: verùm circa natalia ſuorum atque obitus hoc factitant: Edito puero, propinqui eum circunſidentes cum ploratione proſequuntur, recenſentes quaſcunq; neceſſe eſt illi, quod uitam ingreſſus ſit, perpeti humanas calamitates, Hominem fato functum, p luſum atque lætitiam, terræ demandãt, referentes quot malis liberato in omni ſit felicitate. At qui ſupra Creſtonæos incolunt, hęc agunt: Singuli plures uxores habent, quorum ubi quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter uxores, acri amicorum circa hanc rem ſtudio, quænam dilecta fuerit à marito ptæcipuè. Quæ talis iudicata eſt, & hunc honorem adepta, ea à viris ac mulierib. exornata, ad tumulum à ſuo propinquiſſimo mactatur, vnaq; cum viro humatur, cæteris vxorib. id ſibi pro ingente calamitate ducentibus. Nam id eis ſummo dedecori datur. Reliquis Thracibus hic mos eſt: Liberos in mercatu venundant. Virgines non aſſeruant, ſed quib. libuit, cum viris concumbere ſinunt. Vxores aſſeruant vehementer, easque magno ære à parentib. coëmunt. Punctas notis eſſe frontes, nobile iudicãt: non eſſe notatas punctis, ignobile. Ocioſum eſſe, pro honeſtiſſimo habetur. Agriculatorem verò, pro cõtemptiſſimo. E bello atque rapto viuere, pulcherrimum. Atque hi quidem ſunt eorum inſigniſſimi mores. Deos autem hos ſolos colunt: Martem, Liberum, Dianam: ſed reges ptęr populares etiam Mercurium: eumque è dijs præcipuè, per quem ſolum iurant, à quo p genitos quoq; ſe aiunt. Optimatib. eorum tales ſunt ſepulturæ: Prolato triduum cadauere, mactatisque omnifarijs hoſtijs, cõuiuantur. Illudq; defletum prius, deinde combuſtum ſepeliunt, aut alioquin humo contegunt. Aggeſtoque deſuper tumulo, cum alia oĩs generis certamina proponunt, tum præcipuè certa cũ ratione monomachiam, id eſt, ſingulare certamen: Et ſepulturæ quidem Thracum huiuſmodi ſunt. Quod autem huius regionis ad aquilonem vergit, nemo poteſt pro comperto referre, quinam hoĩes eam incolant, ſed illam quę transIſtrum plaga eſt, conſtat vaſtam eſſe atque ignotam, vbi ſolos audio habitare hoĩes, nomine Sigynas, veſte Medica vtentes, eorumq; equos toto corpore hirſutos eſſe, ad quinque digitos altitudine pilorũ, eoſdemq; puſillos ac ſimos, inualidosq; ad viros geſtãdos, ſed currui iunctos, eſſe perniciſſimos: atque his currib. indigenas inuehi. Horum fines proximè accedere ad Henetos, qui ſunt in Adria. Eos quoque ſe colonos Medorum dicere, qui quo pacto coloni Medorum fuerint, equidẽ nõ queo dicere: ſed fieri quidlibet poteſt intra longũ tẽpus. Sigynas Pœni qui ſupra Maſſiliã incolunt, inſtitores appellant: Cyprij iacula. Verùm vt Thraces aiunt, apes loca Tranſiſtrana obtinẽt, & ob illas vlterius pergi nõ poteſt: quæ cũ dicunt, haud credibilia apud me dicunt, quoniam hoc animal conſtat frigoris intolerans eſſe. Mihi tamen loca quæ ſeptentrionib. ſubſunt, videntur ob gelu inhabitabilia eſſe. Hactenus de hac regione: cuius oram maritimã Megabyzus Perſis obedientem reddidit. Darius tranſmiſſo rapidiſſimè Helleſponto, poſtquam Sardis venit, recordatus eſt beneficij in ſe ab Hiſtiæo collati, & conſilij Cois Mitylenæi. Quib. accerſitis Sardis, obtulit electionem. Hiſtiæus vt qui eſſet Mileti tyrannus, nullam ſibi tyrannidẽ popoſcit, ſed Myrcinũ Hedonidem animo vrbis in ea condendę. Et is quidem hanc elegit. Coes autem vt qui nõ tyrannus, ſed priuatus eſſet, optauit Mitylenes tyrãnidẽ. Impetrato vterque quod optauerat, eò ſe cõtulit. At Dario res huiuſmodi oblata eſt, vt illam videnti inceſſerit cupido iubendi Megabyzo, vt Pæonas ex Europa è ſedib. in Aſiam tranſportaret. Erant Pigres & Maſtyes viri Prędones, qui poſtquam Darius tranſmiſit in Aſiam, & ipſi Sardis venêre, cupidi tyrannidis apud Pæonas potiundæ, ducentes vnà ſororẽ procera ſtatura atque ſpecioſam. Hi obſeruato tempore dum in ſuburbanis Lydorum Darius preſideret, talem rẽ ſibi agendã putarunt: Sororẽ q; optimè póterant cũ exornaſſent, ad aquã mittunt, vas capite cõtinentẽ equumq; è brachio trahentẽ, linumq; nentem. Eam ptereuntẽ Darius attentè conſiderabat, q; neq; Perſica erant illa quæ ageret mulier, neq; Lydica, neq; vllarũ ex

Vxorũ mactatio ad mariti funus.

Agriculationem eſſe contẽptui.

Monomachia ad ſepulcr.

Thracũ ſepulturæ.

Sigynę populi.

Henetl. Adria.

Hiſtiæus.

Myrci us Coes.

Pigres. Maſtyes.

Asia fœminarum. Hęc considerãs, misit quosdam suorum satellitum, iussos obseruare in quam rem vteretur mulier equo. Istis obsequentibus, fœmina vbi peruenit ad flumen, equo satisfecit, vas aqua impleuit: His actis, eadem via regreditur, aquã capite sustinens, equum è brachio trahens, ac fusum versans. Admiratus Darius tum, quæ ab exploratoribus audisset, tum quæ ipse vidisset, adduci coràm fœminam iubet. Ea adducta, adolescentes fratres qui aderant, non procul rem ipsam speculantes, interroganti Dario cuias illa esset, aiunt se Pæones esse, & illã suam sororem. Ad quos Darius, quinã hoïes essent Pæones, & vbi locorum habitarent, & cuius rei gratia illi venissent Sardis, percontari. Adolescentes se verò venisse dicere, vt sese ei donarent. Pæoniam aũt esse ad flumen Strymonẽ sitam, qui Strymon non procul abesset ab Hellesponto, Pæones esse coloniam Teucrorum qui è Troia fuerunt. Hæc singulatim illi referebant. Interrogantiq; Dario, num oẽs illic fœminę tam laboriosæ essent, affirmare promptè id ita habere. Huius enim rei gratia illud fiebat. Ibi Dario literas ad Megabyzum dat, quem in Thracia pfectum reliquerat, iubens è sedibus suis Pæones ad ipsum tranferri, cum liberis pariter & vxoribus. Eques cum hoc nuncio confestim ad Hellespontũ cucurrit. Hellespontoq; trãsmisso, literas Magabyzo reddidit. Quibus ille lectis, sumpto è Thracia duce, aduersus Pæoniã exercitum ducit. Pæones cognito Persarum in se aduentu, cõtractis copijs processẽre ad mare, rati illac Persas ingressuros ad dimicãdum. Et Pæones quidem ad arcendũ exercitus Megabyzi ingressum parati erant: Persæ aũt certiores facti, Pæonas cõuenisse ad intercludendum ab ora maritima ingressum, sumptis ducib. iter ad superiora conuertunt, hostẽq; latentes in eius oppida irrumpunt, & illa, vtpote vacua, facilè occupãt. Quod vbi resciuẽre Pæones, protinus dispersi ad sua quisque dilabunt, seq; Persis dedunt. Ita è Pænibus Syropæones & Pæoplæ, & qui ad Prasiadẽ vsque paludem incolunt è suis sedibus emoti, in Asiam sunt abducti. Qui verò circa Pangæum montem incolunt, Doberasq; & Agrianas & Odomantos, & ipsam Prasiadem paludem, à principio non cepit Megabyzus, tentauit tamen expugnare eos qui paludem incolunt. Incolunt autem hunc in modum: In media palude compactæ erant sublicæ, tenuem à continente ingressum in vno ponte habentes. Has sublicas tabulata sustinentes, olim communiter oẽs ciues statuebant. Mox è lege hunc in modum statuendum censuerunt, vt p singulis vxoribus quas quisque duceret (ducunt aũt singuli multas vxores) ternas de figeret sublicas è monte sumptas, cui nomen est Orbelus. Hoc habitantes modo, obtinent singuli superea tabulata tugurium in quo degunt, & fores inter tabulata compactas, deorsum ad paludem ferentes. Paruulos liberos per pedem reste illigant, metuentes ne illi in aquam deuoluantur. Equis autẽ & subiugalibus, pisces pro pabulo præbent. Porrò piscium est tanta copia, vt quoties quis ianuam compactam reclinauerit, demissam fune sportam vacuam, aliquãto pòst retrahat piscium plenam. Quorum duo sunt genera, vnũ quod vocant Papraces, alterũ Tilones. E Pæonibus ij qui capti fuẽre, in Asiam sunt abducti. Pæonibus captis, Megabyzus nuncios in Macedoniam septem Persas, qui post eum erant in exercitu spectatissimi, misit ad Amyntã petituros regi Dario terram & aquam. Est autẽ è palude Prasiade breuis admodum in Macedoniam via. Nam in primis paludi confine est metallum, id est, fossa æris. Vnde post ea tẽpora Alexandro in singulos dies singula talenta prouenie bant. Post metallum, superato monte quẽ vocant Dysorum, Macedonia intratur. Eò Persæ vbi peruenẽre, & in conspectum Amyntæ, ad quem mittebantur, regi Dario terram & aquam petiẽre. Amyntas & ea dedit, & hoïes in hospitium vocauit. Instructaq; spendidè cœna, percomiter accepit. Persæ postq; à cœna ad potũ peruenẽre: Hospes, inquunt, Macedo, nobis Persis cõsuetudo est, quoties magnã exhibuimus cœnã, tunc etiã concubinas & adolescẽtulas vxores ad assidendũ introducere. Proinde tu nunc, quoniã libenter excepisti nos, & liberali hospitio pſecutus es, regiq; Dario & terrã das & aquam, sectare consuetudinem nostrã. Ad hæc Amyntas: Nobis, inquit, Persę ista consue-

Pæonia. Strymon.

Megabyz' in Pęones exercitum ducit.

Syropæones. Pæoplæ. Prasias. Pangæus mons. Doberę. Agrianę. Odomãti. Paludis Prasiadis inhabit.

Piscium copia mira. Papraces pisces. Tilones pisces.

Amyntas.

Persarum conuiuia.

ſuetudo non eſt,ſed viros à fœminis ſemouendi. Verùm quandoquidem vos exigitis qui domini eſtis,hoc quoque vobis p̃ſtabitur: Hactenus locutus Amyntas,fœminas accerſit. Illæ vt iuſſæ pręſtò fuerunt,& è regione Perſarum deinde cõſederunt. Quas Perſæ conſpicati formoſas,Amyntam alloquuntur, negantes omninò id factũ eſſe ſapienter. Satius enim futurum fuiſſe,ab initio nõ venire fœminas, q̃ poſtquam venerant non aſſidere,ſed ex aduerſo ſedere in oculorum dolorem. Ita coactus Amyntas, illas aſſidere iuſſit. Quæ cùm obtemperaſſent,ilico Perſæ mamillas illarũ tractare,vtpote pluſculo vino temulenti: nonnulli etiã tentare ſuauiari. Hæc Amyntas intuens etſi iniquo ferebat animo,tamen præ metu Perſici nominis quieſcere. Verùm eius filius Alexander cùm adeſſet,atque hæc cerneret,vtpote adoleſcens, & malorum inexpertus,nequaquam amplius tolerare poſſe. Itaque grauiter ferẽs,ad Amyntã inquit: Tu verò pater cede ætati, abiq́ue hinc ad requieſcendum,neq; indulgeas nimiũ potationi. Ego hic remanẽs,oĩa hoſpitib. quæ oportet exhibebo. Amyntas eum rei nouæ aliquid facturum animaduertens,ad hæc reſpondit: Fili,inquiens,verba tua hinc me ſummouentis penè intelligo. Ideo enim dimittis,quod aliquid noui agere in animo habes. Quare nolo te quicquam noui in hos viros perpetrare,futurum in perniciem noſtram,ſed tolera ſpectans quæ geruntur. Nam quod ad diſceſſum meũ pertinet,parebo. His reſponſis,Amyntas abijt. Et Alexãder ad Perſas: Vobis,inquit,hoſpites,cũ his fœminis vel omnibus,ſi libet,facilimè licet concumbere : ſed cũ qua earum concumbere libeat,indicate. Nunc enim ferè tempus cubandi aduentat,& vos bene potos eſſe temulẽtosq́; video. Proinde has fœminas,ſi vobis cordi eſt,ſinite ire ad ſe lauandũ,quas cũ lotæ fuerint,accipiatis. Hæc locutus Alexander,approbantib. Perſis, egreſſas fœminas in muliebre remittit cõclaue : ac totidẽ viros leues malas habẽtes, muliebrib. veſtib. exornat: traditisq́ue pugionib. introducit,admonetq́ue Perſas,inq̃ens: Vos verò Perſæ,à nobis in cõuiuiũ eſtis omni munificẽtia accepti: quippe q̃b. & quæ habeamus, & q̃ inuenire potuimus,ea oĩa repræſentauerimus: & quod omnium maximũ eſt,etiam noſtras ipſorũ matres & ſorores libraliter exhibuerimus: vt omni honore affecti à nobis,intelligatis quib. reb. digni eſtis: vtiq; regi qui vos miſit renũcietis, à Græco quodã Macedonũ principe vos & menſa & lecto bene acceptos eſſe. Hæc locutꝰ Alexãder ſingulos Macedonas quos fœminas eſſe aiebat,aſſidere iuſſit ſingulis Perſis. Qui poſteaq̃ à Perſis attrectari cœpẽre,illos obtrũcauẽre: Et hac q̃ dẽ morte affecti ſunt Perſæ ipſi,pariter & eorũ comitatus. Comitabant enim eos & vehicula & familia,& oĩs generis apparatꝰ,q̃ cuncta cum illis omnib. pariter intercepta ſunt. Nõ multo deinde interiecto tẽpore,cùm magna horũ virorum inter Perſas inquiſitio fieret, Alexander illos prudenter occupauit,tum multa alijs pecunia,tũ ſoro re ſua noĩe Gygæa Bubari data,viro Perſæ,vni ex inquiſitorib. interfectorũ. Ita horũ Perſarũ cædes deprehenſa,ſed ſilẽtio ſuppreſſa eſt. Eſſe aũt Græcos,q̃ hæc fecẽre,à Perdica progenitos, quẽadmodum ipſi aiunt,& ego aſſentior in ijs,q̃ poſtea dicã. Id ita eſſe probatur: & ij qui in Olympia certaminib. Græcorum p̃ſunt,cõſentiunt. Nã cùm Alexander certãdi gratia,ad hoc ipſum deſcendiſſet,à cõcurſorib. prohibebatur,q̃ ne garent barbarorũ id eſſe certamen,ſed Græcorum. At vbi palã fecit ſeſe Argiuũ,Græcus eſſe iudicatꝰ eſt: & ſtadiũ currẽs,proximus primo extitit. Et hæc quidẽ ita geſta ſunt. Megabyzus aũt Pœonas ducẽs,abijt in Helleſpontũ: & illo trãſmiſſo, peruenit Sardis. Cũ interim Hiſtiæus Mileſius iã muris cingeret locũ,quo à ſe petito donatus à Dario fuerat in p̃cium ſeruatę ratis,q̃ locus eſt ad flumẽ Strymonẽ noĩe Myrcinus. Megabyzus cognito quod fiebat ab Hiſtiæo,cũ primũ venit Sardis,primũ ducẽs Pœones,ita eſt Darium allocutus: Rex,quidnã tu rei feciſti,dato loco ad vrbẽ condendã in Thracia viro Græco,eidẽq́; ſolerti atq; induſtrio: vbi affatim materia eſt ad naues ædificandas,multũq́; remigũ atq; pecuniæ,multis etiã cùm barbaris,tũ Græcis incolentibus: qui nacti ducẽ,faciẽt quicquid ille vel die vel nocte p̃ceperit? Nunc tu virũ hũc ita fauentẽ inhibe,ne domeſtico bello afflicteris: inhibe autẽ miti modo accerſitũ,quẽ cũ accepe-

Fœminæ à viris ſemouentur.

Viri pro mulierib. exornati.

Perſarum cædes in cõuiuio.

Gygæa. Bubaris. Perdica.

Megabyzus. Hiſtiæus.

Myrcinus.

*In Aldi hoc loco & deincepſ Megabaſus legitur

acceperis, da operã nequando in Græciã reuertatur. Hæc locutus * Megabyzus perſacile Dario ꝑſuaſit, tanꝫ probè proſpiciẽs qd eſſet euenturũ. Dario miſſo in Myrcinũ nuncio, ad Hiſtiæũ hæc inquit: Hiſtiæe, rex Dario hæc dicit: Mihi rebusq; meis melio conſulẽtem ꝫ te, inuenio neminẽ, q non verbis, ſed factis cõpertũ habeo: proinde cũ res magnas agere deſtinem, ꝑſto mihi ſis, vt eas tibi aperiã. His verbis fide habita, Hiſtiæus, & ſimul magnificiens cõſiliarium regis fieri, Sardis ꝓfectus eſt. Cui Dario: Hiſtiee, ego (poſtꝫ aduenit, dixit) ea de cauſa te accerſiui, q poſteaꝫ à Scythis redire maturaui, & tu ab oculis meis abfuiſti, nullius rei deſideriũ tam me tenuit breui, ꝫ vt tu in aſpectum & colloquiũ meum venires: cùm ſcias oĩm poſſeſſionum ꝑcioſiſſimã eſſe virum amicũ, ſolertem, bene ſentientẽ: q̃ tibi ambo adeſſe, ego teſtimonio eſſe poſsũ è reb. meis. Quare tibi ego qui feciſti, pbè quod veniſti, hoc gratificandũ putaui, vt omiſſa Mileto, & recens cõdita in Thracia vrbe, me ſequaris Suſa, eadem quę ego habitaturus, meusq; cõuictor ac cõſiliarius futurus. Hęc locutus Dario, vna ſecũ Hiſtiæum ducens, Suſa verſus iter intẽdit, ꝑfecto Sardib. Artapharne, fratre ſuo ex eodẽ patre. item ꝑfecto Otane oræ maritimæ: cuius patrẽ Siſamnem, vnum è regijs iudicib, q iniuſtè ob pecuniã iudicaſſet, rex Cãbyſes interemerat, interemptoq; detractũ coriũ in lora cõcidit, quib. tribunal in quo ille ſedẽs iudicarat intendit: ibidẽq; ei filiũ Otanẽ ſedere iudicẽ ꝑcepit, atque in memoria habere in quo tribunali iudicaret. Hic igitur Otanes in eo tribunali ſedẽs, tunc Megabyzi ſucceſſor exercitus, Byzantios ac Chalcedonios cepit. Cepit itẽ Antandrũ, qui eſt in terra Troade, cepit quoque Lamponiũ. Sumpta etiã à Lesbijs claſſe, cepit Lemnũ & Imbrũ, à Pelaſgis tũc quoq; vtrãque habitã. Sed Lemnij quoniã ꝓlio contenderãt, & aliquandiu repugnauerãt, mala perpeſſi ſunt: quorũ qui ſuperfuêre, ijs ꝓfectũ Perſę impoſuêre Lycaretũ, Mæãdri eius, qui Sami regnauit, germanũ. Hic Lycaretus cum Lemno ꝑeſſet, hac de cauſa mortem oppetijt, q oẽs in captiuitatem redigebat, atque euertebat, alios inſimulãs deſertores Scythicæ expeditiõis, alios vexatores copiarũ Darij à Scythis reuertentiũ. Hęc ille in ſua præfectura perpetrabat. Sed nõ diu in malis faciendis delituit: & cœperũt iterum è Naxo atque Mileto calamitates Ionibus fieri. E Naxo quidẽ, quòd inter inſulas felicitate præſtabat: è Mileto aũt, quòd ea tẽpeſtate prope ſeipſam ſuperans maximè florebat: eratq; Ioniæ propugnaculo, cùm laboraſſet duab. ſuperiorib. ætatibus morbo ſeditionis, donec eam ſeditionem Parij ſedauerint, ex omnib. Græcis correctores à Mileſijs delecti. Hũc aũt in modum eos Parij correxêre: Cùm Miletum veniſſent viri inter Parios pręſtantiſſimi, cernerentq; domos vehemẽter labefactatas, dixerunt velle ſe regionem ipſorum peragrare. Id facientes & omnem agrum Mileſiũ luſtrãtes, vt quenq; fundum animaduertebãt bene cultum, fructũq; emittentẽ, conſcribebãt domini nomen. Peragrata omni regione, cũ paucos huiuſmodi fundos cõperiſſent, quàm maturrimè ad vrbẽ deſcenderunt, coactoq; cœtu, decreuerunt vrbem ab ijs eſſe incolendã, quorum fundos bene cultos inueniſſent. Videri enim illos ita curaturos publica, vt ſua ipſorum curauiſſent. Cæteros Mileſios, qui prio ſeditioſi fuiſſent, iuſſerunt his dicto audientes eſſe. Ita Mileſios Parij correxerunt. Ex his tunc vrbibus hoc modo cœperunt Ioniæ mala contingere: Ex Naxo quidam lucupletes è plebe in exilium miſſi, Miletum ſe contulerunt. Miletum aũt procurabat Ariſtagoras Molpagoræ filius, idemq; gener ac conſobrinus Hiſtiæi Lyſagoræ filij, quẽ Darius Suſis diſtinebat. Nã Hiſtiæus Mileti erat tyrannus, & per id tẽpus Suſis degebat, dũ Naxij Miletum venêre. Iã pridẽ Hiſtiæi hoſpites, cum Miletum Naxij aduenêre, obſecrarunt Ariſtagorã, vt aliquantulum copiarum ipſis præſtaret ad redeundum in patriam. Ille futurum ſuſpicãs, ſi per eum iſti in patriã redirent, fore vt Naxo imperaret: tamen prætendens Hiſtiæi hoſpitium, ita eos eſt allocutus: Meæ quidem vires ad tantum copiarum prębendum nõ ſuppetunt, vt inuitis his qui Naxum tenent, vos poſſim reducere: cùm audiã octo millia ſcutatorũ Naxijs, ac multum longarũ nauiũ eſſe, tñ omne ſtudiũ ad iſtud efficiẽdum adhibebo, hoc ſcilicet in animo verſans: Eſt mihi ami-

Amicus ſolers precioſiſſimum: omnium poſſeſſionum. Artapharnes. Otanes. Siſamnes. Iudicis corrupti iuſtæ vindictę exẽplum. Parij Mileſios correcturi veniunt. Ionię rebellionis occaſio.

amicus Artaphernes Hyſtaſpis filius, Darij regis frater, qui præſes eſt omniũ in Aſia maritimorũ, multo exercitu præditus ac multa claſſe. Hunc ergo virum opinor factu rum oĩa ex animi noſtri ſententia. His auditis, Naxij inſtare Ariſtagoræ, vt rem q̃ opti mè poſſet conficeret: vtque munera homini pollicerentur, dicere, & ſe exercitui ſum ptũ ſuppeditaturos, vt ipſi paciſcerent, magnã videlicet ſpẽ habentes, cùm ipſi in Naxo apparuiſſent, Naxios oĩa quæ iuberentur eſſe facturos, atque adeò cæteros inſulanos. Nulla dum enim Cycladum inſularum ſub Dario erat. Profectus Sardis Ariſtagoras, demonſtrat Artapherni, eſſe inſulam Naxum, non ſpacioſam illã quidem, ſed pulchram alioqui & bonã, Ioniæq; vicinã, multis præterea & pecunijs & ſeruitijs p̃ditam. Proinde tu aduerſus hanc regionẽ ducito exercitum, per cauſam illuc exules reducendi. Quod facienti tibi magnæ ſunt penes me in expedito pecuniæ, p̃ter illas q̃ in exercitũ erogabuntur. Has enim æquũ eſt nos præbere, qui aduẽtus veſtri auctores ſumus, & te inſulas regi acquirere ipſam Naxum, & q̃ ex hac pendent, Parum & Andrum, cæterasque quæ Cyclades nominantur. Vnde profectus, haud difficilè inuades Euboeam, inſulam magnam ac beatam, nec inferiorem Cypro, ac facilẽ ſane ad capiendum, centum omninò nauib. ad has occupandas ſuffecturis. Huic reſpondens Artaphernes: Tu verò, inquit, quæ ſunt ex vtilitate regiæ domus exponis, & probè iſta ſuades oĩa, præterquam de numero nauium. Nam pro centum nauibus, ducentæ tibi ineunte ſtatim vere in promptu erũt. Oportet tamen de his reb. auctoritatẽ quo que regis accedere. His auditis, Ariſtagoras lætus Miletum redijt. Artaphernes autẽ miſſo Suſa ad Darium nuncio, per quẽ de reb. ad Ariſtagora dictis, eum certiorem fa ceret, vbi ille rem approbauit, ducentas naues inſtruxit, tum Perſarum, tum aliorum ſociorũ magna ſanè multitudine, p̃fecto eis duce Megabate, viro Perſa, ex familia Achæmenidarũ, ſuo ac Darij conſaguineo: cui (ſi vera ſunt quæ narrantur) poſt hoc tempus filiã deſpõderat Pauſanias Lacedæmonius, Cleombroti filius, Græciæ tyran nidem affectans. Delecto itaque duce Megabate, exercitũ Artaphernes ad Ariſtagoram miſit è Mileto. Megabates Ariſtagora ſumpto atq; Iadũ exercitu cum Naxijs p̃fectus eſt, per ſimulationem eundi in Helleſpontum. Atque vbi Chiũ peruenit, claſſem cõtinuit apud Caucaſa, vt illinc vento aquilone traijceret in Naxũ. Sed quoniã non erat fatale Naxios ea claſſe deleri, hoc negocij cõtigit: Megabates in circumeun dis nauiũ excubijs offendit nauẽ Myndiã à nemine cuſtodiri. Quam rẽ indignè ferens, iuſſit ſatellites inuentum eius nauis principem, nomine Scylacem, vincire traiectum per ſcalmum, ita vt caput extaret, corpus intus eſſet. Ariſtagoras à quodam factus certior, hoſpitem ſuum Myndum à Megabate vinctum afflictari, Perſam adit, hominem excuſat, repoſcit, cùm nihil exoraret, ipſe adit, Scylacem ſoluit. Id vbi reſci uit Megabates, grauiter admodum ferẽs, Ariſtagoram inuaſit: cui Ariſtagoras: Quid tibi, inquit, eſt cum iſtis negocij? Nonne te miſit Artaphernes vt me ſequereris, atq; eò nauigares, quocunque ego iuberem? quid multa agis? His verbis indignatus Megabates, vbi nõ adfuit, miſit Naxum quoſdam cum naui, ad rem Naxijs quæ impende ret exponendã. Naxij, vt qui nihil minus q̃ hanc aduerſus ſe claſſem venturam expectabant, vbi id audierunt, oĩa confeſtim ex agris in vrbem comportare: & ſe tanquã obſidendi eſſent, inſtruere cibarijs, potu, murorum refectione. Et hi quidem tanquã inſtante ſibi bello, ſeſe apparabant: illi verò, poſteaquã è Chio in Naxũ traiecerunt, iam p̃munitos aggreſſi ſunt. Conſumptiſq; quatuor in obſidione menſibus, abſumptaq; quam ſecum attulerant pecunia ab Ariſtagora maxima, cum plura deſideraret obſidio, vbi mœnia Naxijs exulib. ædificauerunt, in concionẽ reuerterunt malè affecti. Ariſtagoras (quando quod Artapherni receperat, præſtare nõ poterat, nec exercitui ſtipendiũ exigenti dare, præſertim Megabate inſimulante, apud milites malè affectos, præterea ne regno Mileti fraudaretur) his de cauſis trepidus de defectione cõſultabat. Contigit enim è Suſis ab Hiſtiæo venire quendam cõpuncto notis capite, quibus Hiſtiæus Ariſtagoram cõmonefaciebat, vt ab rege deficeret. Id nanq; volẽs Hiſti-

Artaphernes.

Naxus.

Pauſanias.

Myndia nauis.

Scylacis ſupplicium.

æus

Literæ capiti impressæ.

æus Aristagorę indicare, qa alia ratione facere nō poterat, vtpote itinerib. custoditis, fidelissimo è seruis caput erasit, literasque impressit, & hoīe retento, quoad capilli refruticarent: vbi illi renati sunt, raptissimè dimisit Miletum, nihil aliud mandans, nisi vt cum Miletum peruenisset, iuberet Aristagoram eraso suo capite inspicere. Ea autē

Defectionis significatio.

stigmata significabāt (vt à me superius dictum est) defectionē. Hoc ideo Histiæus faciebat, q magnam sibi iacturā ducebat se Susis distineri: etiā atque etiā sperans fore, vt si ab Aristagora rebellaretur, ad mare proficisceretur. Sin Miletus nil noui moliretur, nullam sibi viam amplius esse ad eam reuertendi, intelligebat. Eum Histięus quidem hæc considerans, nuncium misit. Aristagoras aūt, cum ei hæc oīa consentanea p idem tempus cōtigissent, retulit ad seditiosos, tam de sua sententia, q̄ de Histiæi mandatis. Cui cùm cæteri oēs assensi essent, iubentes vt rebellaret,

Hecatæus λογοποιὸς.

Hecatæus tamen scriptor initio dissuadere bellum sumi aduersus regem Persarum, enumerans cunctas nationes quib. Darius imperaret, omnemque illius potentiam. Sed cùm hoc persuadere non posset, secundo loco suadere, vt classe mare occuparent, negans se videre qua alia ratione id esset euenturum. Scire enim se Milesiorum vires esse imbecilles: si tamen pecuniæ è templo, quod est in Branchidis, tollerentur, quas Crœsus Lydus reposuisset,

Crœsi pecuniæ.

multum spei recipere maris potiundi, atque ita pecuniam & ipsos habituros ad vtendum, nec hostes eam direpturos. Erant aūt hæ ingentes pecuniæ, quemadmodum à me in 1. libro demonstratum est. Verùm ne hæc quidem sententia obtinuit, sed illa, vt omninò rebellaretur: vtq; vnus eorum Myuntē nauigaret ad exercitū, q

Iatragoras Oliatus. Coes.

è Naxo reuersus illic agebat, vt conarēt duces classiariorum cōprehendere. Missus ad hoc ipsum Iatragoras, dolo cepit Oliatum Ibanolis Mylassensem, & Hystięū Tymnis Termenēsem, & Coem Erxandri, quē Darius Mitylene donauerat, & Aristagorā Heraclidis Cumanum, cōplures q; alios. Ita ex p̄fesso Aristagoras defecit, oīa in Darium cōmentus. Et primùm quidem, verbo duntaxat tyrannidem immutans, statim rempublicam Mileti cōstituit, vt secum libenter Milesij rebellarent. Idem dehinc in reliqua Ionia facit, tyrannorum alios eijciens, alios vtique quos ceperat è nauib. ijs, q̄ aduersus Naxum vnà ierant, vt ciuitatib. gratularetur, alium in alia vrbe diuendēs, ex

Coes lapidibus interemptus.

qua quisque illorum erat. Quorum Coēm Mitylenæi vt acceperunt, sine mora p̄ductum lapidib. interemerunt: Cumani suum dimiserunt. Posteaquā & alij cōplures tyranni fuga solū vertēre, passim per ciuitates tyrannorum abdicatio facta est. Tyrannis summotis, Aristagoras Milesius secundo loco iussit in singulis ciuitatib. cōstitui singulos magistratus: moxq; ipse Lacedæmonē triremi pro legato missus est. Opus em̄

Anaxandrides.

erat magnā aliquam cōparare societatem. Spartę regnum iā non tenebat Anaxandrides, Leontię filio, quia nō superstes erat, sed eio obitu filius Cleomenes regnabat: nō ille quidem propter virtutis speciem, sed p̄pter genus. Etenim Anaxandrides ducta in matrimoniū sororis filia, cū illa ei cordi esset, ex ea liberos non suscipiebat. Id cùm ita esset. Ephori his eum verbis incusauerunt: Si tu tibi nō prospicis, certè nobis hoc

Euristhæi genus.

nō est despiciendum, Euristhæi genus labefieri. Tu quandoquidem vxorem habes q̄ nō concipit, aliā duciro, gratissimā rem ex hoc Spartiatis facturus. His ille respondēs, negat se earum rerum alterutrā esse facturum: sed hos nō rectè consulere, qui ipsum hortentur repudiata (quam haberet) vxore innoxia, alteram ducere: eoque se nō esse obsequuturū. Cui Ephori atque optimates, cōsilio inter se habito retulerūt: Quoniam te cernimus amore cōiugis quā habes implicitum, facito quod dicimus, ac noli repugnare, ne quid de te Spartiatæ grauius consulant. Coniugē q̄ habes, vt repudies,

Ephori.

non postulamus: quęcunque ei præstas nunc, ea oīa præstato: alteram tamen ducito

Anaxandridæ vxores.

præter istam vxorem, q̄ sit fœcunda. Hæc dicentib. assensus est Anaxandrides, duas dehinc vxores habens, binis ædibus habitabat, haudquaquam Spartiaticè faciens.

Cleomenes natus.

Non longo interiecto tempore, vxor quæ posteriò ducta est, parit hūc Cleomenem, quem mater successorem regni Spartiatarum nuncupabat. At vxor prior, quæ hactenus sterilis fuerat, & ipsa cōcepit, hoc fato vsa: quæ cum re vera prægnans esset, domestici

ſtici tamen poſterioris vxoris id audiẽtes, ac moleſtè ferentes, dicere, iactari hoc ab illa, animo ſubijciendi ſibi partum. Itaque his indignè ferentibus, exacto tempore parendi, Ephori increduli fœminæ parturienti cuſtodes aſſederunt: q̃ Dorieum peperit, moxq́ue Leonidem, & poſt hunc gradatim Cleombrotum. Sunt qui dicãt Cleõbrotum atque Leonidẽ fuiſſe geminos. Quæ Cleomenẽ peperit ſecundo loco in matrimonium ducta, Perinetade Demarmeni filia, alium filium amplius nõ genuit. Et Cleomenes quidem non compos, vt fertur, ſed inops mẽtis: Dorieus aũt inter ęquales omnes primus erat: ac ſatis intelligebat, ſe ob virilitatem regno potiturũ. Hic ita affectus, defuncto Anaxandrida,, cum Lacedæmonij Cleomenem ex lege, quod maximus natu eſſet, creaſſent, indignè tulit id, ſibiq́ue à Cleomene imperari indignans petita à Spartiatis plebe, coloniam duxit, neque Delphico vſus oraculo, in quã terrã ad vrbẽ condendam tenderet, neq; quippiã conſuetorũ executus, adeo rem indignè ferebat. In Africam nauigans ducibus Theræis ad Cynipem delatus, locum cõmunijt totius Africæ pulcherrimum, iuxta flumen. Sed illinc tertio eiectus anno à Macis & Afris & Carthaginienſibus, in Peloponneſum abijt. Vbi Antichares Cleonius ei cõſilium dedit ex Laij oraculis, vt Heracleã in Sicilia conderet, affirmãs Erycis regionem eſſe Heraclidarum, ipſo Heracle, id eſt, Hercule cõditore. Hoc ille audito, Delphos ſe cõtulit ad oraculum conſulendũ, nunquid regione ad quam mittebatur, potiturus eſſet. Pythia eum potiturũ reſpondit. Sumptaq́ue Dorieus claſſe, q̃ & in Africam duxerat, Italiam præteruehebatur. Ea tẽpeſtate, vt ferunt, Sybaritæ cum Tely rege ſuo bellũ Crotoniatis erãt illaturi. Id metuẽtes Crotoniatæ, Dorieũ vt ſibi opem ferret orauẽre. Hic precib. inductus, vnà cũ illis aduerſus Sybarin contendit, eamq́ue cepit. Hæc Sybaritæ Dorieum, & qui cum illo erant, feciſſe aiunt. Crotoniatæ negãt quẽpiam ſe peregrinum in bello aduerſus Sybaritas aſciuiſſe, præter vnum Calliã Heleum Iamideorum vaticinũ: & hunc à Tely Sybaritarum tyrãno ad ipſos tranſfugiſſe, hoc modo, q̃ ſacrificãs de eundo aduerſus Crotonem nõ litaret: Hæc illi aiunt, quarũ rerum vtrique teſtimonia hæc adferũt: Sybaritæ quidem fanum ac templum prope Craſtin, lapidum maceriã, quod Dorieũ capta vrbe aiunt extruxiſſe Minerụę, cognomine Craſtiæ. Et hoc ipſius Doriei necis volunt eſſe maximũ teſtimonium, q̃ ꝑter vaticinia agẽs interemptus eſt. Si enim nihil niſi id ad quod mittebatur feciſſet, nec tranſgreſſus eſſet, Erycinam regionem obtinuiſſet, & obtentã poſſediſſet, nõ ipſe cũ exercitu abſumptꝰ eſſet. At Crotoniatæ multa mõſtrãt peculiariter donata Calliæ Heleo in agro Crotonienſi, q̃ etiam ad meã vſque memoriam prognati Calliæ colebant: Dorieo aũt & eius poſteris nihil omninò fuiſſe donatum. Cui, ſi in bello Sybaritano fuiſſet Crotoniatis auxilio, multò plura q̃ Calliæ fuiſſe donanda. Hęc ꝓ ſe vtrique eorũ teſtimonia referunt: quorũ vtris accedere vt quiſq; mauult, his accedat, licet. Nauigarũt aũt cũ Dorieo & alij duces, coloniæ Spartiatarũ deducendæ, Theſſalus, & Paræbates & Celeas, & Euryleon, q̃ cũ omni claſſe Siciliã tenuerunt, ſuperati à Phœnicibꝰ atque Ægeſtanis, in ꝑlio occubuerũt vno tantũ ex hac aduerſa pugna ſuperſtite Euryleonte. Qui collectis eorũ reliquijs occupauit Minoam Selinuſiorũ coloniam, Selinuſiosq́ue liberauit monarchia Pythagoræ. Hunc cũ ſuſtuliſſent, ipſe tyrannidem Selinuntis inuaſit, & princeps ad breue tempus extitit. Nam Selinuſij impetu in eum facto, cùm ad Iouis forenſis aram confugiſſet, obtruncarunt. Dorieum ſecutus, & vnà mortuus eſt Philippus Butacides, Crotoniata: qui deſponſa ſibi filia Telyes Sybaritæ, Crotone profugerat, abnegatoq́ue matrimonio nauigauit Cyrenen. Ex hac profectus, ſectatus eſt familiarem triremem, ac familiarium virorũ ſumptum, ꝙ eſſet olympionices, id eſt, victor certaminis ad Olympia, & oĩm illinc Græcorũ ſpecioſiſſimꝰ. Ob quam corporis ſpeciẽ ab Ægeſtanis ea, quę nemo alius, reportauit. Nã ſepulturę eius heroico monumento extructo, Ægeſtani hoſtias immolant. Hunc in modũ Dorieus vita functus eſt. Qui ſi in animum induxiſſet ſibi ferendum eſſe Cleomenis regnũ, & in Sparta permanſiſſet, regno fuiſſet Lacedæmoniorum potitus.

Dorieus. Leonides. Cleõbrotꝰ Perinetades. Cinypꝭ. Antichares. Sybaritæ. Telys rex. Callias. Heleus. Craſtia Minerua. Theſſalus. Parębates. Celeas. Euryleon Selinuſij. Minoa. Pythagoras monarchus. Iouis forẽſis ara. Ægeſtani. Cleomenis regnũ.

titus. Neque enim diu Cleomenes imperauit, ac ſine liberis deceſſit, vna dũtaxat reli
cta filia, noĩe Gorgo. Cleomene igitur imperium tenẽte, Spartam venit Ariſtagoras
Mileti tyrannus, Cleomenemq; allocuturus cõuenit, habens (vt Lacedæmonij aiũt)
Tabella toti' orbis æream tabellã, in qua totius terræ ambitꝰ erat inciſus, cunctumque mare, atque oĩa
flumina. Huius in colloquiũ vbi venit, ita ad eum inquit: Studium meũ Cleomenes
qui huc aduenerim, ne mireris. Nõ enim ab re hoc fit. Prolem Ioniam pro libera ſer-
uam eſſe, cùm nobis ipſis dedecus dolorque maximus eſt, tũ verò vobis, & eò maior,
quo magis cæteros in Græcia antecellitis. Proinde nunc per deos Græcos eripite Io
nes à ſeruitute conſanguineos veſtros, quod facile eſt ad pſtandum. Nam neq; barba
ri ſunt viri ſtrenui, & vos in ſummum rei bellicæ per virtutẽ euaſiſtis, & genus pugnã
di eorum huiuſcemodi eſt: Breues arcus, ac breuia ſpicula, longasq; in capitib. criſtas,
Ariſtagoras Ionicæ defectiõis auctor vnde faciles captu ſunt, gerentes in pugnã eunt. Ad hęc tantum bonorum eſt his, qui
eam incolunt continentem, quantũ nõ eſt cæteris vniuerſis, tum auri (vt ab hoc inci
piamus) tum argenti, tum ęris, tum variæ veſtis, tum iumentorum, tum mancipiorũ t
quib. vos, ſi potiri libuerit, potiemini. Sunt quoque inter ſe cõfines, vt ego diſſeram.
His Ionibus confines ſunt Lydi, qui terram incolunt tum aliarum rerũ, tum verò ar
genti feraciſſimam. Hæc aũt dicebat, oſtendens ex ambitu terrę in tabella quam attu
lerat deſcripto. Lydis verò (dicebat Ariſtagoras) confines ſunt hi Phryges aurorã ver
ſus, pecorum copia & terræ hubertate, omniũ, quos ego noui, longè beatiſſimi. Phry
gibus confines ſunt Cappadoces, quos nos Syros appellamus. His cõfines ſunt Cili-
ces, huius maris accolæ, vbi hæc Cyprꝰ inſula eſt ſita, qui tributum annuum regi pen
dunt quingenta talẽta. His Cilicibus cõfines ſunt ij Armenij, & ipſi re pecuaria abun
dantes. Armeniorũ hanc regionem contingunt Matieni, quorũ terræ Ciſſia hæc con
finis eſt. In qua iuxta fluuiũ hunc Choaſpem ſita ſunt hæc Suſa, vbi rex magnus domi
cilium habet, atq; hĩc pecuniarum theſauri ſunt. Hãc vos vrbem ſi animoſè ceperitis,
Pecuniæ auiditate nos morti obijcimur. iam cum Ioue de diuitijs licet certetis. Neq; verò operæprecium eſt, vos ſuſcipere pli
a pro terra neque multa neque ita feraci, & pro exiguis finib. aduerſus Meſſenios ve
ſtros conſortes, & Arcades & Argiuos, quib. nihil eſt neque auri neque argenti, qua
rum rerum cupiditate quis inducitur ad mortem ſubeundam. Ergo cùm offeratur oc
caſio totius Africæ facile potiundæ, aliud quicquam præoptabitis? Hæc Ariſtagoras
dicebat. Cui reſpondens Cleomenes: Mileſie, inquit, hoſpes, in triduum tibi differo
reſpondere. Tunc quidem hactenus proceſſum eſt. Vbi verò dies reſponſioni præ-
ſtituta affuit, & ad locum de quo conuenerant, ventum eſt, interrogauit Ariſtagoram
Cleomenes, quot dierum ab Ionio mari ad regẽ ſit iter. Ariſtagoras alioqui ſolers, &
valde illum antecellens prudentia, in hoc tamen lapſus eſt: qui cum non deberet
Ariſtagoras ſapiens lapſus eſt. Cleomenis ad Ariſtagoram reſponſio. rem, vt ſe habebat, illi aperire, volens Spartiatas in Aſiam educere, dixit trium men-
ſium neceſſe iter. Cleomenes interpellata reliqua quam ordiri inſtituerat oratione
de itineris ſpacio, inquit: Hoſpes Mileſie, abſcede è Sparta ante ſolem occidentem.
Nihil enim rationis dicis, cùm iſtud facile non ſit Lacedęmonijs, qui vis eos trimeſtri
itinere abducere à mari: Hæc locutꝰ Cleomenes, domũ abijt. Ariſtagoras ſumpta o-
leæ ramo, ad domum Cleomenis ſe cõtulit, eamq; ingreſſus iubebat precabundus, ad
ſe audiendũ mitti illius filiam. Aſſiſtebat eñ Cleomeni filia, cui nomen erat Gorgo,
vnica proles, eaq; octo aut nouẽ annos nata. Cleomene iubente eum dicere quæ vel
let, filiolę enim gratia nolle prohibere. Tũc Ariſtagoras incepit polliceri illi vndecim
talenta, ſi precibus ſuis annueret. Abnuente Cleomene, ſubinde adijciendo eò perue
nit, vt quinquaginta talẽta polliceretur. Ad quod puella: Pater, inquit, hoſpes te cor-
Puellæ mirũ dictum rumpet, niſi hinc abis. Cõſilio puellæ delectatus Cleomenes, in aliud cõclaue abijt:
& Ariſtagoras è Sparta, prſus abſceſſit, non facta ei amplius poteſtate indicandi itine-
Manſiones regię ris, quod erat vſq; ad regem: ea nanq; itineris ratio ita habet: Vbiq; ſunt regiæ mãſio-
nes, ac diuerſoria pulcherrima. Iter omne per loca culta atque tutũ, idq; per Lydiam
& Phrygiam viginti manſionum, hoc eſt vicenorum caſtrorum eſt, parãſangæ nona-

ginta

gintaquatuor & dimidius. E Phrygia excipit fluuius Halys, cui imminent portæ, quas tranſire omninò neceſſe eſt, atque ita fluuium tranſmittere, & præſidium quod ſupra illum eſt. Tranſgreſſo in Cappadociã, & eam permetiẽti vſque ad fines Cilices, duodetriginta manſiones ſunt, paraſangæ centum quatuor. In horum montibus poſitas duplices portas ac totidem p̃ſidia pertranſis. Hæc tibi trãſgreſſo, & per Ciliciam iter facienti, tres manſiones ſunt, paraſangę quindecim ac dimidius. Ciliciam autẽ ab Armenia diſterminat flumen, quod nauib. tranſitur, noſe Euphrates. In Armenia manſiones ſunt diuerſoriorũ quindecim, paraſangæ quinquaginta ſex & dimidius, in quibus & p̃ſidium eſt. Eam fluuij, qui nauib. tranſeuntur, quatuor influunt, quos tranſmittere prorſus neceſſarium eſt. Primus Tigris, ſecundus dehinc ac tertius ciuſdẽ nominis, etſi nõ idem fluuius, nec ex eodem fluens loco. Nam horum quos enumeraui, primus Tigris ex Armenijs fluit, alter ex Mantienis. Quartus fluuius nominatur Gyndes, quẽ Cyrus aliquando in trecentos ac ſexaginta diduxit alueos. Ex hac Armenia in terram Mantienã tendenti manſiones ſunt quatuor, vnde in regionẽ Ciſſiam tranſeunti ſunt vndecim ſtathmi, paraſangæ verò quadraginta duo & dimidius, ad fluuiũ Choaſpem, & eum non niſi nauibus tranſmittendum. Supra quem vrbs Suſa eſt ſita. Omnes autem hæ manſiones, ſunt cẽtum vndecim. Tot diuerſoria manſionum ſunt aſcendenti Sardibus Suſa. Quod ſi iter regium rectè metiamur paraſangis, & paraſanga valet quantum triginta ſtadia, vt valet, ſunt à Sardibus ad regiam, quæ dicitur Memnonia, tredecim millia ſtadiorum & quingenta: cùm ſint paraſangæ quadringenti quinquaginta. Itaque peragrando ſingulis dieb. centena & quinquagena ſtadia, conſumuntur omninò nonaginta dies. Hunc in modũ ab Ariſtagora Mileſio apud Cleomenẽ Lacedæmonium dicente triũ menſium iter eſſe, rectè dicebatur. Quod ſi quis exploratius iſta inquirat, hoc quoque ego indicabo. Nam iter ab Epheſo ad Sardis, hac ratione decet computari. A Græco mari ad Suſa (hæc enim vrbs Memnonis vocatur) dico eſſe tredecim millia ſtadiorũ & quadraginta. Ab Epheſo ad Sardis, quingenta & quadraginta ſtadia, atque ita tribus omninò diebus producitur iter trimeſtre. Digreſſus è Sparta Ariſtagoras, Athenas contendit, tyrannis liberatas hoc modo: Poſtquam Hipparchum Piſiſtrati filium, Hippiæque tyranni fratrem, qui in ſomnis viſionem cladis ſuæ euidentiſſimam vidiſſet, interfecêre Ariſtogiton & Harmodius, priſco genere Gephyræi: poſt hæc nihilominus Athenienſes, imò magis quàm prius, tyrannidem quadriennio pertulerunt. Viſio autem inſomnij Hipparchi hæc erat: Pridie panathenæorum videbatur Hipparchus cernere virum aſſiſtentem ſibi, procerum atque ſpecioſum, hos verſus per ænigma dicentem:

Intoleranda leo patienter ferre memento.
Nullus namque nocens pœna non afficietur.

Vbi dies illuxit, confeſtim præ ſe ferebat, referre hæc velle ad ſomniorum cõiectores: ſed mox ſpreta viſione miſit pompam, vbi mortem oppetijt. Gephyræi, è quib. erant percuſſores Hipparchi, vt ipſi aiunt, fuêre à principio ex Erethria oriundi. Verùm vt ego interrogando comperio, fuêre Phœnices ex his, qui cum Cadmo in terram quæ nunc vocatur Bœotia venêre, atque eam incoluêre, ſortiti Tanagricum tractũ. Vnde Cadmeis primùm per Argiuos exactis, iterum per Bœotios hi Gephyræi expulſi, Athenas diuerterunt. Ab Athenienſib. recepti ſub conditionib. ſunt, vt ciues inter eos eſſent, multis nec memoratu dignis, quas agerent reb. impoſitis. Phœnices iſti qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Gephyræi fuêre, dum hanc regionem incolunt, cùm alias multas doctrinas in Græciã introduxêre, tum verò literas, quæ apud Græcos, vt mihi videtur, anteà non fuerãt. Et primùm quidem ijs omnes Phœnices vtuntur. Progreſſu deinde tẽporis, vnà cum ſono mutauerunt modum literarum. Et cùm ea tempeſtate in pleriſque circà locis eorum accolæ Iones eſſent, qui literas à Phœnicibus diſcendo acceperant, eas illi cum ſuis pauculis collocantes, inuſu habuerunt, & in vtendo confeſſi ſunt, vt ratio ferebat, vocari Phœnices, quia eſſent à Phœnicib.

Euphrates

Paraſangẽ Memoniæ Regia.

Hipparchi inſomnium

Gephyræi, id eſt, pontani, qui & Thanagræi dicuntur, inquit Strabo in nono.

Cadmus.

Literæ apud Græcos ex Phœnicibus.

Phœnicēs literæ.

Bibli quid Ionibus. in Græciam illatæ. Priſcaque conſuetudine biblos appellant pelles, quòd aliquando penuria librorum, hoc eſt, ſirporũ, pellib. caprinis ouillisq; vtebantur. Adhuc quoq; ad meã vſq; memoriã multi barbarorũ talibus in pellib. ſcribunt. Quin ipſe vidi apud Thebas Bœotias in Iſmenij Apollinis tẽplo, literas Cadmæas in tripodib. quibuſdã inciſas, magna ex parte cõſimiles Ionicis. Quorũ tripodum vn⁹ habet hoc epigrãma:

Cadmææ literæ.

Theleboo natus genere Amphitryon poſuit me.

Hęc fuêre circa ętatẽ Laij, qui fuit filius Labdaci, nepos Polydori, pronepos Cadmi. Alter tripus hexametro carmine ait:

Scæus.

Scæus in aſſueto pugilum certamine victor,
Me tibi ſacrauit ſpecioſum munus Apollo.

Scæus hic Hippocoõtis filius fuit, q tripodẽ dedicauit, niſi alius fuit, idẽ quod hic nomen habẽs, circa ætatẽ Oedipodis Laio geniti. Tertius, & is hexametro carmine ait:

Laodamas ipſum tripodem ſua in vrbe monarchus:
Hoc inſigne decus tibi magne dicauit Apollo.

Sub hoc Laodamante Eteoclis filio, qui princeps fuit, eiecti ſunt Cadmæi ab Argijs, & ſe ad Encheleas contulerunt. Gephyræi autem poſtea in ſuſpicionem Bœotiorum cùm veniſſent, Athenas commigrarunt: vbi ſunt ab eis templa extructa ſeorſum à cæteris cùm alia quædam, tum Cereris Acheæ, & templum, & orgia. Quod fuerit viſum Hipparchi in ſomnis, & vnde fuerint oriundi Gephyræi, ex quibus fuêre percuſſores Hipparchi, à me commemoratum eſt. Cæterùm oportet ad eum redire ſermonem, quem à principio inſtitueram, qua ratione ſint Athenienſes liberati tyrannis. Hippia tyrannidem obtinente, & infenſo eis propter cędem Hipparchi, Alcmęonidę, qui genere ſunt Athenienſes, profugi patria propter Piſiſtratidas, quoniã ipſis vnà cum cæteris exulibus res de redeundo tentata, omni ope fruſtrata fuit: conatiq; Athenas reuertendo liberare, grauiter offenderant, Lipſydrium ſuper Pæoniam communierunt. Dehinc omnia aduerſus Piſiſtratidas comminiſcendo, mercede cõduxerunt ab Amphictyonibus templum Delphis ædificandum, id quod eſt, tunc autem nõ erat. Enimuerò cùm bene nũmati eſſent, ac viri ſpectati iã inde à ſuis maioribus, extruxerunt templũ exemplari pulchriùs, q̃ cætera oĩa. Nam cum ex lapide Porino conuentum eſſet vt illud facerent, tamen anteriora eius Pario lapide effecerunt. Vt igitur Athenienſes aiunt, hi hoĩes Delphis ſedentes Pythiæ pecunia perſuaſerunt, vt & quoties Spartiatæ venirent, ſiue priuato ſiue publico agmini petentes oraculum, proponeret ipſis liberare Athenas. Lacedæmonij aũt poſtq̃ ſibi idem ſemper diceretur, mittunt Anchimolium Aſteris filiũ, inter populares eximium, cum exercitu ad expellendos Athenis Piſiſtratidas, tametſi hoſpites ſuos, & in primis amicos. Antiquiora eñ duxerunt quæ ad deum, q̃ quæ ad hoĩes pertinent. Hos itaque mari nauib. miſerunt, cùm quib. Anchimolius ad Phalerum appulſus, copias eduxit. Id præſciſcentes Piſiſtratidæ, auxilia Theſſalia euocauerũt. Societatem eñ cum Theſſalis fecerãt. Quibus rogantib⁹, cõmuni decreto Theſſali miſerunt mille equites cum ſuo rege Cinea, hoĩe Coniæo. Hos ſocios vbi habuêre Piſiſtratidæ, hoc excogitauêre: Planitiẽ Phalerorum detergunt, eumq; locũ equitabilem reddunt, atque illac equitatũ in caſtra hoſtiũ immittunt. Equitatus in Lacedæmonios irruens, cùm alios multos, tũ verò Anchimolium interemit. Cęteros qui ſuperfuêre, ad naues repulit. Hunc in modum primus Lacedęmoniorũ exercitus abſceſſit. Extat in Alopecis Atticæ buſtũ Anchimolij, iuxta Herculis tẽplum, quod eſt in Cynoſargi. Poſt hæc Lacedæmonij maiores copias contra Athenas miſerunt, nõ mari, ſed terra, p̃fecto illis duce Cleomene, Anaxandridæ filio: cum quib. oram Atticam inuadentib. congreſſus primũ Theſſalorũ equitat⁹, nõ diu poſt in fugã verſus eſt, fuſis ſupra quadraginta è ſuis. Qui ſuperfuêre, quà quiſq; potuit, rectà in Theſſaliã rediêre. Cleomenes ad vrbẽ pergens, vnà cum ijs Athenienſibus, qui liberi eſſe cupiebant, obſedit tyrannos intra murũ Pelaſgicũ redactos. Neq; tamẽ omninò Piſiſtratidas eiecêre Lacedæmonij, quippe qui de facienda

Cereris Achea.

Orgia.

Alcmęonidę.

Athenarũ tyranni.

Hippias.

Lipſydrium.

Amphictyones.

Anchimolius.

Scitè dictũ

Cineas rex

Alopecę Anchimolij cædes.

obſi-

obſidione nõ cogitauerant,&Piſiſtratidę cibo potuq; bene inſtructi erant.Itaque cũ aliquot dies Lacedæmonij tyrãnos obſediſſent,Spartã abiêre. Hic tamẽ caſus q; alijs infauſtꝰ,idẽ alijs fauſtꝰ extitit.Nã filij Piſiſtratidarũ,qui clã extra regionẽ ſeponebantur,intercepti ſunt. Quo ex facto oẽs eorũ res perturbatæ ſunt,& ꝓ redimendis filijs ad voluntatẽ Athenienſium tranſegerunt,vt intra quinque dies exAttica excederẽt. Moxq; in Sigeũ,quod eſt ſupra Scamandrũ,cõceſſerunt,cùm ſex & triginta annos regnaſſẽt,oriundi à Pylo atque à Nelo,ex eiſdẽ prognati,ex quib.ij qui fuêre cũ Codro ac Melantho,qui priꝰ aduentitij,tamen Athenienſiũ reges euasêre. Eaq; de re Hippocrates Piſiſtrati pater,repetita memoria Piſiſtrati,filij Neſtoris,idẽ nomẽ filio ſuo impoſuit:Hoc Athenienſes modo tyrãnis liberati ſunt. Qui recepta libertate,q̃cunque aut fecêre,aut paſſi ſunt memoratu digna,antequãIonia defecerit àDario,& Ariſtagoras Mileſius Athenas oratũ auxilia venerit,hęc priꝰ ediſſeram: Athenæ cùm magnæ fuiſſent anteà,tunc tamen tyrãnis liberatæ,extitêre maiores.In quib.duo viri pærpollebant, Cliſthenes Alcmæonides,qui (vt fama fert) Pythiæ perſuaſerat,& Iſagoras Tiſandri filius,illuſtri quidẽ familia, ſed q̃ vetuſta non queo affirmare:eiꝰ tamen cognati Ioui Cario immolant. Hi hoſtes per factiones de potentatu contendebant. Cliſthenes cùm vinceretur,populũ amplectando ex quatuor tribub.mox decẽ effecit,cognominib.Iouis filiorum:Peleontis & Ægicoris & Argadei & Hopletis,in alia commutatis,quæ ipſe inuenit,aliorum heroum indigenarum,ꝓterquam Aiacis: quem etſi hoſpitẽ,tamen adiecit,vtpote finitimum ac ſocium. Qua in re videtur mihi Cliſthenes hic auum ſuũ maternum Cliſthenẽ Sicyonis tyrãnum fuiſſe imitatus. Ille enim,quia cum Argijs bellum geſſiſſet,ſummouit è Sicyone certamina canentiũ poëmata,ob Homeri carmina,in quib.Argos atque Argij tantopere celebrant.Neq; hoc modo ſummouit, ſed etiam optauit monumẽtum Adraſti calamitoſi, quod erat in ipſo Sicyoniorum foro,quia fuerat Argius, exterminare.Ideoq; Delphos adijt ad oraculum conſulendum,num Adraſtum eijceret.Cui Pythia reſpondens,inquit: Adraſtum quidẽSicyonum regem eſſe,ipſum verò lapidatorẽ.Id non cõcedente ſibi deo,Cliſthenes reuerſus excogitabat quo pacto Adraſtus ipſe demigraret.Quod vbi excogitaſſe ſibi viſus eſt,miſit ad Bœotias Thebas nunciatum,velle ſe afferre Sicyonẽ *Menalippum Aſtaci filiũ.Eumq; tribuentib.Thebanis,in vrbẽ intulit:atque ei fanum in ipſa curia deſignatum exædificauit munitiſſimo iã loco,in quẽ intulit Menalippum.Quod factum deberet exiſtimari inimiciſſimum Adraſto,q; &Meceſtẽ fratrẽ eius,& Tydeum generum Menalippus interfeciſſet.Cliſthenes vbi fanũ extruxit, hoſtias & dies feſtos Menalippo dedit ab Adraſto ereptos, quib.illum Sicyonij magno cum honore ꝓſequi cõſueuerant.Etenim regio Polybi fuerat,q; cùm ſine liberis decederet,imperiũ Adraſto legauit nepoti ſuo ex filia.Eum Sicyonij cùm alijs honoribꝰ ꝓſequebant̃,tũ verò tragicis choris,ita vt nõ Bacchum,ſed Adraſtum venerarentur. Cliſthenes choros quidẽ Libero,cæteras verò ceremonias Menalippo dicauit.Hęc ille in Adraſtum egit.Trib.aũt Dorienſium,ne forent eædẽ Sicyonijs quę Argijs,in alia noĩa cõmutauit:ex quib.Sicyonios plurimum ridiculos reddidit. Quippe ſuis & aſini vltima cognomina pro priſtinis impoſuit,ꝓterquam tribui ſuæ,cui à ſuo ipſiꝰ imperio nomen indidit.i.ab Arche.Itaque hi tribules Archelai vocabant̃. Cæterorum alij Hyatæ.i.ſuales,alij Oneatæ. i. aſinales,alij Chœreatæ,id eſt,porcales. His tribuũ noĩbus Sicyonij & Cliſthene imperante,& eo defuncto,ad ſexaginta annos vſi ſunt, q̃ poſtea inter ſe reputãtes in alia trãſtulerũt,Hylleas,Pãphylos,Dyamanates:quartæ tribui quã adiecerunt,impoſito cognomine Ægiales ab Aegialo Adraſti filio.Hęc Sicyoniꝰ Cliſthenes fecit.Athenienſis verò Cliſthenes,huiꝰ Sicyonij ex filia nepos,& ipſe(vt mihi videt) ꝓ contemptu Ionum,ne foret eædẽ ipſis &Ionibꝰ tribus,Cliſthenem ſibi cognominẽ imitatus eſt.Cùm em̃ populus Athenienſis fuiſſet anteà exagitatus, poſteaq̃ omnium auctoritatẽ ad ſuã vnius redegit : tum tribuum noĩa cenſuit immutãda,& plures ex pauciorib.faciẽdas,decẽ pro quatuor,& totidẽ Phylarchos:

Piſiſtratidę Athenis pulſi.

Hippocrates.

Athenæ tyrannis liberatę.

Peleon. Aegicores. Argadeus. Hoples.

Adraſt' calamitoſus.

Rhapſodi Homerico rum carmi nũ explosi.

Menalippꝰ (Vide nũ legendum ſit Melanippus) Aſtaci filius Meceſtes. Tydeus. Polybus.

id eſt, tribunos à tribuum præfectura. Ita populo in trib. diſtributo atque cõpoſito, erat multò ſuperior his qui erant cõtrariæ factionis. Superatus in partibus Iſagoras, hoc inuicem excogitauit, vt Cleomenẽ Lacedæmonium aduocaret, iã inde obſidione Piſiſtratidarũ ſibi hoſpitem factum, qui tamen culpabat, q; ad vxorem Iſagoræ ventitaret. is miſſo primùm Athenas caduceatore Cliſthenẽ eiecit, & cum eo alios complures Athenienſes, quos piaculi inſimulabat, videlicet admonitu Iſagoræ hęc dicẽs. Nã Iſagoras atque amici eius nõ erãt affines cædis, cuius inſimulabantur Alcmæonidę & qui erant enagees: ita nominabantur qui Athenienſium piaculo obſtricti erãt: Cylon quidã Athenienſis vir Olympionices, affectatæ tyrannidis cõpertus eſt. Simul ato nanque æqualium ſodalitio arcem occupare conatus eſt. Id cùm efficere nõ potuiſſet, aſſedit ſimulacro dei ſupplex ipſe ac ſocij. Hos illinc ſummouerunt quidẽ magiſtratus Naucratiorũ, qui tunc Athenas incolebant, data fide, puniẽdi eos citra mortem: ſed culpa horum mox interfectorũ fuit penes Alcmæonidas. Hæc ante Piſiſtrati ætatem geſta ſunt. Vbi Cleomenes per nunciũ eiecit Cliſthenem atq; piaculares, q̃uis Cliſthenes ipſe profugiſſet, nihilo ſecius Athenas venit, nõ magna cum manu, atque illinc ſeptingentas familias militares Atheniẽſium, tanquã piaculõ cõtaminatas, relegauit, quas ei ſuggerebat Iſagoras. Hoc acto conabatur ſecundo loco ſenatũ diſſoluere, & magiſtratus trecentis Iſagoræ militib. mandare. Verùm reluctante ſenatu atque obtemperare nolente, Cleomenes Iſagoras q; cum ſuæ factionis hominib. arcẽ occuparunt. Quos cæteri Athenienſes cũ ſenatu ſentientes, biduo obſederunt. Tertio die quicunq; Lacedęmonij ibi erãt, accepta fide, regione diſceſſerunt, rato effecto q; Cleomeni dictũ eſt. Nã ei ad occupandã arcem aſcẽdenti, & ad dei penetrale conſulendi gratia eunti, exurgens è ſella ſacerdos, anteq̃ ille valuas reſeraret: Lacedæmonie, inquit, hoſpes, retrocede, néue templum introeas. Nõ enim Doribus hîc introire fas eſt. Cui Cleomenes: Ego, inquit, mulier, Dores nõ ſum, ſed Achęus. Itaq; admonitu vti nolens, atque in conatu pergẽs, tunc quoque iterum à propoſito cum Lacedæmonijs decidit. Cæteros ad necem vinxére Athenienſes, & in ijs Timeſitheum fratrẽ eius, cuius manualia opera atque ſtrenuitatem in primis referre habeo. Atque hi quidem in vincula cõiecti, mortem opetiére. Athenienſes aũt poſt hæc reuocatis cũ Cliſthene ſeptingentis militum familijs, quos Cleomenes exagitauerat, Sardis mittunt ad cõtrahendam cum Perſis ſocietatem. Intelligebant enim ſibi cũ Cleomene atque Lacedæmonijs eſſe bellandũ. Vt Sardis venére nuncij, mãdataq; expoſuêre, percontatus eſt eos Artaphernes Hyſtaſpis filius, Sardium prætor, quinam hoĩes eſſent Athenienſes, & vbi terrarum incolẽtes, qui ſocij Perſarum fieri orarent? Vbi id ex nuncijs audiuit, ita eis ingenuè reſpõdit: Si regi Dario terram darent & aquam, ſe contractu rum cum eis ſocietatem: ſin minus, illos abſcedere præcepit. Nuncij inter ſe collocuti, quod ſocietatẽ facere cuperent, daturos ſe eſſe dixerunt. Quo noĩe vbi reuerſi ſunt domum, vehemẽter accuſati ſunt. Cleomenes intelligens ab Athenienſibus ſe & verbis & factis lædi, ex omni Peloponneſo copias coëgit, diſſimulans quem ad finem, cũ haberet in animo tũ populum Athenienſem vlciſci, tum Iſagoram conſtituere tyrannum, qui vnà cum eo ex arce deceſſerat. Comparato exercitu ingenti, ipſe Eleuſina inuaſit, & ex compoſito Bœotij Oenoëm occuparunt: & Hyſies vltimos Atticæ populos, & ab altera parte Chalcidenſes oræ Atticæ loca populabant. Atheniẽſes etſi ancipiti bello diſtricti, Bœotiorum & Chalcidenſiũ vltione dilata, arma cõtra Peloponnenſes in Eleuſine agẽtes, ferunt. Dumq; ambo exercitus cõſerturi p̃lium eſſent, Corinthij primi omnium ſecum reputantes iniuſtè à ſe agi, auerterunt ſe, atque abſceſſerunt. Secundum hos idem fecit Demaratꝰ Ariſtonis filius, qui & ipſe erat rex Spartiatarum, & è Lacedæmone copias cõtraxerat, nec à Cleomene ſuperiori tẽpore diſſenſerat. Ob quam regum diſſenſionem lex apud Spartam lata eſt, non licere vtrique regi cum exercitu prodire (nam prius prodibant) ſed his ſeiunctis, alterum è Tyndaridis relinqui, qui & iſti antehac ab eis euocati, exercitum ambo comitabantur.

Cliſthenes atque piaculares Athenis eiecti.

Arcis Athenienſis occupatio.

Timeſitheus. Athenienſes legati ad Dariũ. Arthaphernes Sardium prætor.

Oenoém Bœotij occupant. Hyſies.

Demaratus rex. Spartiatarum rex.

Tunc

Tunc cæteri ſocij qui erant in Eleuſine, cernentes nõ cõuenire inter reges, & Corinthios aciẽ deſeruiſſe, & ipſi dilapſi abierũt. Quartò tunc Dores in Atticã ꝓfecti ſunt, bis ad bellandũ ingreſſi, bis ob Athenienſium multitudinis cõmodum. Primò, quia Megarã coloniã deduxerunt, q̃ expeditio rectè vocetur ſub Codro Athenienſium rege. Iterũ ac tertiò, dum ad expellendos Piſiſtratidas ex Sparta vẽtum eſt. Quartò, dũ Cleomenes Peloponnẽſes ducens, Eleuſiũ inuaſit. Ita quartò Dores aduerſus Athenas expeditionẽ ſumpſerunt. Dilapſo igitur indecorè hoc exercitu, ibi Athenienſes volentes vltum ire iniurias, primã expeditionẽ fecerunt aduerſus Chalcidenſes, q̃b⁹ Bœotij ad Euripum iêre ſuppetias. His conſpectis, Athenienſes putarunt ſibi cũ eis prius q̃ cum Chalcidenſib. pugnam cõſerendã. Itaq; cõgreſſi cum illis, egregiè ſuperãt, permultisq̃ eorum cæſis, ſeptingentos capiunt. Eodẽ die trãſgreſſi Euboiã, cũ Chalcidenſib. cõflixêre: quibus etiã victis, quatuor millia colonorũ in prædijs equitum reliquerunt. Equites autẽ apud Chalcidenſes vocabanť locupletes. Horũ quoſcunq; ceperunt, vnà cum Bœotiorum captiuis vinctos in carcerem cõiecerunt, quos aliquanto pòſt, binis mulctatos minis ſoluerunt, eorumq̃; quib⁹ alligati fuerant, vincula in arce ſuſpenderunt, q̃ ad meã vſque memoriam extabant, pendentia è muris, à Medo ambuſtis, è regione cœnaculi ad occaſum ſpectantis. Decimã quoque redemptionis cõſecrarunt, facta ærea quadriga, quæ ad ſiniſtram manum intrantium ſtatim in propylæa arcis ſtabat, cum hac inſcriptione:

Attica perdomitis acri ſub Marte iuuentus
Bœotûm populis Chalcidicaq̃ue manu,
Damna rependerunt vinclis & carcere cæco,
Quorum hæ de decima ſtant tibi Pallas equæ.

Dorum in Atticã expeditiões.

Et Athenienſes quidẽ aucti ſunt. iuris autẽ æquabilitatẽ eſſe rem bonam, nõ ex vno tantùm, ſed vndique perſpicitur. Siquidem Athenienſes quandiu tyrannis ſubiecti fuerunt, nullis finitimorum in bello præſtantiores erant. Liberati verò tyrannis, multò oĩm primi extitêre. Vnde liquet, eos dum tyrannis parebant, de induſtria peccaſſe, tanq̃ domino laborantes: at libertate parta, ſibi ipſi quiſq; rem gerere properabat. Et Athenienſes quidẽ ita agebant. Thebani autem poſt hæc vlciſcendi illos cupidi, ſciſcitatũ ad deum miſerunt. Quib⁹ reſpondens Pythia, negabat per ſeſe eos poſſe illos vlciſci, iubebatq̃; vt ad famæ celebritatem referentes rogarent proximos. Reuerſis qui miſſi ad oraculum erant, ac reſponſo expoſito, Thebani illud nihili facientes, quod referebatur vt rogarent proximos, dicebant: Ergo proximè nos incolunt, Tanagræi Coronæiq̃ue & Theſpienſes, qui noſtri aſſiduè cõmilitones, alacri atque concordi in partes animo bella nobiſcũ tolerant. Quid hos rogari oportet? nunquid potius hoc non habendum pro oraculo. Hæc illis ratiocinãtibus, quidam re audita, inquit: Ego quid ſibi velit oraculum, videor mihi intelligere. Aſopi duæ filiæ fuiſſe traduntur, Thebe & Ægina: quæ quoniã ſorores ſunt, opinor deum reſpondere nobis, vt Æginetas rogemus, qui vicẽ noſtrã vlciſcantur. Thebani, quoniã nulla quàm hæc viſa eſt dicti potior ſententia, protinus miſêre ad Æginetas orandos auxilia, tanquam proximos ex dei oraculo. Illi petentibus his auxilia, dixêre ſe mittere cum eis Æacidas. Societate Æacidarum freti Thebani, cùm laceſſiſſent Athenienſes, accepta offenſione aduerſæ pugnæ, iterum auxilia virorum remiſſis Æacidis orauerunt. Quorum prece moti Æginetæ, tum magnitudine opum inflati, tum priſtinarum inimicitiarũ, quæ eis cum Athenienſibus erant memores, bellum illis haud indictum intulerunt. Nam cùm Athenienſes Bœotijs imminerent, ipſi longis nauibus in Atticam traiecti, cùm alios multos populos in cætera ora maritima, tum Phalerum diripuerunt, magnam ex hac re calamitatem Athenienſibus afferentes. Inimicitiæ autem, quas Æginetæ aduerſus Athenienſes habebant, ex hoc initio extiterunt: Epidaurij, cũ ſua ipſis terra nihil redderet, de hac calamitate Delphicũ cõſuluêre oraculũ. Quibus Pythia iuſſit, vt Damiæ & Auxeſię ſimulacra erigerent: & poſtquã erexiſſent, melius ſecum

Athenienſium præſtantia.

Thebanis oraculum redditum.

Æſopus.

Aeginetarum odia in Athenienſes.

actum iri. Sciſcitantibusq; Epidaurijs, vtrum ex ęre facerent illa, an ex lapide: reſpondit ſe è neutro fieri ſinere, ſed è ligno oleagino, oleæ tamen, nõ oleaſtri. Rogabãt igit Epidaurij Athenienſes, ſibi permitterent oleam incidere, qui ſcilicet oleas illas ſacerrimas eſſe exiſtimarent. Fertur etiam nuſquam gentium niſi Athenis, illa tempeſtate oleas fuiſſe. Athenienſes ſe verò dixerunt conceſſuros, hac duntaxat lege, ſi quotannis illi ſacra Mineruæ vrbanæ & Erechtheo afferrent. Accepta conditione Epidaurij quæ rogabant impetrauerunt, & ſimulacra ex his oleis fabricata ſtatuerunt: terraq; ſua fructũ eis ferente, quod conuenerãt, Athenienſibus perſoluebant. Eo tẽpore atq; ſuperiori, Æginetæ Epidaurijs parebant tũ in alijs, tũ verò in litib⁹, quas Æginetę inter ſe vel actores, vel rei illuc ſe cõferentes agebãt. Verùm ex eo tẽpore fabricatis nauib. nullo cõſilio vſi, ab Epidaurijs deſciuerũt. Factiq; hoſtes, ac mari potiti, cùm alias clades inferebant, tum ſimulacra Damiæ & Auxeſiæ ſurripuerunt: eaque aſportata, in regionis ſuæ mediterraneo loco ſtatuerunt, cui nomẽ eſt Oeæ, viginti fermè ꝓcul ab vrbe ſtadijs. Hoc in loco illis erectis, ſupplicabãt ſacrificijs atque iocabundis choris mulierum, denis viris vtrique deorum aſſignatis, qui choris p̃eſſent. Nã chori neminẽ virũm nuncupabãt, ſed indigenas fœminas: q̃ ceremoniæ apud ipſos quoque Epidaurios fuerant. Surreptis ſtatuis, Epidaurij quod fuerant pacti Atheniẽſibus, nõ ſoluebant: cuius rei cùm à nuncijs Athenienſium admonerent, reddidêre rationem cur iniurij nõ eſſent: Se enim quãdiu apud ſe ſtatuas habuiſſent, quod cõuentũ erat exoluiſſe, eiſdẽ iam viduatos nõ debere exoluere, ſed Æginetas, qui illas haberent, à quibus id exigi iubebant. Ad eas repetẽdas Æginã Athenienſes miſêre. Aeginetę negare quicquã negocij eſſe cum Athenienſibus. Poſt repetita ſimulacra, Athenienſes aiunt triremem miſſam publicè cum ciuibus quibuſdã: qui Aeginam cùm veniſſent, ſimulacra, tanquã è ſuis lignis facta, conati fuerint ſuis ſedibus emoliri vt aſportarẽt. Cumque eo pacto eis potiri nequirent, circũdatis funibus trahere tentaſſe. Sed dũ trahunt, tonitruum, & cum tonitruo terræmotũ extitiſſe: eaque de re illos remiges, qui trahebãt ſimulacra, ab his in amentiã eſſe cõuerſos: & hoc morbo ſeſe tanquã hoſtes mutuò trucidaſſe, donec vnus ex oĩbus relictus eſt, qui ad Phalerũ ſe recepit. Athenienſes ita rem geſtã eſſe memorant. Æginetæ negant illos vnà cum naui veniſſe. Facilè enim ſe vnã nauim, atque adeò cõpluſculas, etiãſi ſibi nullæ fuiſſent naues, fuiſſe ꝓpulſaturos: ſed cũ cõpluribus in ipſorũ terrã inuaſiſſe, ſe verò ceſſiſſe, nec pugna nauali cõtendere voluiſſe: qui tñ planũ facere nequeunt, an quia impares ſe eſſe ad pugnandũ agnoſcerent, ceſſerint: an volentes permiſerint illos facere quod fecerunt: Atheniẽſes quoque, quoniã nulli propugnatores obſtarẽt, egreſſos è nauib. ad ſimulacra ſe cõuertiſſe: & cũ ea è ſuis veſtigijs amoliri nequirent, ita circundatis reſtibus trahere conatos, donec tracta ſimulacra hoc quod iam dicã fecerint, id quod mihi veriſimile non fit. Aiunt enim illa procubuiſſe ſibi in genua, atque ex eo tempore ſemper genu nixa permanſiſſe: Et hæc quidẽ Athenienſes feciſſe. Se verò, ꝙ audirent ſibi bellũ ab Athenienſib. illatum iri, p̃paraſſe Argiuos, vt ſibi aduerſus Atheniẽſes in Aeginã digreſſi adeſſent auxilio: eosque cũ latuiſſent hoſtẽ in traijciendo ex Epidauro in inſulã, in Atheniẽſes, qui nihil p̃ſciſſent, cũ nauib. diſcluſos irruiſſe: & intereà tonitruũ ipſis terræmotumque extitiſſe. Hæc ab Argiuis Aeginetisque cõmemorant. Atheniẽſes quoque cõfitent̃, vnũ oĩnò è ſuis incolumẽ in Atticã reuertiſſe. Cęterùm Argiui dicunt profligato ab ipſis Attico exercitu, vnum ex eis ſuperſtitem fuiſſe. At Atheniẽſes diuinitùs ꝓfligatum fuiſſe exercitũ perhibẽt, ſed ita vt ne ille quidẽ vnus ſuperfuerit, q̃n perierit in hũc modũ: Cùm Athenas ſe recepiſſet, cladẽque renũciaſſet, vxores eorũ q̃ aduerſus Aeginã ꝓfecti fuerãt, indignè ferẽtes vnum ex oĩbus eſſe reducẽ, circũfuſas hoĩem p̃hendiſſe, ac fibulis veſtimentorũ pupugiſſe, percõtates ſingulas, vbi ſuus vir eſſet, atque hoc modo hunc fuiſſe cõfectum. Idque factũ mulierũ, viſum eſſe Atheniẽſib. ipſa clade triſtius. In quas cũ alia ratiõe aĩaduertere nõ poſſẽt, veſtẽ illarũ in Iadẽ mutauerũt. nã anteà Doridẽ veſtẽ gerebãt Atticæ fœminæ, ſimilimã Corinthiæ. Itaque mutauerũt in lineã, ne fibulis vteręt̃, quan̄ reuera ſi rõne vta

Chori mulierum Aeginetarũ.

Athenienſes Aeginã ad repetendã ſimulacra miſſi.

Mutua Athenienſium cædes.

Vxores maritos repetẽtes.

Doricum veſtimentum.

Corinthia veſtis.

mur,nõ las olim veſtis fuit,ſed Caïra,qm̃ oĩs priſca veſtis fœminarũ Græcarũ eadem erat q̃ nũc,quã Doridẽ appellamus. Prætereà Argiui & Æginetæ idẽ adhuc factitãt, apud quorũ vtroſq; mos eſt fibulas faciẽdi feſcuplas q̃ tunc mẽſura cõſueuerat: quas p̃cipuæ fœminæ eorũ tẽplis deorũ cõſecrare ſolent,neq; aliud quicquã Atticum illuc afferre,neq; fictilia,ſed ex ollis eius loci in poſterum ibi potare. Eoq; cõtentionis p̃ceſſêre Argiuæ atque Æginetę mulieres cũ Atticis,vt ad meã vſque ætatẽ fibulas geſtauerint,q̃ anteà grãdiores. Odiorum principiũ Æginetarũ in Athenienſes hoc,quẽ admodũ cõmemoratum eſt,extitit. Cuius rei circa ſtatuas geſtę,memoriã retinentes Æginetæ,libẽter Thebanorũ rogatu auxiliũ tulêre Bœotijs: Qui cùm maritima Atticæ vaſtarent,Athenienſesq; aduerſus Æginã expeditionẽ inirent, aduenit è Delphis oraculum,vt ab Æginetis lædẽdis triginta annos abſtinerent,triceſimo anno cùm fanum Æaco dicaſſent,bellum cum Æginetis inchoarent,ad votũ eis re ſucceſſura. Sin bellum cõtinuò inferrent,fore vt intereà multa detrimenta acciperent & inferrent, ſed ad extremũ illos ſubigerent. Hoc oraculum ad ſe Athenienſes allatũ vbi audiêre, eatenus ei obtẽperandum cenſuerunt,vt Æaco fanũ dicarent,quod nunc in foro extructũ viſitur: ſed triginta annos nõ tulerint, cùm audiſſent bello ſuperſedendũ eſſe aduerſus Aeginetas,à q̃b⁹ tñ indigna paſſi fuiſſent. Sed eis ad vlciſcendũ ſe parãtib⁹, Lacedæmonium factum extitit impedimento. Siquidem Lacedæmonij,audito commẽto Alcmæonidarum erga Pythiã,& q̃ egiſſet Pythia in ipſos atq; Piſiſtratidas,duplicem ſe iacturã feciſſe animaduertebãt: q̃ & ſuos hoſpites in patriã eieciſſent,& nulla ſibi ex hoc facto gr̃a ab Athenienſib. haberẽt. Prętereà oraculis vrgebant, denunciantibus multa ipſis & indigna ex Athenienſib. futura, quorum antehac ſecuri fuiſſent,p̃ſertim ex eo,quod à Cleomene Spartã reuerſo didicerãt. Etẽm Cleomenes potitus eſt ex arce Atheniẽſiũ oraculis,q̃ à Piſiſtratidis prius poſſeſſa, cùm expellerent, relicta fuerãt in tẽplo. Ea Lacedæmonij vbi per Cleomenẽ accepêre,& animaduerterũt Atheniẽſes augeſcẽtes, nec ad ipſis obtẽperãdũ vllo modo eſſe animatos: p̃tereà genus Atticũ quod ſub tyrãnis fuiſſet infirmũ,& ad parendũ p̃optum, nunc parta libertate ipſis par exiſteret: hęc oĩa cõſidẽrantes, accerſierunt Hippiã Piſiſtrati à Sigeo Helleſpõti,quò Piſiſtratidę cõfugerãt. Poſtquã Hippias accerſitus adfuit, accitis etiã aliorũ ſociorũ nuncijs,ita Spartiatę apud eos verba fecêre: Agnoſcimus viri ſocij nos haud rectè egiſſe,q̃ emẽtitis oraculis inducti,viros qui erãt noſtri in primis hoſpites, quiq; in aĩm inducebãt p̃bere nobis Athenas obnoxias,è patria eiecimus. Et cũ hæc fecerimus,tñ ingrato populo vrbẽ tradidimus: qui poſteaq̃ p̃ nos liberatus eſt, nos, pariter ac regẽ nr̃m per dedecus detrimentumq; eiecit: & gloriã adeptus creſcit. Itaque didicerunt hoc ab eis maximè eorũ finitimi Bœotij atq; Chalcidẽſes: fortaſſis etiã alius quis idẽ diſcet,ſi peccauerit. Quare,quoniã in illis agendis peccauimus,nũc demus operã,vt illuc vnà vobiſcum euntes,ſupplicium de illis ſumamus. Hac em̃ de cauſa Hippiã & vos è ſua quoſque vrbę accerſimus,vt publico cõſenſu & cõmuni exercitu reducentes hunc Athenas,reddamus ei quæ abſtulimus: Hæc Spartiatæ. Quę cùm alij ſocij nõ probarent,cumque ſilentium agerent,Corinthius Soſicles ita locutus eſt; Iã cælum ſub terra,ac terra ſuperior cælo erit, hoĩesque domiciliũ in mari habebunt,& piſces ibi habitabunt,vbi anteà habitarunt hoĩes, poſtq̃ vos Lacedęmonij rebus pub. euerſis,tyrãnides in vrbes introducere conamini: quo nihil eſt in reb. humanis neq; iniuſtius,neq; magis mortiferũ. Quod ſi bonũ vobis videt ciuitates ſubeſſe tyrãnidi,ipſi vobis prĩcipes tyrãnũ cõſtituite: atq; ita,vt alijs cõſtituatis operã date. Nũc ipſi tyrãnorũ expertes,& ne id in Sparta cõtingat vehemẽtiſſimè cauẽtes,hoc in ſocios ſtudetis efficere,q̃ ſi eſſetis vt nos ſumus experti,meliorẽ (quã nunc facitis) de hac re diceretis ſententiam. Nam Corinthiorum reipub. ſtatus hic fuit: Erat apud eos paucorum regimen,& hi qui Bacchiadæ vocantur,vrbem incolebãt, vltrò citroque inter ſeſe matrimonia contrahentes. Horum vni nomine Amphioni nata eſt filia clauda,cui nomen erat Labda: quam quoniam nemo Bacchiadarum ducere volebat,

Caira veſtis.

Aeginetarum in Athenienſes odiorum principiũ.

Aeaci fanum.

Hippias accerſitur à Lacedęmonijs.

Soſiclis oratio.

Tyrãnidis incommoda.

Amphion, Labda,

bat,duxit Eetion Echecratis filiꝫ,natu Petreus,ſed oriũdus à Lapithe ac Cęnide. Qui cùm neq; ex hac muliere,neq; ex alia tolleret liberos,miſſus eſt Delphos, ad cõſulendum de prole. Eum introëuntem ſtatim Pythia his verſibus compellauit:

Oraculum Corithijs.

Eetion te nemo (licèt ſis tantus) honorat.
Conceptum pariet ſaxum graue Labda,monarchos
Qui cadet in ciues,emendabitque Corinthum.

Hoc oraculũ quod Eetioni redditũ eſt,eõdẽ tẽdebat,quò alterum anteà Bacchiadis redditum,haud prius intellectum,quàm hoc renunciatum eſt,in hæc verba:

Concipit in Petris aquila enixura leonem
Robuſtum,ſæuum,genua & qui multa reſoluet.
Hæc bene nunc animis verſate Corinthia proles,
Qui colitis pulchram Pallenẽ,altamque Corinthum.

Id oraculũ cùm ad eã diẽ fuiſſet indeprehenſum,ſimul atque ex hoc Eetionis patuit, eõdẽ vtrunq; pertinere,ſilentio ſuppreſsẽre,aĩo futurũ Eetionis filiũ extinguẽdi. Et vt primũ mulier enixa eſt,miſerunt è ſuo numero decẽ viros ad tribũ, in qua habitabat Eetion,q puerũ extinguerẽt. Illi poſtq̃ Petrã peruenẽre, & ad Eetionis atriũ acceſſẽre,puerũ petunt. Labda cur veniſſent ignara, paternæque beneuolẽtiæ cauſa veniſſe eos rata,affert filiũ,& in vnius eorũ manum porrigit. Erat autẽ inter viã cõſtitutum,vt qui primus eorũ puerum cepiſſet,is humi illũ allideret. Verùm diuina quadã fortuna,puer ei viro cui à Labda traditus erat, arriſit. Quã rẽ illi cõſiderãti miſeratio ſubijt pueri occidendi. Sic miſertus alteri tradidit,& ille tertio, atque ita deinceps p manus traditus infans,per oẽs decẽ tranſijt: ac nemine interimere volẽte,rurſus matri eſt redditus. Illi egreſſi,atque ante ianuã ſtantes, alius alium incuſabant, caſtigabantque,ſed primùm præcipuè,qui ex cõuento nõ feciſſet, donec interiecto tẽporis ſpacio placitũ eſt,vt rurſus introgreſſi,oẽs fierent participes cædis,ſed neceſſe erat ex Eetionis ſtirpe germinari Corintho pernicie. Nam Labda ſtans pro foribus, hæc oĩa exaudiebat. Eoque metuens,ne illi immutata voluntate acceptum rurſus puerũ interimerent,aſportauit,& in menſura frumentaria occuluit, qui locus viſus eſt minimè inueſtigabilis,cùm ſciret illos,ſi redirent ad inueſtigandum puerum,oĩa ſcrutaturos, vt & cõtigit. Nã introgreſſis & ſcrutantibus,vbi nõ apparuit, viſum eſt eis abeundũ, atque iis à quibus miſſi eſſent dicendum, ſe cuncta quæ illi mandaſſent perpetraſſe, atque ita reuerſi dixerunt. Poſt hæc Eetionis filio creſcenti impoſitũ eſt nomen Cypſelo,ob periculum hoc quod deuitauerat in cypſela,id eſt,menſura frumentaria. Vbi in virilem adoleuit ætatem,conſulenti oraculum Delphis,anceps eſt redditum, quo fretus, Corinthum aggreſſus occupauit. Oraculum autem hoc erat:

Labda filius.

Cypſelus vnde appellatus.

Vir locuples noſtras hic qui deſcendit ad ædes
Cypſelus Eetides,claræ rex eſto Corinthi
Ipſe,& eo gnati,ſed nulli deinde nepotes.

Et oraculum q̃dẽ hoc erat. Cypſelus verò tyrãnide potitus,talis extitit,vt Corinthiorũ multos exegerit: multos pecunia,lõgè plurimos aĩa priuauerit. Cui cùm triginta regnaſſet annos,bene vita defuncto ſucceſſit in tyrãnide filius Periander,q inter initia mitius agebat q̃ pater: ſed vbi per nuncios cõſuetudinẽ habuit cũ Thraſibulo,Mileti tyrãno,multò magis q̃ pater cruẽtus effectus eſt. Miſſo em̃ p̃cone, Thraſybulum interrogauit,qua ratiõe ipſe reb⁹ tutius cõſtitutis,ciuitatẽ pulcherrimè gubernaret. Thraſybulus,eo q à Periãdro miſſus erat,extra oppidũ educto,ĩgreſſus eſt rus quoddã ſatũ: & vnà cũ nuncio ſegetẽ interambulãs,ſciſcitabat hoĩem de ſuo aduentu è Corintho,detruncãs atque abijciens,vt quanque videbat ſpicã inter alias extantem, donec ſegetem formoſiſſimam atque dẽſiſſimã hunc in modum corrupit, prædiumque illud peruagatus,nullo verbo reddito præconem remiſit. Reuerſus Corinthũ p̃co, auido p̃ceptionis audiendæ Periandro,negauit ſibi quippiam reſpondiſſe Thraſybulum,mirari,quòd ſe ad virum veſanum Periander miſiſſet, & ſua ipſius deſtruentem,

Periander. Thraſybulus.

Spicarum detrũcatio.

Simile eſt apud Liuium de papauerum decuſsiõe.

expo-

exponitq; q̃ ex Thraſybulo vidiſſet. Periander id Thraſybuli factum intelligens, atq; interpretans ſibi ab illo præceptum, vt eminentiſſimos quoſq; popularium interimeret, tunc verò oẽm in ciues ſæuitiã exercuit, interficiendo ac perſequẽdo, cõſummãs id quod à Cypſelo fuerat omiſſum: adeò quidẽ, vt vno die vniuerſas mulieres Corinthias exuerit, propter Meliſſam vxorem ſuã. Nã cùm ad Theſprotos, q̃ ſunt ad flumẽ Acherontẽ, miſiſſent nuncios, ſciſcitatũ mortuorum oraculum de hoſpitis depoſito, Meliſſa apparẽs negauit ſe indicaturã aut dicturã, vbínã depoſitum eſſet collocatum, qm̃ ipſa algeret, quia nuda eſſet. Nihil em̃ ſibi ꝓdeſſe veſtes cum quibus ſepulta fuiſſet, vtpote nõ cõcrematas. Cuius rei, quod vera loqueret̃, teſtimonio foret quod Periãder in frigidũ furnũ panes ingeſſiſſet. Hæc Periãdro renunciata, ob illud argumentũ fidẽ fecẽre, q̃ ipſe cum Meliſſa q̃uis defuncta coïerat. Itaq; ſtatim poſt eum nunciũ p̃ cõnẽ edixit, vt oẽs Corinthiæ mulieres ad Iunonis tẽplum ꝓdirẽt. Eò tanq̃ ad diẽ feſtum, q̃ ornatiſſimè poterant cùm iſſent mulieres, ille diſpoſitis clam ſatellitibus, eas oẽs ſine diſcrimine exuit, ingenuas pariter & ancillas, atq; eas veſtes ad foueã cõportatas Meliſſam precãdo cremauit. Hæc vbi fecit, & nuncios iterũ eoſdẽ miſit, tunc ei Meliſſæ idolũ, hoc eſt, inanis imago, expoſuit, vbínã depoſitũ hoſpitis collocaſſet. Talis eſt tyrannis, Lacedæmonij, & tale opus. Eoq́ue nos Corinthios cũ magna admiratio cepit, ſimul atque vidimus vos accerſiſſe Hippiã: tũ verò maior nunc dũ iſta dicitis. Propterea deos Græcorum inuocatos teſtamur apud vos, ne velitis tyrãnides in ciuitatib⁹ cõſtituere, quas nõ extinguitis, ſed excitatis præter ęquitatẽ, dũ Hippiã reducitis, in quo ſcitote Corinthios vobis nõ aſſenſuros: Hęc Soſicles Corinthiorũ legat⁹. Quin excipiẽs Hippias, eoſdẽ quos ille deos inuocãdo dixit, cùm cæteros, tũ pręcipuè Corinthios deſideraturos Piſiſtratidas, dũ veniſſent dies q̃b⁹ expiare ſe ab Atheniẽſib⁹ nequirẽt. Hactenus rñdit Hippias, qm̃ oracula illa ipſe præ cęteris nota haberet. Cæteri ſocij, q̃ antea ſilentiũ tenuerant, audito Soſicle, liberius pro ſe q̃ſq; in vocẽ erũpẽtes, accedere ſententiæ Corinthiorũ, obteſtariq́ue Lacedæmonios, ne q̃d agerẽt noui aduerſus Græcã ciuitatẽ. Ita ab ea re ceſſatũ eſt. Hippias illinc ꝓfectus, offerẽte ei Amynta Macedone Anthemũtẽ, & Theſſalis Iolcõ, neutrũ accipere voluit, ſed rurſus ad Sigeũ cõceſſit, quod armis Piſiſtratus à Mitylenæis eripuerat. Eoq́ue capto, tyrãnũ ibi cõſtituit Hegeſiſtratũ filiũ, nothũ ex muliere Argia, qui tñ, q̃ à Piſiſtrato acceperat, nõ tenuit ſine prælio. Nã dũ inter Mitylenæos ac Atheniẽſes pugnatũ eſt, hos ex oppido Achilleo, illos è Sigeo ꝓdeuntes, hos repetẽtes regionẽ, illos refellẽtes hac ratione, q̃ dicerent nihilo plus iuris eſſe Æolib⁹ in agrũ Ilienſem, q̃ ſibi ac cæteris Græcis, qui Menelao in raptu Helenes operã nauaſſent. His aſſiduè bellãtib⁹, cùm alia in p̃lijs geſta ſunt, tũ illud, quod Alcæus poëta in prælio, quod collatis ſignis gerebat, vincẽtib⁹ Atheniẽſib⁹, ipſe quidẽ fugæ ſe mãdans euaſit: ſed armis eius potiti ſunt Athenienſes, q̃ apud tẽplum Mineruæ in Sigeo ſuſpenderunt. Hanc rem Alcæus carmini mandãs, in Mitylenẽ repoſuit, indicans Menalippo ſodali ſuã calamitatẽ. Mitylenęos tñ atque Atheniẽſes reduxit in gratiã Periãder Cypſeli, qui delectus arbiter, ita eos recõciliauit, vt vtrique ea colerent q̃ haberẽt. Atque hoc modo Sigeum factum eſt Atheniẽſium. Hippias, poſteaquã Lacedæmone in Aſiã abijt, cuncta agitabat inſimulãdo Atheniẽſes apud Artaphernẽ: atque oẽm operã dãdo, vt Athenæ in illius ac Darij venirẽt poteſtatẽ. Quæ agitantẽ Hippiã cùm accepiſſent Athenienſes, mittunt Sardis nuncios, ad diſſuadendum Perſis fidẽ habere exulibus Athenienſibus. Sed Artaphernes iubere, Athenienſes (ſi ſalui eſſe vellent) rurſus Hippiã reciperent. Atheniẽſes eã cõditionem recuſare, & malle profeſſi eſſe Perſarum hoſtes. Dum ita apud Perſas inſimulantur, atque ita animati ſunt Athenienſes eam conditionem recuſare, hoc interim tempore Mileſius Ariſtagoras à Cleomene Lacedæmonio reiectus è Sparta, Athenas venit. Nam ea vrbs inter cæteras præpollebat. Ad quam ciuitatem vbi venit Ariſtagoras, eadem quæ in Sparta commemorauit de cõmodis q̃ eſſent in Aſia, deq́ue Perſico bello, quòd neque ſcutum neque lanceã in vſu habe-

Epiſtola Thraſybuli ad Periãdrũ extat apud Dio. Laertium in primo.

Meliſſa.

In frigidũ furnũ panes ingerere.

Periander cũ defuncta concubuit.

Corinthię mulieres denudatę.

Hippiæ reſpõſum & reditus.

Sigeum.

Amyntas.

Hegeſiſtratus.

Ilienſis ager.

Alcæus poëta.

Menalippus Alcæi ſodalis.

Athenienſes nuncij ad Artaphernem.

Artaphernis ad Athenienſes reſponſio.

Perſarum bellica arma.

haberent,facilesq; essent ad capiẽdum: Hęc ille referens,illa quoq; addebat,Milesios esse Athenienſium colonos,quos æquum esset ab eis liberari,qui multum pollerent. Deniq; nihil nõ pollicebatur,omnibus prẽcibus obsecrans,quod tãtopere cupiebat, donec eos induxit. Multos em̃ permouere facilius videt esse, quam vnũ: quando ille vnum Cleomenem Lacedæmonium permouere non potuit: Athenienſium 30. millia potuit. Itaq; Athenienses persuasi,decreuêre viginti naues Ionib. auxilio mittendas, Melanthio illis p̃fecto,viro inter populares omni in re spectato. Hæc classis initiũ malorũ extitit Græcis pariter & Barbaris. Ante eius egressum Aristagoras reuectus Miletũ,excogitauit consilium,quod in nullam Ionum vtilitatem erat redundaturũ: quã quam ne ille quidem hac ratione faciebat,sed vt regi Dario molestiam adferret. Etenim misit quendam in Phrygiam ad Pæones,qui à flumine Strymone erant in captiuitatem abducti à Megabyzo,locum atque vicum per sese incolentes: ad quos vt peruenit nũncius, ita verba fecit: Viri Pæones,misit me Aristagoras Mileti tyrannus,ad ostẽdendã vobis (si obtemperare velitis) salutem. Nunc em̃ cuncta Ionia ab rege defecit,eademq; vobis p̃stat facultatẽ salutis parandę ad patriam nostrã: p vos quidẽ vsq; ad mare,deinceps nobis iam curę erit. His auditis, Pæones magnã sanè voluptatẽ ac ceperunt: sumptisque liberis atq; vxoribus,ad mare fuga se ꝓripuerũt: nõnulli eorũ præ metu illic remanserunt. Vbi ad mare peruenêre,illinc in Chiũ transmisêre. Quo postq̃ applicuêre,eorum vestigia insecutus adfuit ingens equitatus Persarũ: & q̃a eos assequi non potuit,misit in Chium ad illos,vt eodem redirent. Cuius oratione repudiata,à Chijs sunt in Lesbum transportati,mox à Lesbijs in Doriscum,vnde terrestri itinere se in Pæoniam receperunt. Post hæc ad Aristagoram Athenienses viginti cum nauib. venêre,ducentes vnà quinque triremes Erethriorũ: qui non Athenienſiũ gratia commilitiũ præstabant, sed debitã ipsis Milesijs gratiam reddebant. Nam Milesij aliquando pro Erethrijs in bello Chalcidensi operam suã p̃stiterãt, cùm Samij cõtra Erethrios atq; Milesios Chalcidensib. opẽ ferrẽt. Aristagoras,vbi illi atq; alij socij adfuêre,expeditionem fecit aduersus Sardis,non tamen ipse proficiscens,sed Mileti remanens,præfectis ducib. Milesiorum fratre suo Charopino,cæterorũ ciuiũ Hermophanto. Hac classe Iones vbi peruenêre Ephesum, relictis nauibus apud Coresum,q̃ est agri Ephesij,ipsi cum ingenti manu sumptis viæ ducibus Ephesijs,ad superiora tẽdebant,secundum flumen Caystrum tenentes iter. Illinc superato Tmolo Sardis adueniunt,easq; occurrẽte nemine capiunt, omniaq; eius vrbis loca, præter arcem, q̃ Artaphernes ipse tutabatur,habens non exiguas virorum copias: quæ res fuit impedimento,quò minus qui ingressi erant vrbem,diriperent. Erant Sardibus domus plerąq; arundinaceæ,sed quę lateritię,tamen ex arundinib. lacunaria habebant. Harum vnam quidam è militibus cum incendisset,repentè ignis è domo in domũ elapsus,totam vrbem absumpsit. Ardente vrbe, & vastante iam extrema incendio, nec habente regressum,Lydi & Persarum quicunq; in vrbe erant, vndique circũuenti, ex vrbe in forum confluunt: & ad amnẽ Pactolũ, q̃ in medium forũ interfluẽs æramenta auri è Tmolo illis defert,deinde flumini Hermo immiscet, & ille mari. Ad hunc amnem,& ad hoc forũ cõglobati Lydi pariter & Persæ,sese defendere cogebãt. Iones videtes hostium alios sese tutantes,alios magna multitudine se obuiam ferentes,metu perculsi, ad montem,qui dicitur Tmolus,sese recipiunt, atq; illinc noctu ad naues. Crematis Sardibus,deflagrauit vnà templũ Cybeles indigenę deę: Cuius p̃textu postea Persę, templa quæ in Græcia erant, cremauerũt. Hoc vbi Persæ,qui intra Halim domicilia habebant,resciuerũt,tunc verò ad ferendã Lydis opem conuenerunt: nec adepti Sardib. Iones iam illinc ꝓfectos, eadem via insecuti comperiunt Ephesi: cõgressique cũ illis ex aduerso instructis,in fugam eos vertunt,multosque occidunt,& in his cũ alios illustres viros,tum Eualcidẽ Erethriorum ducem,qui donatus laurea in certaminib. fuerat,& à Simonide Ceio maiorem in modum celebratus. Ex ea pugna qui euasêre, per vrbes fuêre dissipati. Et tunc quidem ita dimicatum est. Athenienses autem post

Melanthius

Pæones.

Athenienſium naues ad Aristagoram. Erethrij.

Charopinus. Hermophantus.

Sardis captæ

Sardis crematę sunt.

Pactolus. Hermus. Tmolus

Ionum fuga.

Eualcides. Simonides Poeta.

hæc

hęc deſertis ꝓrſus Ionib⁹, etſi per nuncios Ariſtagoræ magnopere rogabant, negauerunt ſe auxilio futuros. Quorum ſocietate fraudati Iones, tñ qm̃ illa aduerſus Dariũ egerant, nihilò ſegnius bellum aduerſus regem parabant: Helleſpõtumq; inuecti, Byzantium ac cæteras circà vrbes in ſuã poteſtatẽ redegerunt. Inde euecti magnã Cariæ partẽ in belli ſocietatẽ aſciuerunt. Nã Caunus, q̃ prius ſocietatẽ facere recuſauerat, vbi Sardis cõflagrarunt, & ipſa Ionib⁹ acceſſit. Præterea Cyprij oẽs vltrò exceptis Amathuſijs. Defecerunt aũt Cyprij à Medis in hunc modũ: Erat Oneſilus q̃dã Gorgi Salaminiorum regis frater, natu minor, Cherſis filius, Siromi nepos, Euelthontis pronepos. hic vir, cùm ſæpenumerò antea Gorgum ſolicitaſſet ad rebellãdũ ab rege, tunc audiens Ionas rebellaſſe, vehemẽtius vrgere hominẽ inſtitit. In quo quia nihil proficiebat obſeruato tẽpore, dum Gorgus oppidum egrederet, vnà cum ſuis militibus eum portis excluſit. Gorgus oppido exutus, ad Medos trãsfugit. Eo potitus Oneſilus, oĩb⁹ Cyprijs vt rebellarẽt ſuadebat: perſuaſis cæteris, Amãthuſios rebellare abnuẽtes obſidione circundedit. Dũ hic Amathuntẽ obſidet, Darius, vt ei nunciatũ eſt Sardis captas incẽſasq; ab Atheniẽſib. atq; Ionib. & huius cõparãdæ claſſis atque rei cõtexendæ fuiſſe auctorẽ Ariſtagorã Mileſiũ, fertur cùm primùm hęc audiuit, dixiſſe Iones nihil feciſſe: ꝓbè ſciẽs, nõ fuiſſe illos p̃ cõtẽptu ſui rebellaturos: deinde interrogaſſe quĩnã eſſent Atheniẽſes. Id cùm audiſſet, tum arcũ popoſciſſe, eo ſumpto ſagittã impoſitã in cælũ excuſſiſſe: & ea in aërẽ excuſſa dixiſſe, ô Iupiter, cõtingat mihi vt Athenienſes vlciſcar. Atque hæc locutus, cuidã famulorum p̃cepiſſe, vt ſibi ſemper appoſita cœna, ter diceret: Here, memẽto Atheniẽſium. Et cùm hoc præcepiſſet, accito ad ſuũ cõſpectũ Hiſtiæo Mileſio, quẽ ipſe diu diſtinuerat, ita eũ fuiſſe allocutum: Audio Hiſtiæe ꝓcuratorẽ tuũ, cui tu Miletum demãdaſti, nouas aduerſùm me res eſſe molitum. Viris em̃ ex altera cõtinente perſuaſit, vt Iones ſequerẽt, qui mihi commiſſorum pœnas dabunt, eosq́ue induxit ad me Sardib⁹ priuandum. Nũ igit̃ videnẽ hæc tibi bene habere? Quorum quidnã ſine tuis cõſilijs actum eſt? Proinde vide ne rurſus teipſum in culpã inducas. Ad hæc Hiſtiæus: Quódnã, inquit, rex protuliſti verbum? Méne cõſulere rem, q̃ tibi ſit tantum tantulúmue moleſtię allatura? Quid mihi quærens iſta facerẽ? aut cuius rei indigẽs, cui oĩa adſunt q̃ tibi, quẽ tu oĩm conſiliorũ tuorum cõmunione dignaris? Quod ſi iſtud quod ais, egit ꝓcurator meus, ſic habeto, id eum feciſſe ſuo cõſilio. Principiò rationẽ iſtã nõ admitto, Mileſios ac meum ꝓcuratorẽ quippiã rerum nouarũ feciſſe aduerſus ſtatum tuum. Si quid tamen huiuſmodi faciunt, & tu vera audiſti, rex, intellige quid rei egeris, quod me à mari ablegandum putaſti. Nã Iones id agere aggreſſi ſunt, poſtq̃ ego ex ipſorũ cõſpectu ſum amotus, cuius aggrediendi iampridẽ libidine tenebant. Quòd ſi ego in Ionia fuiſſem, nulla profectò ſe ciuitas cõmouiſſet. Proindè nunc properè dimitte me, vt in Ioniã contendã, illic oĩa negocia tibi in integrum reſtituturus: & hunc Mileti procuratorẽ, harum rerum machinatorẽ, in tuã poteſtatẽ redacturus. Hæc cùm ex animi tui ſentẽtia cõfecero, iuro per deos regios me non prius exuturum hanc veſtem, qua indutus in Ioniam deſcendã, q̃ Sardiniam inſulã maximam tibi tributariã reddidero. Hæc Hiſtiæus fallendi gratia dicebat. Quibus perſuaſus Darius, hoĩem dimiſit, præcipiens, vt poſteaquam ea q̃ ſpoponderat præſtitiſſet, ad ſe Suſa reuerteretur. Dum nuncius de Sardib⁹ ad regem venit, Dariusq́ue illam rem arcu fecit, & Hiſtiæum eſt allocutus, Hiſtiæusq́ue ab eo dimiſſus, ad mare ſe contulit, hoc intereà omni tempore hæc geſta ſunt: Oneſilo Salaminio Amathuſios obſidenti nuncius affertur, Artybium virum inter Perſas eximium cum magna vi Perſarum curſum tenere in Cyprum. Quo accepto, Oneſilus legatos paſſim in Ioniam dimittit ad Iones euocandos: qui non diu in deliberando cunctati, cum magna claſſe ad eum ſe contulerunt. Et cùm Cyprum tenuiſſent, Perſæ eôdem è Cilicia traiecerunt, terreſtriq́ue itinere Salaminem contenderunt, Phœnicibus claſſe circumeuntibus promontorium, quæ claues Cypri vocãtur. His ea facientibus, Cyprij tyranni cõuocatis Ionum ducibus dixẽre: Viri Iones,

Cyprij: Oneſilus: Gorgus.

Oneſili dolus.

Sagitta ad Iouem excuſſa.

Memineris Athenienſium.

Darius Hiſtiæo.

Hiſtiæus ad Dariũ.

Callida ad fallẽdum regem oratio.

Hiſtiæi abitio.

Artybius.

Claues Cypri.

Cypriorũ oratio. vobis nos Cyprij optionẽ damus cum vtris dimicare velitis,cum Perſis, an cũ Phœnicibus.Si terra mauultis cum Perſis acie confligere,iam tempus eſt è nauibus egrediendi, & in acie ſtandi, vt nos veſtras ingreſſi naues, cum Phœnicibus dimicemus. Sin cum Phœnicibus fortunam tentare mauultis,facite:qm̃ alterutrum opus eſt eligatis,vt quantum in nobis ſitum eſt, Ionia atque Cyprus in libertatem vindicentur.

Ioniæ concilium. Ad hæc Iones: Commune,inquiunt,Ioniæ concilium nos miſit ad mare tutandum, non ad naues tradendas,quo ipſi cum Perſis in terra confligeremus. Itaque quidem vbi collocati ſumus,vt operã nauemus enitemur. Vos verò debetis,qualia ab imperãtibus Medis paſſi eſtis reminiſcentes, viros egregios vos oſtendere. Hæc Iones rũderunt. Poſt hæc Perſis in cãpum Salaminium tendẽtibus, Cyprij reges aduerſus alios hoſtes conſtituerunt alios Cyprios: aduerſus Perſas optimum quenque Salaminiorum ac Solienſium, aduerſus Artybium Perſarum ducem Oneſilus vltrò conſtitit.

Artybij equus. Inſidebat Artybius equo, in armatum erigere ſe docto. Quod audiens Oneſilus, ad ſatellitẽ ſuum(erat em̃ ei ſatelles ſanè quàm peritus rei bellicæ, & alioq; ſolertiæ plenus:) Audio,inquit, Artybij equum edoctum ſe erigere,& pedibus ſimul atque ore eum in quem agitur* rem gerere:proinde tu properè inita rõne dicito, vtrum malis obſeruare,equum ne tibi feriendum,an ipſum Artybium:Ad quem ſeruus: Ego verò inquit, rex paratus ſum & vtrũque & alterutrum, & oĩnò quicquid imperaueris, facere.Promã tñ quod rebus tuis eſſe conducibilius ſentiam, regem ac ducem oportere cum rege ac duce certare.Siue enim talem occidas, decori tibi fore: ſiue à tali,q̃ abſit,occidaris,quod ſecundum eſt,dimidium mali eſſe:hos verò famulos cum famulis hoſtium debere confligere.Nam quod ad equum attinet,non eſt cauſa cur eius artificium extimeſcas. Recipio enim tibi eum poſthac aduerſus neminem ſe erecturũ. Hęc illo locuto,mox exercitus conflixére,terreſtres naualeſq́ue.Et claſſe quidem Iones eo die ſtrenuè pugnãtes ſuperauêre Phœnices.Samiorum tñ precipua virtus extitit.In terra vbi cõcurſum eſt dum acies dimicant, circa imperatores hoc actum eſt: Vbi Artybius equo cui inſidebat, in Oneſilum inuectus eſt,Oneſilus,vti conuenerat cum ſatellite,ipſe inuadentem Artybium ferit:eius ſatelles equi ſublatos pedes in Oneſili ſcutum iactantis falce percuſſos abſcidit. Quo ictu Artybius Perſarum imperator illic vnà cum equo corruit.Cæteris pugnando occupatis, Steſenor Curij tyrãnus, nõ parũ circa ſe copiarum habens, prodidit ſocios Curienſes. Hi Argiorũ coloni dicuntur eſſe. Poſt horum proditionem,ſtatim Salaminij, qui curribus vehebant̃, idem fecêre. Quo ex facto Perſæ Cyprijs ſuperiores extitêre. Horum acie in fugam verſa,cùm alij multi occubuêre,tum verò Oneſilus Cherſis, qui Cyprios ad defectionem induxerat,& Soliorum rex Ariſtocyprus Philocypri filius,eius inquam Philocypri,quem Solon Athenienſis Cyprum profectus inter tyrannos maximè verſibus celebrauit. Oneſili caput Amathuſij,qm̃ ipſos obſederat,exciſum in oppidum retulerunt,ac ſupra portas ſuſpenderunt. Quod ſuſpenſum cùm iam exinanitum eſſet, ingreſſum apum examen fauo referſit. Ea de re oraculum Amathuſijs (nam oraculum conſuluêre) redditum eſt, vt depoſitum caput humarent,Oneſiloq́ue quotannis tanquam heroï ſacrificarent. Hoc facientibus melius cum eis actum iri. Quod Amathuſij ad meam vſq; memoriam faciebant.Iones & alij,qui ad Cyprum pugna nauali dimicauerant,vbi didicêre res Oneſili perditas, & cæteras Cypri vrbes obſeſſas,præter Salaminem,eam autem Gorgo priſtino regi Salaminios reſtituiſſe, in Ioniam redire maturauerunt.vrbium Cypriarum diutiſſimè obſidionem Soli pertulit,ſed eam Perſæ quinto menſe quàm obſidere cœperunt, circum ſuffoſſo muro expugnauerunt. Ita Cyprij cùm annum liberi fuiſſent, denuò in ſeruitutem ſunt redacti. Ac Dauriſes, qui filiam Darij in matrimonium habebat,Hymeesq́ue & Otanes,atque alij Perſarum duces,& ipſi filias Darij in matrimonio habentes,perſecuti eos Iones, qui aduerſus Sardis expeditionem fecerant, poſtquam in naues repulerunt prælio victos, dehinc inter ſe partiti ſunt vrbes quas expugnarent. Dauriſes quidem conuerſus ad

Artybij cædes. Curienſes. Oneſili mors. Ariſtocyprus. Philocyprus. Oneſili caput. Soli vrbs. Cyprij in ſeruitutẽ redacti. Dardanus vrbs capta.

vrbes

vrbes in Helleſponto ſitas, cepit Dardanum, cepit Abydum & Percotem, Lampſa cum & Pæſon, ſingulas diebus ſingulis. Cui à Pæſo ad vrbem Parion contendenti nũcius adfertur, Cares cum Ionibus ſentientes, à Perſis defeciſſe. Igitur conuerſo itinere ex Helleſponto, aduerſus Cariam copias duxit. Sed antequam perueniret, de eius aduentu certiores facti Cares, ad columnas (quæ albæ dicuntur) conueniunt, atque ad amnem Marſyam, qui ex Hydriadæ regione defluit in Mæandrum. Ibi coactis Caribꝰ, multæ ſunt à multis dictæ ſententię: ſed optima omnium meo iudicio a Pixodora Mauſoli filio Cindyenſi, qui Syenneſis Cilicum regis filiam in matrimonio habebat. Ab hoc ſententia dicta eſt, vt tranſmiſſo Męandro Cares flumen à tergo habentes, ita demum cum hoſte congrederẽtur, vt ſublata ſpe retrò fugiẽdi, atq; ibidem manere coacti, redderentur meliores q̃ natura eſſent. Verũ hęc ſentẽtia nõ peruicit, ſed illa, vt Perſis potius à tergo Mæander eſſet, vt ſi Perſæ fugã facientes euaderent, in flumen incidentes abire non poſſent. Poſt hæc cũm adeſſent Perſæ, ac Mæandrum tranſiſſent, ibi ſuper amnem Marſyam Cares prælium conſeruêre cum Perſis acre atque diuturnum. Ab poſtremum multitudine hoſtium terga vertunt. Quo in prælio Perſarum cecidêre duo millia, Carum decem millia. Ex quibus qui effugerunt ad Labrãdem, in Iouis militaris templum ſe receperunt, in magnum atque ſacrum lucum platanorum. Sunt autẽ ex his (quos nouimus) Cares ſoli, qui Ioui militari hoſtias offerant. Huc Cares cùm ſe recepiſſent, de ſalute conſultabant, vtrum ſeſe Perſis dedere, an Aſiam pœnitus relinquere ſatius eſſet. De hac re conſultantibus ſubſideo venêre Mileſij cum ſocijs. Ibi Cares immutata priori voluntate, rurſus ad bellum inſtaurãdum animantur, & cum inuadentibus Perſis concurrunt: & cùm diutius quam prius dimicandum eſſet, fugantur multis cæſis, Mileſiorum præcipuè. Poſt acceptam calamitatem hanc Cares copijs reparatis repugnauerunt. Audientes enim vrbes ſuas inuaſum iri à Perſis, inſidias illis in via quæ in Mylaſſa fert collocauerunt, auctore Heraclide Ibanoleo Mylaſſenſi. In eas inſidias Perſæ noctu illapſi, obtruncati ſunt cum ducibus ſuis Dauriſe & Amorge & Siſamace, necnõ Myrſe Gygis filio. Hunc in modum interiêre hi Perſæ. Hymees autẽ qui & ipſe erat ex inſequentibus Ionas, qui aduerſus Sardis militauerant, ad Propontidẽ cõuerſus cepit Cion ac Myſiã. Hac expugnata, audiẽs Dauriſen relicto Helleſponto tendere aduerſus Cariam, omiſſa Propontide, in Helleſpontum ducit exercitum, cepitq; Aeoles omnes qui oram Iliadem incolunt. Cepit item Gergithas, qui à priſcis Teucris relicti fuerant. Has gentes cùm cepiſſet Hymees, morbo deceſſit Troade, & hic quidem ita mortem obijt. Artaphernes autem Sardium præfectus, & Otanes tertius dux, aduerſus Ioniam confinemq; Æolidem delecti imperatores, cepêre ex Ionia quidem Clazomenas, ex Æolia verò Cumam. Quibus oppidis captis, Ariſtogaras Mileſius vbi hoc accepit, non erat compos mentis, vt qui perturbaſſet Ioniam, & magna negocia confudiſſet. Itaque cernẽs hæc, vbi conſtitit ei rem effici nõ poſſe, nec Darium regem ſuperari, defugiendo deliberabat, conuocatisq; ſuę factionis hominibus, conſulebat ſatius fore eis, ſi Mileto expellerentur, in ſeptentrionalia loca aliqua profugere, ducentes coloniam vel in Sardiniam vel in Myrcinum Hedonum, q̃ Hiſtiæus à Dario donatus mœnibus ſtruxerat. Hæc Ariſtagoras percontabatur. Verùm Hecatæus Hegeſandri, ſcriptor, negabat coloniam alterutro deducendam, ſed ſi Mileto eijcerent, mœnia in Lero inſula ædificanda, atque illic quieſcendum. Deinde illinc Miletum eſſe remeandum. Hoc conſulebat Hecatæus. Sed Ariſtagoras, cuius ſententia præcipuè erat abeundi in Myrcinum, demandata Mileto Pythagoræ viro inter populares probato, procuratore Mileti, ipſe ſumptis ſecum omnibus voluntarijs in Thraciam nauigauit, regionemq; obtinuit ad quam conceſſerat. Ex ea profectus cùm vrbem obſidet, tam ipſe quàm eius exercitus à Thracibus, tametſi illic accepta fide excedere volẽtibus, interemptus eſt. Et Ariſtagoras quidem, qui Ioniam ad defectionem induxerat, ita oppetijt.

Abydus. Percotes. Pæſus. Parius. Columnæ albæ. Hydriãs. Pixodorus Syenneſis. Carum cũ Perſis cõſertum prælium. Lucus platanorum. Iouis militaris templum. Mileſij & Cares fugantur. Heraclides Dauriſes. Amorges. Myrſes. Siſamaces. Gergithæ. Hymees obitus. Hecatæus. Leros. Pythagoras Mileti procurator Ariſtagorę mors.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER SEXTVS, QVI INSCRIBITVR ERATO.

ARistagoras quidem Ionicæ rebellionis auctor, ita oppetijt. Histiæus autem Mileti tyrannus, à Dario cõmeatum adeptus, Sardis venit. Eò cùm venisset è Susis, interrogatus ab Artapherne Sardium præfecto, quídnam ei videretur, Iones ad rebellandum induxisse: cùm negaret se id scire, quinimò mirari quod actum esset, tanq; eius rei prorsus ignarus, Artaphernes videns eum esse artificem, & rebellionis veritatem sciens, inquit: Histiæe, sic res hæc se habet. Hũc calceum tu quidem cõsuisti, Aristagoras aũt sibi induit, Hoc Artaphernes ad rebellionẽ pertinens dixit: Quem Histiæus tanq; rei gnarum veritus, prima statim nocte fuga se ad mare proripuit, regem Darium frustratus, cui Sardiniam insulam maximã in illius potestatem redacturum se pollicitus, subijt primas partes Ionici belli aduersus Darium gerendi. Is cùm in Chium transmisisset, à Chijs in vincula coniectus est, exploratum habentibus eum à Dario illuc isse ad res nouas moliendas. Sed vbi omnem cognouêre rationem, quod regi hostis esset, hominem soluerunt. Ibi interrogatus Histiæus ab Ionibus, cur ita promptè vt à rege deficeret Aristagoræ delegasset, & tanta clade Iones affecisset: veram causam non admodum aperuit, sed dixit, se regem Darium cõstituisse, Phœnices è sedibus suis amotos in Ioniã trãsferre, & Ionas in Phœnicen, & hac causa literas se misisse. Cumque hæc non omninò rex constituisset, ipse Ionas terrefaciebat. Post hæc ad Persas qui Sardibus erant, literas dat, tanquam secũ antea de rebellione collocutos, quas literas fecit per nuncium quendam Hermippũ Artaniteum. Eas Hermippus non ijs ad quos dabantur reddidit, sed Artapherni. Ille omnibus quæ agebantur cognitis, iubet Hermippum & eas reddere quibus Histiæus mittebat, & quę vicissim à Persis ad Histiæum responderentur, sibi dare. Ita rebus palam factis, Artaphernes de multis Persarum supplicium sumpsit, & Sardibus quidem tumultus extitit. Histiæus autem hac spe lapsus, exoratis Chijs Miletum reductus est: sed Milesij libenter etiam Aristagora liberati, nullo pacto animum inducebant ad alium tyrannum illuc recipiendum, vtpote gustata libertate. Histiæus sub noctem conatus introïre Miletum, à quodam Milesio in femore vulneratus est. Ita reiectus à patria sua, rursus se recepit in Chium, atque illinc quoniam Chios ad tradendas sibi naues inducere non poterat, traiecit Mitylenen: Lesbijsq; vt sibi traderent naues persuasis, octo illorum triremibus armatis Byzantium remigauit. Ibiq; subsidens, nauigia quæ è Ponto prodibant intercipiebat, præter eorum qui se paratos Histiæo obsequi dicebant. Histiæo & Mitylenęis hęc agentibus, aduersus ipsam Miletum ingẽs exercitus hostium, classiarius pariter & terrestris in expedito erat. Duces enim Persarum coactis in vnum copijs cuncti in eam contendebant, minoris cætera oppida facientes. Inter classiarios promptissimi erant Phœnices, cum quibus militabãt & Cyprij recens subacti, & Cilices, & Ægyptij. Hos aduersus Miletum & cæteram Ioniam venturos cùm accepissent Iones, miserunt suos quiq; primores ad commune Græciæ concilium. Quib. in eum locum coactis, atque deliberantib. visum est nullas debere terrestres copias aduersus Persas contrahi, sed Milesios mœnia per seipsos pro viribus tutari, cæteros classem instruere nulla naui prætermissa. Instructaque classe, primo quoq; tempore cõtractos apud Ladam ante Miletum pugna nauali decernere. Lada autem parua quædam est insula, vrbi Milesiorum obiacens. Post hæc impletis ijdem nauibus ad locum pręstò fuerunt, comitantibus Æolibus, qui incolunt Lesbum. Atque ita aciem instruxerunt. Cornu quod erat auroram versus, ipsi Milesij cum octoginta nauibus tenebant. His contigui Prienẽses erant duodecim cum nauib⁹: Miusij cum trib⁹ nauib⁹. His contigui Theij decem & septem nauib⁹, Chij cum centum. Vltra hos locati erant Erythræi & Phocenses. Erithræi quidem cum octo nauibus,

Prouerbiũ.

Histiæus à Chijs in vincula cõiectus.

Hermippus.

Literæ Histiæi produntur.

Libertas gustata.

Histiæi vulnus.

Lada insula.

Pho-

Phocenſes verò cum tribus. Phocenſibus adhęrebant Lesbij cum nauibus ſeptuagin ta. Vltimo in loco erant Samij cum ſexaginta nauibus, tenentes cornu occaſum verſus. In ſumma omnium numerus, trecentæ ſexaginta tres triremes. Tot fuêre Ionicæ naues. Barbarę verò numero ſexcentæ. Quæ vbi & ipſæ ad Mileſiam venêre, omnisq; eis peditatus affuit, tùm verò duces Perſarum audita multitudine nauium, iamdum extimuerunt ne illos ſuperare, néue Miletum niſi mari potiti eſſent, capere non poſſent, & ob id apud Darium adirent periculum pœnæ ſubeundæ. Hæc reputantes, cõ tractis Ionię tyrannis, qui ab Ariſtagora Mileſio deiecti principatu, ad Medos pfugerant, & tunc aduerſus Miletum militabant, horũ q̃cunq; aderant conuocatis, ita verba fecerunt: Viri Iones, qui veſtrûm de domo regia benemeritus eſt, nunc appareat. Suos em̃ populares quiſq; veſtrûm conet̃ abducere ab reliq̃s ſocijs, eliciendo illos hac promiſſione, nihil eos quod rebellarint moleſtiæ ſenſuros, nullas eorũ vel ſacras vel priuatas ædes incenſum iri, nihil violentius quàm antea paſſuros. Sin minus hæc facere, ſed omninò decernere prælio voluerint, hæc eis damna dicite euentura, quę certè euenient. Ipſos prælio victos in ſeruitutem rapiendos, liberos eorũ à nobis caſtrãdos, virgines in Bactra aſportandas, terram alijs tradendam. Hæc locutis Perſarũ ducibus, Ionum tyrãni ſub noctem ad ſuos quiſque populares denunciatum miſerunt. Iones ad quos ij nuncij peruenerunt, contemnere hæc, nec animũ ad pditionem faciendam inducere, ſibi quiſque ſoli illa à Perſis denunciari exiſtimantes: Hoc ſimul atq; Miletum Perſis applicuêre, geſtum eſt. Mox cùm ad Ladam Iones coacti eſſent, conciliaq; haberentur, & aliæ ab alijs ſententiæ dicerentur, Dionyſius Phocẽſis dux ita locutus eſt: Quoniam in ſummo*ancipiti res noſtræ ſunt viri Iones, vt aut liberi ſimus, aut ſerui, & quidem tanquam fugitiui: ſi vultis deuitare calamitates, ſubeundꝰ eſt nobis in præſentia labor: ita ſuperatis hoſtibus liberi eſſe poteritis: ſin aũt ignaui fueritis, & ab ordine receſſeritis, nullã veſtri ſpem habeo, quò minus pœnas regi rebellionis detis. Sed aſſentiamini mihi, & voſipſos mihi permittite, & ego dijs & equò iuuantibus, recipio vobis aut nõ cõcurſuros hoſtes, aut ſi cõcurrãt, multò inferiores futuros. His auditis, Iones ſeſe Dionyſio permiſêre: Ille claſſem aſſiduè in cornua pducens, vt remiges exerceret, ſubinde loca inter nauigãdũ variare cogitabat, quinetiã ppugnatores armatos eſſe, & reliquũ diei naues in ancoris ſtare, quotidie laborẽ Ionibꝰ exhibens ad ſeptimũ vſq; diem obtẽperantibꝰ, atq; imperata facientibꝰ. Poſt eũ diẽ Iones, vtpote talium laborum inſueti, tum defatigatione, tum ſole afflictati, inter ſe dixêre: Quo nos deorũ offenſo hæc patimur, qui deſipientes ac mente capti, viro Phocenſi ſuperbo treis naues habẽti, oĩnò nos permiſimus, eumq; toleramus? Quos ille ſumptos perdit intolerabilib. ęrumnis, quorum multi in morbũ inciderunt, multi idem paſſuri videntur, quibꝰ ſatius eſt quiduis aliud q̃ hæc mala pati, atq; adeò ſeruitutem, ſi qua futura eſt, expectare, q̃ præſenti afflictari. Agite deinceps huic ne obtẽperemus. Hæc inter ſe locutis, mox deinde nemo illi parêre velle, ſed tentorijs more militari in inſula defixis, frui vmbraculis, ac nolle naues ingredi, neq; ad munia ſua redire. Id animaduertentes Samiorum duces, & magnam Ionum confuſionem, putauerunt ſibi admittendam orationẽ Perſarũ, quã per nuncium aperuerat Æaces Sylo ſontis filius, rogãs vt à ſocijs deficerent, cùm præſertim non fieri poſſe videretur, vt regis potentiam ſuperarent, ac probè ſcirent, ſi præſentem Darij claſſem ſuperaſſent, aliam quincuplo maiorem affuturam. Nacti igitur occaſionem, vbi primùm viderunt Ionas negantes ſe in officio futuros, lucrifaciendam putauerunt ſuorum ſacrorũ atq; priuatorum cõſeruationem. Æaces autem, cuius orationem admiſêre Samij, filius Syloſontis Æacis, fuit Sami tyrannus, ab Ariſtagora Mileſio exutus principatu, quemadmodum alij Ioniæ tyranni. Itaque poſteaquam Phœnices nauigare aduerſus Ionas cœperunt, Ionesque & ipſi naues in cornua digeſtas producere, ac propiùs ventum eſt, prælium̃que conſertum, tunc quínam Iones ignaui, quíue egregij fuerint, haud quco prò comperto ſcribere, quia alius in alium reijcit culpam. Dicuntur tamen

Ionicarũ nauium catalogus.

Perſę ad Ionum tyrannos.

Perſarum minę Ionibus intentatę.

Dionyſius Phocẽſis.

ἐπὶ ξυρῆ τῆς ἀκμῆς

Labor ſubeundus.

Iones laborũ inſueti.

Æaces Samius.

men Samij, quemadmodũ cũ Æace compoſuerant, ſublatis velis ex acie exceſſiſſe, Samumq́ abiſſe, præter decem naues, quarum trierarchi permanſerunt, dimicaruntq́ue, nolentes dicto audientes eſſe ſuis ducibus. Quo ex facto cõmune Samiorũ concilium eis donauit, vt ipſorum nomina à maiorib. repetita, tanq̃ egregiorũ virorum, in lapide ſcriberentur, extatq́; is lapis adhuc in foro. Lesbij videntes Samios, qui iuxtà erant, fugam capeſſêre, idem fecêre quod Samij. Cùm id plerique Ionum facerẽt, eorum qui pugnando perſtitêre, Chij præcipuè circumuenti ſunt: & quia nolebant perfidè agere, edita egregia opera oppreſſi. Qui (vt ſuperius dictum eſt) cẽtum naues cùm adduxiſſent, ſingulas cum quadragenis propugnatoribus delectorum ciuiũ, etſi cernerent permultos ſociorum eſſe proditores, tamen iniquè ſe facturos cenſuerũt, ſi illorum ſimiles eſſent. Sed relicti cum paucis diſcurſando dimicauerunt, donec cõpluribus captis hoſtium nauibus, pluribus ſuarum amiſſis, cum cæteris in terram ſuã perfugerunt. Quorum verò Chiorũ naues inualidæ, quia laceratæ erant, ij inſequente hoſte ad Mycalem fugerunt, & impactis terræ nauibus ac relictis, per cõtinentem pedeſtre iter fecerunt. Et cùm in agrum Epheſium ingreſſi eſſent, ſub noctem ad vrbẽ contendebant, cùm illic à mulieribus ſacra legiferæ Cereris fierent: quos armatos Epheſij ingreſſos agrum ſuum videntes, cùm de eis nihil audiſſent, ſuſpicati fures eſſe, & ad mulieres tendere, vniuerſi ad vim arcendam procurrerunt, Chiosq́; interemerunt. Et hi quidem hoc caſu occiderunt. Dionyſius autem Phocẽſis poſteaquam res Ionum perditas intellexit, captis tribus hoſtium nauibus, abijt non iam in agrũ Phocenſem, probè ſciens eum in cætera Ionia direptum iri, ſed vt erat, rectà contendit in Phœnicen. Vbi nauibus onerarijs ſpoliatis, raptaq́; ingenti pecunia, in Siciliam nauigauit, atque illinc prodeundo, latrocinia agitauit, in nullum quidem Græcorum, ſed in Carthaginienſes ac Tyrrhenos. At Perſę victis pugna nauali Ionibus, Miletũ à terra atque mari obſederunt, ſuffoſſiſq́ue muris, & omni genere tormẽtorum admoto, eam ab arce acceperunt ſexto quàm rebellauerat Ariſtagoras anno, atq; diripuerũt, vt defuncta ſit ea calamitate quam oraculum prædixerat. Siquidẽ Argiuis apud Delphos de ciuitatis ſuæ ſalute conſulentibus, oraculum promiſcuum redditũ eſt, quod in ipſos quidem Argiuos tendebat, ſed ex adiectione ad Mileſios. Quod quatenus ad Argiuos pertineat, cùm ad eum locum venerimus referemus: quatenus autem ad Mileſios, ita habet:

Tunc quoque commentrix operum Milete malorum,
Permultis cœna & preſtantia munera fies,
Crinitiſq́ue pedes tua pluribus abluet vxor,
Noſtri erit aſt alijs delubri cura gemellis.

Hæc tunc Mileſijs contigerunt, cùm ex ijs pleriq; viri à Perſis, qui criniti erant, ſunt cæſi, vxores ac liberi in p̃dam ceſſerunt, tẽplumq́; quod erat in geminis, & delubrum atque oraculũ deflagrarunt. Nam pecuniarum q̃ in hoc tẽplo erant, ſæpe alibi mentionẽ fecimus. Mileſij cõſeruati è cæde, dehinc Suſa perducti ſunt. Quos rex Darius nulla alia pœna afficiens, collocauit in vrbe Ampa ad mare (quod rubrum vocatur) ſita, vbi fluuius Tigris eam præterfluens exit in mare. Agrum Mileſium vrbi circuniectum, atque planiciem ipſi Perſæ obtinuêre, montana Caribus Pedaſenſibus, poſſidenda ceſſerunt. Hæc Mileſijs à gente Perſarum paſſis, non reddiderunt vicem Sybaritæ, qui vrbe exuti, Laon & Scidron incolebant. Nã Sybari à Crotoniatis direpta, vniuerſi Mileſij (qui puberes erant) capita deraſerunt, & ingentẽ luctum indixerunt. Ex oĩb⁹ enim ciuitatib. (quas nouimus) hæ præcipuè mutuo hoſpitio iungebantur. At nõ itẽ Athenienſes, ſed Mileti expugnationẽ ſe permoleſtè tuliſſe cùm alijs multis rebus declararunt, tũ verò hac, quod Phrynicho docente actum, quem de Mileto direpta fecerat, theatrum illacrymauit, & Athenienſes eum, quòd domeſtica mala refricuiſſet, mille drachmis mulctauerunt, adiecto interdicto, ne quis poſtea eo actu vteretur. Et Miletus quidem Mileſijs deſolata eſt, Samijs autem ijs qui aliquid habebant,

adeò

Trierarchorũ nomina lapidibus inſcripta.
Chiorum cõſtantia.
Chiorum cædes.
Miletus capta.
Oraculum promiſcuum.
Perſæ criniti.
Pedaſenſes.
Cares.
Laos.
Scidros.
Sybaris.
Phrynichi comœdia.

adeò nõ probatum eſt id quod eorum duces erga Medos fecerãt, vt inito ſecundum pugnã naualem conſilio, viſum fuerit prius q̃ eò tyrannus Aeaces veniret, in coloniã proficiſci, ne manentes & Medis ſeruirent & Aeaci. Etenim per hoc idẽ tempus Zanclæi (qui ſunt Siculi) miſſis in Ioniam nuncijs, ſolicitabant Iones ad pulchrum littus, cupientes illic vrbem Ionum cõdere. Hoc aũt littus quod pulchrum dicitur, Siculorum quidem eſt, ſed ad Tyrrhenum Siciliæ vergit. His ergo ſolicitantibus, ſoli ex Ionibus Samij cum ijs (qui effugêre) Mileſijs eò cõceſſerunt. Quib. in Siciliã tendentibus iamq; appulſis Locros, qui ſunt in zephyris, hoc rei cõtigit, vt interea Zanclæi vnà cum ſuo rege (cui nomen erat Scythes) obſiderent vrbẽ Siculorum vt eam expugnarent, Idque cùm audiſſet Anaxileus tyrannus Rheginus, quod erat Zanclęorũ hoſtis, aggreſſus Samios, ſuaſit ſatius eſſe vt pulchrum littus, ad quod nauigarẽt, valere ſinerent, & Zanclam occuparent viris deſertã. Samij perſuaſi, Zanclã occuparunt. Id Zanclæi cũ audiſſent, vrbi ſuę ſuppetias ferunt, aduocato Hippocrate Gelę tyranno. Erat em̃ is eorum ſocius. Qui poſteaquã ad illos iuuãdos cum exercitu venit, Scythæ Zanclæorum principi, tanquam vrbis deſertori, & fratri eius Pythogeni, vincula indidit, eosque in oppidum Inycum relegauit, ac cæteros Zanclæos Samijs (cum quib. publicè locutus fuerat) dato & accepto iureiurando, prodidit, pacta mercede vt dimidium oĩs prædæ vrbicę atque captiuorum ipſe haberet: item oĩa quæ in agris eſſent, quanquam pleroſque Zanclæorum titulo captiuorum in vinculis habebat, quorum ſummos quoſq; trecentos Samijs occidẽdos tradidit, quod tamen illi facere noluerunt. Cæterũ Scythes Zanclęorum princeps, ex Inyco profugit in Himerã, atq; illinc tranſmiſit in Aſiã, aſcenditque ad Darium regem: quẽ Darius iuſtiſſimum virorum omnium cenſuit, qui è Græcia ad ſe aſcẽdiſſet. Nam cùm exorato rege in Siciliam abijſſet, rurſus è Sicilia ad regẽ redijt, donec natu grandior ac beatus apud Perſas exceſſit è vita. Samij itaque Medis liberati, Zanclam vrbẽ pulcherrimam nullo negocio adepti ſunt. Poſt nauale prælium pro Mileto geſtum, Phœnices iubentib. Perſis Aeacem Syloſontis tanquam de ipſis bene meritum, & qui egregiam operam nauaſſet, Samum reduxerunt. Quæ ciuitas ſola ex omnib. quæ à Dario rebellauerunt, ea fuit, cui⁹ neq; vrbs, neque tẽpla incenderentur, quod in pugna nauali à ſocijs defeciſſet. Statim expugnata Mileto, Perſæ Cariam cepêre, ciuitatibus partim ſe vltrò dedẽtibus, partim vi adactis. Et hæc quidem ita geſta ſunt. Hiſtiæo autem Mileſio, dum circa Byzantium agit, & Ionum onerarias naues, quæ è Ponto curſum tenebãt, intercipit, affertur nuncius de reb. ad Miletum geſtis. Itaque negocijs ad Helleſpontum pertinentibus, Biſaltæ Apollophanis Abydeno delegatis, ipſe habens Lesbios Chium nauigat, & apud locum quendam agri Chij, vbi vocant concaua regionis, quod ab eius præſidio non reciperetur congreſſus, permultos interficit, tam eorum quàm cæterorũ Chiorum: & ex oppidulo quodam progrediens cum Lesbijs, Chios ex pugna nauali malè affectos, ſubegit. Sed videlicet quoties ingẽtes ſunt euenturæ calamitates vel ciuitati vel nationi, ſolent ſignis prænunciari. Etenim Chijs ante hanc cladem ingentia ſigna contigerant. Vnum, quod ex choro centum iuuenum, quos miſerant Delphos, duo omninò rediêre, nonagintaocto peſtilentia abſumptis. Alterum, quod ſub idem tempus, paulo ante naualem pugnam, tectum ſupra pueros literas diſcentes corruit, ita vt ex centumuiginti pueris vnus omninò euaſerit. Hæc eis ſigna deus præmonſtrauit. Poſt hæc excepit pugna naualis, quæ ciuitatem in genua deiecit. Acceſſit ad cladem pugnæ Hiſtiæus cum Lesbijs, qui Chios iam exhauſtos facilè ad excidium deduxit. Hiſtiæus illinc cum multa Ionum & Aeolum copia aduerſus Thaſum contendit. Cui Thaſum obſidenti, cùm eſſet nunciatum Phœnices à Mileto in reliquam Ioniam profectos eſſe, Thaſum inexpugnatam reliquit, atque in Lesbum traiecit cum omnibus copijs: & illinc quod copias ſuas formidabat, traijcit in prouinciam Atarnis tanquam frumentandi gratia, tam illinc quàm ex agro Caico, qui erat Myſorum. Erat in ijs locis fortè Harpagus, vir Perſa, non parui exercitus dux: qui cum Hiſtiæo

Zanclæi.
Littus pulchrum.
Locri epizephyrij.
Scythes rex.
Anaxileus.
Hippocrates.
Pythogenes.
Inycum oppidum.
Caria capta.
Concaua regionis.
Signa venturæ calamitatis.
Chorus iuuenum peſtilentia abſumptus.
Scholæ tectum in pueros corruens.
Thaſus.
Harpagus.

egreſſo in terrram,certamine commiſſo,& ipſum Hiſtiæum viuum cepit,&maiorem exercitus eius partem occidit.Hunc autem in modũ captus eſt Hiſtiæus. Dum Græci cum perſis pugnarent apud Malenam regionis Atarnitidis,ac diu præſtarent,mox equitatus emiſſus,in Græcos impetum dedit. Quo ex facto uerſis in fugã Græcis,Hiſtiæus haud credens ob præſentem noxam ſe interfectum iri ab rege,ob quandã vitę cupiditatem captus eſt:qui vt fugiẽs capiebat à quodã Perſa:vtq; ab eodẽ erat tranſfodiendus,ſeſe Mileſium Hiſtiæum eſſe,lingua Perſica vtens indicauit. Quẽ,opinor, ſi ſeruatũ ad regẽm Darium productũ fuiſſet,nihil tale fuiſſe paſſurũ,remiſſa ei à Dario culpa.Nunc ne id cõtingeret,néue fuga elapſus rurſus apud regẽ magnũ exiſteret, Artaphernes Sardium prætor,& Harpagũ qui ceperat eũ,Sardis perductũ in crucẽ ſuſtulerunt,ſed truncum.Nam caput ſale conditũ,Suſa ad regem Darium detulerunt. Ea re audita,Darius obiurgatis qui id fecerant,q; hoĩem viuum in cõſpectum ſuum non attuliſſent,iuſſit Hiſtiæi caput eos elotũ atque obuolutum ſepelire,tanq; hoĩs de ipſo ac de Perſis benemeriti:Ita res Hiſtiæi habent.Perſarũ nauticę copię circa Miletũ cũ hybernaſſent,altero à profectione anno haud difficultet inſulas cõtinenti adiacentes ceperunt,Chium,Lesbum,Tenedum:quarũ inſularum vt quãq; capiebãt,euerriculabant. *Euerriculãt aũt hunc in modũ:Viri manum mutuò tangẽtes,à mari aquilonari ad auſtrale pertranſeunt.Poſt hęc omnem inſulam peragant,venando hoĩes.Ceperunt quoq; in cõtinente vrbes Iades eadem ratione, præterq; q; non euerricularũt hoĩes:neq; enim poterãt, vt nõ falſò ceſſerint ea quæ duces Perſarum minati ſunt Ionibus,cum ex aduerſo caſtra haberent. Nam poſteaq; potiti ſunt vrbibus,formoſiſſimos quoſq;puerorum ſeligentes caſtrauerunt:exectis teſtib.facientes eunuchos.Virgines q; ſpecioſas ad regẽ tranſportarunt:& ſuper hæc,vrbes cum ipſis templis cremauerunt.Ita tertiò Iones ſunt in ſeruitutẽ redacti,primùm à Lydis,bis deinceps à Perſis.Profectus ab Ionia naualis exercit⁹,oĩa quæ ad læuam ſunt in Helleſpontum nauigantib⁹,ſubegit. Nam q ſunt ad dexteram, iam ſubacta erãt à Perſis per cõtinentem. Helleſponti aũt hæc in Europa ſunt,Cherſoneſus,in qua frequẽtes ſunt vrbes,& Perinthus,& ſuper Thraciam muri,& Selymbria,& Byzantium. Quorum Byzantij, & qui vlteriori in littore ſunt Chalcedonij, ne expectauerunt quidẽ aduentum Phœniciæ claſſis:ſed relictis ſuis vrbibus,in interiora Euxini ponti receſſerunt,ibiq; vrbẽ Meſambriã condiderunt.His vrbibus,quas cõmemoraui incenſis,Phœnices ad Proconneſum & Artacem cõuertuntur. Quib.& ipſis igni traditis,rurſus in Cherſoneſum reuehunt,euerſuri cæteras vrbes,quas ſuperiore acceſſu nõ euerterant. Nã Cyzicum ab initio ne acceſſerant quidem, q; ipſi Cyziceni iam ante aduentũ hũc claſſis Phœnicum ſub rege erant:cùm ſe Oebari filio Megabyzi, qui Daſcylij pſes erat, dediſſent.Cæteras Cherſoneſi vrbes,pręter Cardiã,Phœnices ſubegerunt: quarum ad id tempus tyrannus fuerat Miltiades,filius Cimonis,nepos Steſagoræ:cuius imperij auctor fuerat Miltiades Cypſeli filius,ad hunc modum: Dolonci Thraces,qui Cherſoneſum hanc tenebant,cùm ab Abſinthijs bello vexarent,reges ſuos vt de bello conſulerent,Delphos miſerunt.Quib.Pythia reſpondit,vt coloniã in ſuam terram deducendę eum auctorem aſciſcerent,qui prim⁹ eo templo abeuntes hoſpitio inuitaſſet. Dolonci ſacrã viam ingreſſi,per Phocenſes atque Bœotios iter fecerunt.A quorũ nemine inuitati,Athenas diuertunt. Ea tempeſtate Athenis omne quidem imperiũ tenebat Piſiſtratus:dominabatur tñ & Miltiades Cypſeli, è familia Thetrippotrophi, ab Aeaco & Aegina oriũdus, nuper familia facta Athenienſi, cui⁹ auctor extitit Philæus Aeaci filius. Miltiades hic, vt ſedebat in dom⁹ ſuæ veſtibulo, cernẽs Doloncos ptereuntes,non illius loci veſtem gerentes neque tela, hoĩes inclamauit: accedentibusq; obtulit domicilium & hoſpitium congiarium.Illi in domũ excepti,& hoſpitaliter accepti,aperuerũt ei oraculum,precesq; addiderunt vt deo obſequeretur.Miltiades ea oratione audita,cõfeſtim perſuaſus eſt, vt qui pertæſus imperium Piſiſtrati,cuperet illinc emigrare:protinusq; Delphos ſe contulit oraculũ conſulturus,nunquid face-

Hiſtiæus capitur.

Hiſtiæus in crucem ſublatus.

Ἀναγκαῖον ὄφιν.

Perſarum minæ.

Caſtratio iuuenum.

Iones tertiò in ſeruitutẽ acti.

Miltiades Cimonis filius.

Abſinthij.

Doloncotum oraculum.

Piſiſtratus

Thetrippotrophus.

Miltiades Cypſeli.

Philæus.

faceret q̃ à Doloncis rogaretur. Iubente Pythia, ita Miltiades Cypſeli, qui quadrigario curriculo prius Olympiacā palmam reportauerat, vnà cum Doloncis nauigauit, ſumptis Athenienſiū voluntarijs quibuſque ad expeditionem ineundam: & vbi locū tenuit, ab ijs qui ſe deduxerant, tyrannus creatus eſt. Is ante oīa Cherſoneſi Iſthmū, id eſt, breuem inter duo maria intercapedinem, ab vrbe Cardia ad Pactyam muro p̃ſepſit, ne ab Abſinthijs regionem incurſantib. infeſtari poſſet. Eſt aūt Iſthm. hic ſex ac triginta ſtadiorū. Ab Iſthmo introrſus, oīs Cherſoneſus quadringentorū viginti ſtadiorum eſt longitudinis. Interſeptis igitur faucibus Cherſoneſi Miltiades, atque hoc modo Abſinthijs cohibitis, primis cæterorum Lampſacenis intulit bellum. Illi diſpoſitis inſidijs eum viuum excepêre. Ea re Crœſus Lydus audita (erat aūt Crœſo Miltiades charus) per nuncios Lampſacenis p̃cepit, vt hoīem miſſum facerent: alioqui ſe illos in morē pini extriturum cōminatus eſt. Hac oratione nutantib. Lampſacenis q̃d ſibi vellet, quod Crœſus minabat ſe illos in morem pini extriturum, vix tandem quidam è maioribus natu intelligens, quid illud eſſet, expoſuit, inquiens pinum ex omnibus arborib. ſolam eſſe quæ exciſa nullam ſobolē remittat, ſed prorſus emoriatur. Ea propter veriti Crœſum Lampſaceni, ſolutū Miltiadē remiſerunt. Ita Miltiades ob Crœſum euaſit: qui poſtea ſine liberis moriēs, imperiū atq; opes tradidit Steſagorę, Cimonis ſui è matre germani filio. Ei defuncto, Cherſonitæ (vt mos eſt) conditori vrbis ſacrificant, certamenq; equeſtre ac gymnicum ſtatuto tempore celebrant, in quo nulli Lampſacenorum certare permittitur. Durante cum Lampſacenis bello, contigit vt Steſagoras quoque liberis orbus deceder et, apud curiam percuſſus ſecuri in capite à quodam, qui ſe transfugam verbis ſimulabat, ſed re ipſa hoſtis erat atrox. Steſagora hunc in modum defuncto, Piſiſtratidę Miltiadem Cimonis filium fratrem defuncti, cum trireme ad ſuſcipiendas in Cherſoneſo res dimiſerunt: in quem etiam Athenis beneficia cōtulerant, tanquam non ſanè conſcij mortis Cimonis patris eius de qua morte alio in libro qualis fuerit commemorabo. Miltiades vt venit in Cherſoneſum, domi ſeſe continebat, in honorem videlicet Steſagoræ fratris. Quod audientes Cherſonitæ, vndique ex omnib. ciuitatibus principes contraxerunt ad lugendam cum Miltiade fratris necem. Hi poſtq̃ venerunt illuc, in vincula cōiecti ſunt: & Miltiades Cherſoneſum obtinuit conductis auxiliarijs: filiamq̃ Olori regis Thraciæ Hegeſipylam duxit yxorem. Quem etſi nuper illuc profectum, tamen nō mediocria, ſed grauia ſane negocia exceperunt. Nam tertio q̃ hæc geſta ſunt anno, è Cherſoneſo p̃fugit, nō auſus expectare venientes Scythas Nomades: qui ab rege Dario irritati, coactis copijs ad hanc vſque Cherſoneſum proceſſerunt. Illis digreſſis, eum rurſus Dolonci reduxêre, trib. annis anteq̃ alijs curis implicaretur. Tunc Phœnices apud Tenedum eſſe cùm audiſſet, quinq; cū triremib⁹ (quas p̃ſentibus facultatib. impleuerat) Athenas nauigauit, profectus ab vrbe Cardia. Qui dum per ſinū nigrum tranſmiſſa Cherſoneſo curſum tenet, à Phœnicū claſſe circūuentus, ipſe quidem quatuor triremibus ad Imbrum euaſit: quintam Phœnices inſecuti ceperunt: cui præerat Miltiadis filius, natu maximus Metiochus, non ex filia Olori Thracum regis, ſed ex alia muliere. Eum Phœnices cū Miltiadis filium eſſe cognouiſſent, ad regem perduxerūt, rati ſe magnā apud eum gratiam inituros: quoniā Miltiades in dicēda apud Iones ſententia ſuaſiſſet, vt Scythis rogantib. Iones ſoluta rate, domum abire obtemperarent. Oblato tamē ſibi Metiocho, Darius tantū abeſt vt quicquam mali fecerit, vt permultis eum bonis affecerit. Donauit enim domo, facultatibus, vxore etiā Perſide: ex qua liberi geniti ſunt qui inter Perſas cenſent. Miltiades aūt ex Imbro Athenas peruenit: neq; hoc anno quicquā eſt à Perſis amplius in Ionas ſæuitum, ſed benignè ſanè cū eis actum. Hoc anno Artaphernes Sardiū præſes, accitis hoſtiū nuncijs, adegit Iones ad pactiones inter ſe faciendas, de tradendis mutuo ijs, qui iniurias intuliſſent: néue alij in alios graſſarentur. Ad hoc adactis Ionibus, per paraſangas (ita enim Perſæ tricena ſtadia appellant) regiones diuiſit: regionatimq̃ vectigal inſtituit, quod regi

Miltiades victor in olympico certamine Iſthmos.

Miltiades capitur.

Crœſus.

Pini in morem extriturus.

Reprehendit hoc loco Herodotum Aul. Gel. ca. 3. lib. 8.

Pini natura.

Steſagoræ cędes.

Olorus rex Hegeſipyla.

Miltiad. Cherſoneſo potitur.

Niger ſinus.

Metiochus.

Parafangæ

Artapher-nes Ionib. vectigal impoſuit.

gi penderent: quod vectigal ab Artapherne inſtitutum, ad meã vſque ætatẽ qui illic fuêre pependerunt, eadem penè qua prius cõditione inſtitutum. Et hęc quidem illis pacata erant. Cæterùm ineunte ſtatim vere, alijs ducib. ab rege abdicatis, Mardonius Gobrys filius, adhuc adoleſcens, & recens in matrimoniũ accepta Darij filia Artozoſtra, ad mare deſcẽdit, permagnas ducens peditũ claſſiariorũque copias. Quo cum exercitu poſtquam in Siciliã peruenit, ipſe cõſcenſa naui cum claſſe abijt, alijs ducibus pedeſtres copias in Helleſpontum ducentibus: vbi præteruectus Aſiam, in Ioniã peruenit Mardonius. Miram hîc rem ego referã ijs Græcis, qui nõ aſſentiuntur, Otanen inter ſeptem Perſas ſuaſiſſe potiorẽ eſſe Perſis ſtatum popularem, abdicatis tyrannis.

Artozoſtra.

Mardoni⁹. Otanis ſententia.

Mardonius ſtatum popularem in ciuitatib. conſtituit. His actis, in Helleſpontum ire cõtendit: vbi coacta ingenti vi nauium ac peditatus, eas copias traiecit Helleſpontũ, perque Europam iter Eretriã verſus atque Athenas faciebat. Hę igit ciuitates ptextu Dario erant belli inferendi: ſed in animo habebat q̃ plurimas poſſet Græcarũ ciuitatum ſubigere. Nam & claſſe Thaſios, qui in eũ arma non ſumpſerant, ſubegit: & peditatu Macedonas, vltra eos qui iam ſeruiebant, in ſeruitutem redegit. Etenim q̃ intra Macedones ſunt nationes, iam ſubactæ erant. Hæc claſſis à Thaſo profecta, ac terram legens ad Acanthũ vſq; proceſſit: & ex Acantho profecta, dum Athon circũuehitur, ventus aquilo vehemens, atque admodum atrox & intolerandus dicitur in eã ingruiſſe: nauiumq; pleraſque in Athon ꝓpulſas, ad trecentas afflixiſſe, vt ſupra viginti millia hoĩm interierint: partim à feris rapti, partim q⁹ natare neſcirent, partim petris allisi (nam ſæuiſſimum circa Athon eſt mare) partim gelu abſumpti. Et cum nautico quidem exercitu ita actũ eſt. Mardonium aũt cum pedeſtrib. copijs in Macedonia ſtatiua habentẽ, Thraces Brygi ſub noctẽ inuaſére: & cùm alios multos ex eis occidunt, tum ipſum Mardonium vulnerauerunt. Sed nõ iccirco ſeruitutẽ Perſarũ deuitare potuerunt. Nã Mardonius non prius ex ijs locis deceſſit, q̃ illos in ſuam redegit poteſtatẽ.

Thaſij ſubacti. Macedon. ſubacti à Dario.

Brygi. Mardoni⁹ vulnerat⁹.

His ſubactis rurſus reduxit exercitũ, tum ob acceptã apud Brygos calamitatẽ in exercitu terreſtri, tũ ob mortem in claſſe ad Athon. Ita hic exercitus pugna turpiter geſta redijt in Aſiam. In ſequenti anno Darius ante oĩa Thaſios à vicinis inſimulatos tanq̃ defectionẽ molientes, miſſo nuncio iuſſit diruere muros, & naues in Abdera recipere. Nã Thaſij, vt qui ab Hiſtiæo Mileſio fuerant obſeſſi, & ꝓuentus magnos habebãt, pecunia multa vtebantur cùm in cõpingendis nauib. longis, tum validioribus muris vrbi circundandis. Erat aũt eis prouentus ex cõtinenti atq; ex metallis. Ex foſſitia quidem metallorum aureorum materia, ſeptuaginta talẽtorum: ex Thaſijs aũt metallis minus: ſed tamen frequẽter ita, vt ſi Thaſij fuiſſent immunes tributorũ, fuerint eis in ſummã ꝓuentura quotannis ex cõtinenti atq; ex metallis ducẽta talenta, & quando plurimũ trecenta. Quę metalla ipſe quoq; inſpexi, & tm̃ longè admirabiliora fuêre, q̃ Phœnices ij, qui cum Thaſo eam inſulã cõdiderunt, inuenêre, q̃ inſula ab hoc Thaſo Phœnice nomẽ obtinuit. Hęc aũt Thaſi Phœnicea metalla ſunt, inter locũ qui vocat Aenyrorum & Cœnyrorum ſita: atq; è regione Samothraciæ ingens mõs indagãdo euerſ⁹ eſt: Et hoc quidẽ huiuſcemodi eſt. Thaſij aũt iubente Dario, & muros ſuos diruerunt, & naues oẽs in Abdera receperũt. Poſt hæc Darius, quid in animo Græci haberent, pugnarẽne ſecum, an ſeſe dedere, tentandum rat⁹, legatos per Græciam dimittit, alios alibi iuſſos petere terrã & aquam: Hos in Græciam, alios item ad tributarias ſibi maritimas ciuitates mittit, imperans longas naues fieri, & *hippophoras, id eſt, naues quib. equi feruntur. Dum hæc iſti cõparant, legatis per Græciam euntib⁹, & quæ Perſes præceperat petentib⁹, terram multi in continente populi dederunt. Inſulani quoq;, cùm alij omnes, ad quos eadam petituri legati acceſſere, tum verò Aeginetæ. Qua de re continuò Athenienſes irritati ſunt, quòd putarent hoſtili in ipſos aĩo dediſſe terram & aquã Aeginetas, vt vnà cum Perſa aduerſ⁹ Athenas militarent. Itaq; libẽter occaſionẽ cõtra Aeginetas amplexi, Spartam ꝓfecti illos inſimulauerunt, q⁹ facto eo, Græciam prodidiſſent. Ad hanc delationem Cleomenes Anaxandridę filius,

Thaſus inſula à Thaſo eius cõditore Mõs ingẽs euerſus in dagandis metallis.

Abdera.

græcè ἱππαγωγὰς.

Hippophoræ naues.

Legati Darij in Græciam.

Cleomenes rex.

Spartia-

Spartiatarum rex, Æginam transmisit, aio præcipuos eius rei actores cõprehendẽdi. Conãti illos cõprehendere, cùm alij Æginetæ restitêre, tum præcipuè Crius Policriti filius, negãs eum gauisurum nõ quem abduceret Aeginetarum. Nam id eum facere sine cõmuni consilio Spartiatarum, sed ab Athenienſibus pecunia corruptum. Alioqui cum altero rege venturum fuisse ad se cõprehendendos. Hoc aũt dicebat ex epistola Demarati. Eum Cleomenes ab Aegina discedens interrogauit, q̃ ei nomẽ esset. Ille respõdit quod erat, Crios, id est, aries. Cui Cleomenes: Crie, inquit, iã nunc præferrato cornua, tanquam occursurus magno malo Spartæ. per id tempus Demaratus Cleomenẽ insimulabat, & ipse rex Spartiatarũ, nulla re alia nisi familia inferior Cleomene (ab eodem enim oriundi) sed familia Eurysthenis, qui primigenius fuerat, nõ nihil honoratior erat. Etenim Lacedæmonij nulli poëtarum assentientes, negãt se in eam q̃ nunc possidẽt regionem deductos à filijs Aristodemi: sed ab ipso Aristodemo regnante, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuit Hilli filius. Nec multo post Aristodemi vxorem nomine * Aeginam, quam dicunt fuisse filiã Autesionis, qui fuit Tisameni, qui fuit Tersandri, qui fuit Polynicis filius, peperisse geminos: eisq; natis Aristodemum morbo decessisse. Lacedæmones aũt qui tum erant, inito cõsilio creasse regem è pueris eum, qui esset primigenius, vt lex iubebat. Sed nescientes vtrũ puerorum eligerent, cùm essent similes ac pares: id cùm nequirent ipsi decernere, prius fuisse percontatos genitricem, eaque negante se dignoscere: sed dissimulante, quòd videlicet cuperet ambos effici reges, ita hæsitabũdos Lacedæmonios Delphos scisciatũ misisse, quid in ea re agere deberẽt, & ijs Pythiam respondisse, vt vtrunque puerorum ducerent ad regem, sed primigenium magis honorarent. Hoc responso à Pythia edito, Lacedæmonios nihilominus incertos quo pacto primigenium reperirẽt, admonitos fuisse à quodam Messenio nomine Panite, vt obseruarent, vtrũ puerorum mater priorem lauaret, cibaretque: quam si deprehenderent eodem semper modo factitare, habituros id omne quod q̃rerent, & inuenturos quod vellent: sin illa alternãdo erraret, palàm fore ne ipsam quidẽ quippiam magis nosse, & isti aliam rationem inirent. Ibique Spartiatas ex admonitu Messenij obseruantes matrem puerorũ, ignaram cur obseruaretur, animaduertentesque illam præferentem alteri primigenium, tum cibando, tũ lauando, accepisse puerum qui magis honorabatur à matre, tanquã primigenium, publiceque alẽdum curasse, impositio ei noïe Eurysthene, iuniori Procle. Hos aũt fratres, vbi adoleuerunt, per omne vitæ tempus inter se dissensisse, & itidem eorum posteros perseueraſſe: Hæc soli Græcorum Lacedæmonij aiunt. Nam q̃ commemorãtur à Græcis, ego scribo: hos Dorienſium reges vsque ad Perseũ Danaę filiũ à deo genitũ, recenseri rectè à Græcis, & ostendi Græcos esse. Iã tum em̃ illi inter Græcos censebãtur. Ideò aũt dixi, vsque ad Perseum, nec altius repetij, q̃ nullum Perseo cognomentũ fuit mortalis patris, quẽadmodum Herculi Amphitryon. Itaq; à me rectã rationem sequente, dictũ rectè est, vsque ad Perseum. A Danaë verò Acrisij filia, retrorsum patres eorũ recensendo, cõstabit principes Dorienſium ex Aegypto oriundos. Hæc generis recensio ex cõmemoratione Græcorum facta est. Vt aũt à Persis fertur, Perseus ipse cùm esset Assyrius, factus est Græcus, at nõ progenitores eius. Nã progenitores Acrisij recensere, ad progeniem Persei nihil attinet: qui quidẽ (quemadmodum Græci aiunt) Aegyptij fuêre: Hæc de his hactenus. Quod autẽ regnum Dorum, cũ Aegyptij essent, sibi traditum acceperint, hoc (quoniam ab alijs dictum est) omittemus. Quæ verò alij non attigerunt, eorũ faciemus mentionem. Has dignationes regib. Spartiatę tribuerunt: duo sacerdotia, Iouis Lacedęmonij, & Iouis cælestis, & ius belli in q̃cunque libuerit regionem inferendi, vt id nulli Spartiatarum prohibere fas sit, alioqui piaculari crimine teneat: vt in expeditionib. adeundis primi eant reges, in abeundo postremi sint. Centum delecti viri eis in militia custodes adsint. In egressib. vtantur quotcunq; pecorib. libuerit: quorum immolatorum pelles oẽs ac terga accipiant: Bellica hæc. Alia sunt quæ pacis tẽpore eis tribuuntur: Quoties

Crie præferrato cornua.

Demarat. Lacedęmoniorum de sẽ opinio.

* Argiã al.

Primigenius ex lege succedit regno.

Panitis cõsilium in geminis discernendis

Eurysthenes vnde appellatus

Dorienſiũ principũ origo.

Perseus Assyrius.

Acrisius.

Spartanorum regũ dignatio atq; iura.

ties aliqua publica viſceratio fit, primi in cœna reges diſcumbant: & ijs primis diſtribui incipiat vtrique eorũ duplum oĩm, q̃ cæteris cõuiuis: libaminaq́ue immolatorũ & coria, eorũ ſint. Singulis quoq; calẽdis inſtantis menſis, ſingula pecora vtriq; è publico dentur Apollini immolanda: & farinæ medimnum, id eſt, ſex modia: & vini Laconicus quartarius: & in ſpectaculis ſingulorum certaminũ certis locis p̃ſideãt. Liceatq́ue quibuſcunque libeat ciuib. inniti, & vtriq; binos eligere Pythios. Sunt aũt Pythij, qui Delphos ad cõſulenda oracula mittuntur, quiq́; publicè cùm regib. paſcunt. Regib. ad cœnã non euntibus, mittantur binæ chœnices, id eſt, ſemodia farinæ, & vini ſingulæ cotylæ. i. ſextarij: præſentibus dupla dentur oĩa. Eadem ratione à priuatis quoque inuitati ad cœnã, honorentur. Vaticinia, q̃ edentur, ipſi cuſtodiãt, ſed cõſcijs Pythijs. Iudicẽt aũt ſoli reges ea q̃ iam dicã, videlicet de virgine pupilla vtri dãda ſit, ei ne cui mater, an cui pater deſpõderat: nec nõ de vijs publicis: & ſi q̃s adoptiuũ filium facere velit inuitis regibus. Liceat quoq; eis ꝓ ſuo arbitrio aſſidere in ſenatu, qui cõſtat ex duodetriginta ſenib»: Si eò nõ acceſſerint, eorũ maximè propinqui duo ſenatores, ius regum obtineãt duos calculos ponẽdi, tertium pro ſeipſis. Viuentib. hęc regib. à republica Spartiatarum tribuuntur, illa defunctis. Equites per vniuerſam Laconicã obitum regis enunciãt: fœminæ per vrbẽ circumeuntes, ollas pulſitãt. Cumq́; hoc fit, neceſſe eſt ex ſingulis domib. duos ingenuos, marẽ ac fœminã, luctu fœdari, magnis pœnis (niſi hoc faxint) impoſitis. Eadẽ circa funus regum cõſuetudo Lacedæmonijs eſt, q̃ barbaris Aſianis. Nã plerique barbarorum eodẽ ritu in mortib. regũ vtuntur. Siquidem poſteaq̃ mortem obijt Lacedæmoniorum rex, oportet ei» exequijs adeſſe ex omni Lacedæmonis regione neceſſarios quoſque Spartiatarũ, qui ſunt numero vicinorum. Quorum & item ſeruorum atque ipſorum poſteaq̃ multa millia in vnum coacta ſunt, promiſcuè cũ mulieribus frontes ſuas intrepidè pungunt, & vlulatu immenſo vtuntur, vltimum quenque regum dicentes fuiſſe optimum. Qui verò regum in bello perijt, eius ſimulacrum cum expreſſerunt, in toro bene ſtrato eferunt. Cuius tumulatione decem dies iuſtitium eſt: nullusq́; magiſtratuũ cõſeſſus, ſed luctus cõtinens. In hoc quoque cum Perſis illi cõueniunt, quod defuncto rege alter qui ſuccedit, liberat ære alieno, quicunque Spartiata aliquid aut regi aut reipub. debebat. Apud Perſas qui rex creatus eſt, oĩb» ciuitatib. tributum quod debeant, remittit. Cum Aegyptijs etiã Lacedæmonij in hoc cõgruunt, quòd eorum prẽcones & tibicines & coqui, in paterna artificia ſuccedũt: & coquus è coquo, & tibicẽ ex tibicine, & præco ex præcone gignitur. Neque vlli propter vocalitatẽ alijs inſidiãtes ſeipſos ingerunt, ſed in paterno opere perſeuerant: atque hæc quidem ita fiunt. Cleomenem tunc, cùm apud Aeginam eſſet, cõmuni Græciæ bono operã dantem inſimulabat Demaratus, nõ tam Aeginetis ſtudens, q̃ inuidia & odio ductus. Quem Cleomenes ab Aegina reuerſus cõſultabat, vt regno ſummoueret, ob hanc rem intẽdens in eum actionem: Ariſton Spartæ regnum obtinens, cùm è duab. vxorib. liberos nõ ſuſciperet, neque in ſe culpã eius rei eſſe agnoſceret, tertiam duxit vxorem, & duxit hunc in modum: Erat ei amicus quidam Spartiata, cuius opera ex omnib. ciuib. maximè vtebatur. Cui viro erat vxor ſpecioſiſſima, ex turpiſſima talis facta. Siquidẽ hãc mala forma præditam eſſe cernens nutrix ſua, idq́ue parentes eius, vtpote locupletes ægrè ferre, hoc excogitauit, vt puellam ſingulis diebus baiularet ad Helenæ templũ, quod eſt in loco, qui dicitur Therapne, ſuper fanum Phœbi. Eò quoties nutrix intulerat puellam, ſtans ante ſimulacrum, deam precabatur, vt alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exeunti de templo, mulier quædam apparuiſſe fertur, atque interrogaſſe illam quidnam in vlnis geſtaret? & cùm nutrix ſe infantem geſtare reſpondiſſet, iuſſiſſe ſibi oſtendi. Cumq́ue negaret nutrix ſe id facturam, quod infantem parentes ſui vetuiſſent oſtẽdi cuipiam, inſtitiſſe iubere prorſus vt ſibi oſtenderetur. Igitur nutricem, cũ illã videret id vſq; adeo expetere, oſtẽdiſſe infantẽ. Illã verò demulcẽtem caput infantis dixiſſe, futurã eam oĩm Spartanorum formoſiſſimã. Atq; ab eo die

Medimn⁹.

Pythij qui ſint.

Chœnices. Cotylæ.

Senatus Spartanorum.

Ollas pulſandi mos

Lacedęmoniorũ regũ funera.

Vltimus quiſq; regum ſemper optimus.

Paternorũ opificiorũ ſucceſsio.

Ariſtõ rex. Demarati genitura.

Mulier ex turpiſſima ſpecioſiſſima.

die priſtinam ſpeciem decidiſſe: quam cũ ad nubilem peruenit ętatem, duxit vxorem Agetus Alcidis filius, ille amico Ariſtonis. Eius mulieris amore titillatus cùm eſſet Ariſto, hanc rem cõmentus eſt: Agetõ ſodali ſuo, cuio illa erat vxor, recepit ſe dono daturum vnam è ſuis reb. quamcunque ille optaret: atque inuicem iuſſit illũ ſimile munus ſibi dare. Agetus nihil de re vxoria ſuſpicatus, cùm videret Ariſtoni quoq; vxorẽ eſſe, accepit conditionem: & in eam rem iuſiurandum interpoſuit: Cui mox Ariſto è ſuis reb. precioſis donauit quam ille elegit. Ipſe viciſſim, cùm eius partes petendi muneris ab illo fuerunt, ibi optauit vxorem eius adduci. Agetus dicere, ſe pter vnum cætera annuiſſe: iureiurando tamen adactus ac dolo ſeductus, ad eam ducendã abijt. Ita tertiã hanc Ariſto, repudiata ſecunda, duxit vxorem: q̃ circa legitimum pariendi tempus, nõdum exactis decem menſibus, hunc ei genuit Demaratum. Ariſto, cùm ei ſedenti in Baſilica cum Ephoris quidam famulo nuncium nati filij attuliſſet, ſciens quo tempore duxiſſet vxorem, deductis in digitos menſibus, dixit iureiurando: Hic non eſt filius meus. Quod audiẽtes Ephori, haud magni fecêre in præſentia. Sed poſteaquam puer adoleuit, pœnituit Ariſtonẽ dicti, opinantem vtique filiũ ſuum eſſe Demaratum: cui ideo nomẽ impoſitum eſt Demaratus. i. à populo votis petitus: q̃ ante eum natum oĩs populo vota fecit, vt Ariſtoni oĩm ante id tempus regum ꝓbatiſſimo filius gigneretur: ea de re id nomen impoſitum eſt. Interiecto deinde tẽpore Ariſtone vita functo, Demaratus obtinuit regnũ: ſed videlicet neceſſe erat, vt id quod auditum fuerat, hoiem regno priuaret. Ea propter à Cleomene vehementer inſimulabatur: cùm antea quòd ab Eleuſine abduxiſſet exercitum, tum eo tẽpore, cùm aduerſus Aeginetas cum Medo ſentiens traiecit Cleomenes. Ergo ingreſſus eum vrgere Cleomenes, cõponit cum Leutychide Menaris filio, Argis nepote, ex eadem qua erat Demaratus familia, ea pactione, vt ſi eum regem in locum Demarati conſtituiſſet, ſe aduerſus Aeginetas comitaretur. Erat aũt Leutychides Demarato inimicus, ob hanc ꝑcipuè cauſam, quòd cùm Percala filia Chilonis filij Demarmeni ei deſponſata eſſet, Demaratus inſidioſè hoiem coniugio priuauit, præoccupata & prærepta vxore, ac retenta: Ob hanc cauſam Leutychidi inimicitiæ cum Demarato extitêre. Is tunc Clemene ſolicitante contra Demaratũ iurauit, negans eum ritè Spartanorum eſſe regẽ, quòd Ariſtonis filius non eſſet: deinde quod iurauerat inſtitit confirmare, quod Ariſto aliquando dixiſſet, cùm ei nunciaſſet famulus ſuus filium ei natũ, & menſes conferens, iurerando negaſſet illum eſſe filium ſuum. Huic verbo inſiſtens Leutychides, ꝓnunciabat Demaratum neq; Ariſtonis filium eſſe, neq; ritè Spartæ regnare: eiſdem Ephoris adhibitis teſtibus, qui Ariſtoni aſſidentes tunc hæc ab illo audierant. Tandẽ re in cõtentionem deducta, viſum eſt Spartiatis oraculum (quod Delphis eſt) cõſulendum, an foret Demaratus Ariſtonis filius nec ne. Ibi Cleomenes, cùm ex ipſius ad Pythiã prouidentia nihil ſuſpiciõis eſſet, ſubornat Colonem quendam Ariſtophanti filium, maxima apud Delphos auctoritate, vt perſuadeat Perialle mulieri vaticinantiũ antiſtiti, dicere ea q̃ Cleomenes volebat dici. Ita Pythia ſciſcitantib. ijs, q̃ ad oraculũ erant miſſi, negauit Ariſtonis filium eſſe Demaratum. Quæ tamen res ſequenti tẽpore palam facta eſt, & Colo è Delphis profugit, & Perialla honore abdicata. Hactenus q̃ ad deponendũ regno Demaratum acta ſunt. Is è Sparta ad Medos profugit, ob hãc contumeliam, quòd cùm eiectus regno gereret magiſtratũ, adeſſetq; ſpectaculo gymnopædiarum, id eſt, nudorum puerorum palæſtræ, miſit ad eum Leutychides, in locum Demarati rex factus, deridẽdi inſultandiq; cauſa, miniſtrũ, qui interrogaret quã ſis eſſet ꝑfectura poſt regnum. Eam interrogationem ęgrè ferens Demaratus, reſpondit, ſe vtrunq; expertum, illum verò non: & eam interrogationem Lacedæmonijs futuram initiũ plurimæ aut calamitatis aut felicitatis. Hæc locutus, velato capite è theatro domum abijt, cõfeſtimq; ꝑparatum Ioui bouem immolauit, quo immolato, matrem accerſijt: quæ cùm aduenisſet, poſitis in eio manus extis, mulierem his verbis obſecrauit: Per ego te mater cùm alios deos, tum Iouem hunc domeſticum quem tãgo

Agẽti vxor.

Demarati nomen.

Leutychides.

Percala.

Colo.

Perialla.

Demarat. regno priuatus.

Scitum Demarati reſponſum.

Leutychides rex.

Demarat. ad matrẽ.

precor, promas mihi veritatem, quisnam reuera me⁹ est pater. Nã Leutychides inter conuicia obijcit, te è priore viro grauidam, ita ad Aristonem venisse. Alij etiã dementius referẽtes, aiunt, te ad domesticum asinariũ ventitasse, illiusq; me filium esse. Qua de re ego te adiens obsecro, vt verum dicas. Si quid enim eorum quę dicuntur feciſti, non sola feciſti, sed quod multæ. Et multus de hac re Spartæ sermo est, negantium Aristoni fuisse genituram ad filios procreãdos. Nam si fuisset, priores vxores fuisse concepturas: Hæc Demaratus. Cui mater ita respondens: Fili, inquit, quoniam precibus mecum agis vt dicam veritatem, omne tibi verum exponetur: Vt me domum Aristõ duxit, tertia quàm me duxerat nocte, simulacrũ tanquã Aristonis ad me venit, quod posteaq; mecũ cõcubuit, corona quã gestabat, me circundedit atq; abijt. Dehinc Aristo aduenit, qui cernens me coronas habentem, sciscitabatur quisnam me illis donasset. Ego ipsum respondi, eoque id abnuente, iuraui asserens, nõ bene illum facere qui negaret. Quippe qui paulò antè ingressus, vbi mecũ coisset, coronis me donasset. Aristo cernens me iurantẽ, intellexit eam rem diuinam fuisse. Cõpertumque est, illas coronas fuisse sumptas ex heroico cõditorio, quod est iuxta ianuam aulæ extructum, quod vocant Astrobaci: & vates id esse hunc eundem heroẽm responderunt. Habes igitur fili, ita vt volebas audire. Aut enim ex hoc heroe genitus es, paterque tibi est Astrobacus heros, aut ex Aristone. Nam ea te nocte concepi. Verùm hoc tibi pcipuè exprobrant inimici, quod Aristo, cùm ei te ortum nunciatum est, multis audientibus negauit te suũ esse, quia tempus decem mensium non exisses, per insciti am talium rerũ illi hoc verbum excidit. Nam mulieres etiam nouem ac septem mensium partũ edunt, non oẽs decimum mensem explentes. Ego te fili septimestrem genui. Ipse quoq; Aristo, nõ diu pòst agnouit se per imprudentiã id verbum extulisse. Itaque alias orationes de tua genitura noli admittere. Omnia enim veriſſimè audisti. Nã quod ad asinarios attinet, ipsi Leutychidi, & ijs qui talia loquuntur, suæ vxores de asinarijs pariant filios. Hæc illa dixit. Demarat⁹ auditis quæ volebat, sumpto vaticinio per speciẽ eũ di Delphos ad oraculum consulendũ, Helim contendit. Eum suspicati Lacedæmonij fugam capessiturũ, insecuti sunt. Sed Demaratus iam ex Heli Zacynthum traiecerat, quem illuc transgressi Lacedæmonij prehẽderunt, eiusq; famulos: sed Zacynthijs eũ dedẽre abnuentibus, Demaratus illinc in Asiam ad regẽ Darium traiecit: à quo magnificè exceptus est, territorioque ac vrbib. donatus. Ita in Asiã Demaratus abijt, ac tali fortuna vsus est, vir cùm alijs in multis factis dictisque apud Lacedæmonios illustris, tum quod illis olympiadem palmã quadrijugio certamine repõrtauerat, rẽ eius solius ad ea tẽpora regnum Spartiatarũ. Leutychidi Menaris filio, qui in regnũ amoti Demarati succesſerat, nat⁹ est filius Zeuxidem⁹, quẽ nõnulli Spartiatarũ Cynisco, id est, catulum vocabant. Is Spartæ non regnauit, ante Leutychidẽ defunctus, relicto filio Archidemo. Leutychides orbatus filio, alterã duxit vxorem Eurydanem, Menij sororem, Diactoris filiam, ex qua nullam prolem virilem suscepit, sed filiam nomine Lampito: quam Archidemus Zeuxidemi filius in matrimoniũ accepit, ab ipso Leutychide datam. At ne Leutychides quidẽ ipse Spartæ consenuit, sed has pœnas Demarato pendit: In expeditione Pharsalica dux cùm oĩa faciendi ius haberet, multum pecuniæ per corruptelã dono accepit: ipseque in re deprehensus cùm sederet in castris, vtraque manu pecuniam tenẽs, in iudicium delatus è Sparta profugit, domusq; eius excisa. Et Tegeæ in quã profugerat, mortem obijt. Sed hæc in sequenti tempore acta sunt. Tunc aũt Cleomenes, cùm sibi res in Demaratum benè cessisset, desumpto ꝓtinus Leutychide, cõtendit aduersus Aeginetas, maiorẽ in modum illis propter ignominiam infensus. Ita Aeginetæ in vtriusque regis cõtra se aduentu, non repugnandũ iam sibi esse putauerunt. Et quibus reges abduxẽre decem, quos delegêre, diuitijs ac genere eminentissimos, cùm alios, tum Crium Polycriti, & Casambum Aristocratis, qui plurimum habebant potentię. Eos in Atticam adductos, pertes inimicissimos Aeginetis Athenienses deposuerunt. Post hæc Cleomenes, cùm eum subijsset metus

Simulacrũ cum mare Demarati.

Heroicum cõditoriũ.

Partus tẽpora.

Demarati elogium.

Euridame. Lampito. Zeuxidemus. Archidemus.

Leutychidis fuga.

Crios. Calamb⁹.

Spar-

Spartiatarum,iam manifeſtus maleficij in Demaratum excogitati,in Theſſaliam ſubterfugit: atque illinc in Arcadiã profectus, res nouas moliebatur,ſolicitans Arcadas aduerſus Spartam:adigensq; eos iureiurando ad ſe ſequendũ, quocunq; ipſos educeret. Quin etiam in animo habebat,primores illorum ad vrbẽ Nonacrim ductos adigere ad iuſiurandum,per aquam Stygis. In hac autem vrbe ab Arcadibus fertur eſſe Stygis aqua:& eſt videlicet talis aqua:E petra emanat aquula,diſtillans in vas quoddam,in gyrum maceria præſeptum.Nonacris aũt vbi fons hic viſit, vrbs Arcadiæ eſt, ante Pheneon vrbem. Talia molientem Cleomenem Lacedæmonij cùm animaduertiſſent,timentes ſibijpſis,Spartam reuocarunt ad priſtinã dignitatem.Sed cum reuerſum ſtatum morbo inſaniæ cepit, & iam anteà ſubinſanum. Nam vt cuique Spartiatarum obuius erat,in eius faciem infligebat ſceptrum. Hæc illum facientem,ac deſipiſcentem,propinqui ſoleis ligneis illigauerunt.Ille cuſtodem,digreſſis alijs,ſolùm remanſiſſe cernens,petijt ab eo gladium.Cuſtode abnuente dare,ab initio cõminabãt, quæ ei facturus eſſet,donec minis conterritus cuſtos(erat enim ſeruus quidã)gladiũ tradidit.Eo accepto, Cleomenes à ſuris incipiens ſeſe detruncabat.In longũ nanque diſcindẽs carnes,è tibijs ad femora proceſſit,è femorib.ad coxarũ vertebras atq; ilia, quouſq; peruenit ad vterum, in quo reſcindendo ſic expirauit:vt pleriq; Græcorum memorant,quia Pythiam corruperat ad ea dicenda,quæ circa Demaratum acta ſunt. Vt ſoli Athenienſes,quod adortus Eleuſinam,fanum deorum fuerat depopulato. Vt Argiui,quia eos q è pugna fugerant,Argiuos ex Argij tẽplo ipſorũ abductos obtruncarat:& ipſum lucum quem in Argia occupaſſet,incenderat.Etenim Cleomeni Delphis oraculum poſcenti,reſponſum fuerat,eũ Argos eſſe capturum. Qui poſteaquam ad flumen Eraſinum copias Spartiatarum duxit,quod flumen è lacu Stymphalio manare fertur(hunc enim lacum in voraginem condi, &Argis poſteà exorientem apparere,illincq; iam eam aquam vocari Eraſinum)ad hoc igitur flumen poſteaquam peruenit,ei hoſtias immolauit:& cùm læta non eſſent exta de flumine tranſmittẽdo, ait delectari ſe quidem Eraſino,nolle prodere ciues ſuos,non tamen ideo Argiuos gauiſuros.Moxque illinc motis caſtris ad Thyream venit,& mari taurum cùm mactaſſet, nauib. copias ad regionem Tirynthiam ac Naupliam duxit. Id audientes Argiui,ad eos arcendos obuiam tendunt ad mare.Et cùm aduentarent Tirynthum,in loco cui nomen inditum eſt Sepia,relicta non magna inter duas acies intercapedine,conſedêrunt è regione Lacedęmoniorum.Neque verò illic pugnã ex aperto reformidabant, ſed ne dolo exciperentur.Nam ad hanc rem attinebat oraculum, quod Pythia ediderat communiter eis atque Mileſijs, in hæc verba:

Nonacris op.
Per aquã Stygis iurãte,
Cleomenis inſania
De Cleomenis morte aliter tradit. Plutarch°.
Cleomenes ſeipſũ laniat.
Eraſin°flu.
Stymphalius lacus.
Sepia locus.

Verùm quando marem præuertet fœmina victrix,
Inter & Argiuos referet præluſtris honorem,
Tunc Argiuarum reddet pleraſque gementes:
Vt venturorum aiat quis quandoque virorum,
Telo ſæuus obit ſinuoſo corpore ſerpens.

Hæc oĩa Argiuis cùm contigiſſent,metum incutiebant.Ideoque eis viſum eſt, p̃cone hoſtium eſſe vtendum.Atq; ita eſſe faciendũ,quoties p̃co Spartiata quippiam Lacedæmonijs denunciaret,idem facerent ipſi.Cleomenes animaduertẽs Argiuos facientes quicquid apud Lacedæmones præco denunciaſſet,præcepit ſuis,vt cùm præco denunciaret prandendũ,tunc raptis armis tenderẽt in Argiuos.Hoc executi Lacedęmonij,in Argiuos è voce præconis prãdentes impetũ faciunt,eorumq; cùm multos occiderunt,tum plures in lucum Argi fuga elapſos circunſederunt. Qui dum aſſeruanẽ, Cleomenes hoc ſibi faciẽdum putauit.Scilcitatus quoſdã, quos ſecum habebat,perfugas,miſit præconem ad euocandũ nominatim eos Argiuos,qui in loco p̃cluſi erant ad ſe redimẽdos.Eſt aũt apud Lacedæmonios redẽptio in ſingulos viros,binę minę. Ita Argiuorum quinquaginta, vt quiſq; euocato fuerat,Cleomenes interemit:quod faciens,latebat cęteros qui in fano erant, vtpote dẽſo luco interiecto,non cernentes

Redẽptio apud Laced.

quid illi extrinſecus agerent: niſi poſtq̃ quidam conſcenſa arbore, quod fiebat inſpexit. Itaque nõ amplius qui euocabant prodiêre. Ibi Cleomenes iuſſit vnumquenque ſeruorum lucũ materia circundare: atque illis obtemperantibus, lucũ incendit. Eoq; iam ardẽte, percontatus eſt quendam perfugarũ, cuiuſnã deorum eſſet ille lucus. Perfuga Argi eſſe reſpondit. Quo audito, Cleomenes vehementer ingemiſcens: O Apollo, inquit, vates quantopere me fruſtratus es, dicens me Argos eſſe capturum, cõijcio iam exitum habuiſſe oraculum. Poſt hæc maiore copiarum parte Spartã redire permiſſa, ipſe cum mille delectis perrexit ad templum Iunonis, illic ſacrificaturus. Sed ſacrificare ſuper arã volens, cùm à Sacerdote vetaretur, negante fas eſſe externo illic ſacra facere, iuſſit ſeruos abductũ verberare. Ac poſteaquam immolauit, Spartã abijt. Reuerſum inimici ad Ephoros citauerunt, crimini dantes, quod pecunia corruptus, Argos cùm facilè poſſet nõ cepiſſet. Quib. reſpondit Cleomenes (incertum mihi verè an falsò) ſe poſteaquã templum Argi cepiſſet, putaſſe dei expletum eſſe oraculum, & proinde nõ prius tentandam vrbem, quàm ſacris operatus ſciret an ſibi deus illam traditurus eſſet, an impedimento futurus. Sibi autem apud Iunonis templum litanti effluxiſſe flammam è pectorib. ſimulacri: atq; ita ipſos intelligere, proculdubio eum nõ eſſe Argos expugnaturum. Si enim è capite ſimulacri flamma extitiſſet, fore vt vrbem ab arce caperet. Cùm verò è pectoribus fulgur extiterit, id omne fuiſſe confectũ quod deus cõfici voluiſſet. Hæc dicẽs, credibilia ac probabilia Spartiatis dicere viſus eſt, multoque maiore parte ſentẽtiarũ abſolutus. Cæterùm Argos ita viris deſolatum eſt, vt ſerui eorum res oẽs ſuſceperint, atque magiſtratus adminiſtrarint, dum filij cæſorum ad puberẽ adoleuêre ætatem: qui ſeſe in ſuum ius aſſerentes, ac reuerſi Argos, mancipia eiecêre. Serui eiecti, prælio Tirynthem obtinuêre, eatenus quidẽ, dum fiunt in eis mutua beneuolentia, & donec ad eos venit vates quidam Cleãder genere Phygaſeus ab Arcadia. Is perſuaſit ſeruis, vt dominos adorirẽtur. Vnde bellũ inter eos diuturnũ extitit, donec Argij ægrè euasêre victores. Ob hoc igitur aiunt Argi Cleomenem ad inſaniã redactũ, malè periſſe. Ipſi aũt Spartiatæ negant ab vllo dæmonio Cleomenẽ ad inſaniam redactum: ſed conuerſatione Scytharum, intemperantem meri eſſe factum, & iccirco furioſum. Scythas enim Nomades, poſt illatũ ſibi à Dario bellum, ad illum vlciſcendũ perſtitiſſe: miſſisq̃ Spartã nuncijs ad ſocietatẽ faciendam, ita pepigiſſe, tanq̃ ex vtrorunq; vtilitate foret, vt ipſi quidẽ Scythæ iuxta flumen Phaſim conarentur Medicam regionem inuadere: Spartiatæ verò ab Epheſo aſcẽdere, & ad certum locũ vtrique occurrerent. Cùm ijs Scythis qui ad hoc miſſi ſunt, cõſuetudinẽ habuiſſe Cleomenem aiunt, atque ex eo nimiam didiciſſe potandi intemperantiã: atque ob id inſaniſſe ſe arbitrari. Vnde quoties intẽperantius bibere volunt, aiũt: Scythiſſato, id eſt, age Scythã. Ita de Cleomene referũt Spartiatæ. Mihi verò videtur ille has pœnas Demarato pependiſſe. Eum defunctũ vbi audiêre Aeginetæ, Spartam nuncios misêre, vociferatum cõtra Leutychidem de obſidibus, qui Athenis tenerentur. His Lacedæmonij, cõſilio inito, multum iniuriæ ab Leutychide illatum eſſe cenſuerunt, hominemq̃ dedendũ, quem illi Aeginã deportarẽt pro ijs qui Athenis tenerentur. Hunc cùm eſſent ducturi Aeginetæ, tunc ad eos Theaſides Leoprepis, vir Spartæ probatus: Quid, inquit, viri Aeginetæ facere vultis, regẽmne Spartiatarum deditum à ſuis ciuib. abducere? Si nunc præ iracundia Spartiatæ ita decreuerunt, cauete ne quod exitiale malũ in veſtrã regionem (ſi hoc feceritis) inferant. His auditis, Aeginetæ ab illo abducendo ſuperſederunt, hac tamen cõditione, vt ſecum profectũ Athenas Leutychides, redderet ſibi viros, qui illic depoſiti eſſent. Vbi Athenas venit Leutychides, ac depoſitum repopoſcit, Athenienſes (vt qui reddere nollẽt) tergiuerſari: quod dicerent duos in deponendo reges fuiſſe, ideoq̃ iniquũ eſſe id alteri ſine altero reddi. Quib. negantibus ſe reddituros Leutychides: Facite, inquit, Atheniẽſes vtrum ipſi vultis, ſi reddetis ſanctè facturi: è contrario, ſi nõ redditis. Qualis autẽ res circa depoſitum contigerit Spartæ, volo referre. Dicimus nos Spartiatæ fuiſſe ter-

Cleomenes lucum Argium incendit.

Argi lucus

Flamma è Iunonis ſimulacro.

Argos à ſeruis occupatur.

Tiryns.

Cleander vates.

Cleomenis inſania vnde.

Intemperantia meri.

Scytharũ intemperantia.

Scythiſſato.

Theaſides.

Leutychidis oratio de depoſito reddendo.

tia ab hinc ætate quendam Glaucum Epicydidis filiũ,qui cùm alijs ſummis laudibus excellebat,tũ iuſtitia inter oẽs optimè audiebat,qui per id tẽpus Lacedæmonem incolebant:& huic procedẽte tempore cõtigiſſe,vt vir quidam Mileſius Spartam venerit,hoīs conueniendi gratia,atque ita ſit allocutus : Ego ſum vir Mileſius,qui ad tuam Glauce fruendam iuſtitiam venio.Nam cùm eſſet tua fama celebris cùm per omnem aliam Græciam,tum verò per Ioniam,apud memetipſum ratiocinatus ſum:Ionia quidem ſemper obnoxia periculis eſt, Peloponneſus aũt tutò fundata,& ob id videre licet eoſdem homines non habere pecuniã.Hæc reputanti mihi atque cõſultanti,viſum eſt dimidiũ mei cenſus in pecuniam redactum deponere penes te,quòd probè intelligo hęc penes te depoſita mihi incolumia fore.Tu verò has pecunias accipe, & hanc notam,quam vnà cuſtodi:quam notam quiſquis habens repoſcet pecuniam ei reddito.Hęc hoſpes qui Mileto venerat,dixit:atq; ea conditione depoſitum Glaucus accepit. Multo deinde tempore interiecto, filij eius qui pecuniam depoſuerat, Spartam veniunt,Glaucum conueniunt:exhibitaq; nota pecuniam repoſcunt. Ille enimuero repellere homines,atqui his verbis è contrario reſpondere:Neq; iſtius rei quicquam reminiſcor,neq; ad me pertinet ſcire quæ dicitis. Volo tamen reminiſcẽs quicquid iuſtum fuerit facere,& ſi accepi, iure optimo reddere:ſin à principio nõ accepi,Græcorum legibus in vos vti.Ad quod confirmandum,pręſtituo vobis tempus hinc ad quatuor menſes.Ita Mileſij facta iactura,tanquam fraudati pecunia,diſceſſêre:& Glaucus Delphos ſe contulit ad oraculum conſultandum.Cui conſultandi aũ ὅρκῳ,id eſt,iureiurando,pecuniam prædari deberet,Pythia reſpondit his verſibus:

Glauce Epicydides equidem expedit ad breue tempus
Vincere iurando, & ſic interuertere nummos.
Iura, quandoquidem caſtum quoque dura manet mors.
Sed iuſiurandi proles(quæ nominis expers
Et manumque pedumque)venit feſtina deinde,
Quæ genus atque domum ſubuertat funditus omnem.
At caſti ſoboles hominis præſtantior exit.

Orci filius

His auditis,Glaucus veniam ſibi eorum q̃ dixiſſet vt daret,deum obſecrabat.Cui Pythia inquit,idẽ pollere,tentare deum & facere.Tunc Glaucus accitis Mileſijs hoſpitibus pecuniã reddidit. Cur aũt hæc oratio apud vos inſtituta ſit,dicetur Glauci nunc nulla ſupereſt neque ſoboles neq; domus, q̃ illius cenſeatur : ſed ex Sparta radicitus extrita eſt.Ita bonum eſt,nihil aliud de depoſito cogitare, q̃ vt repetentib.reddatur. Leutychides hæc locutus,cùm nihilo magis ab Athenienſibus audiretur,diſceſſit.At Æginetæ priuſquam ſuperiorum iniuriarũ, quas Athẽienſibus intulerant,gratificantes Thebanis darent pœnas,hæc fecêre:Cum Athenienſibus ſuccenſerent,quòd ſibi ab illis iniuriam fieri arbitrarentur,ſe ad vlciſcendum apparabant.Erat eñ Athenienſium in Sunio biremis quædam, quam Delum inde à Theſeo quotannis mittebant. Hanc Æginetę locatis inſidijs intercepêre,plenam primoribus Athenienſium,viroſque alligauere.Ea clade ab Æginetis accepta,Athenienſes nõ amplius differendũ putauerunt,quin omnia in illos excogitarent.Etenim erat quidam Nicodromus Cnœthi filius appellatus,vir in Ægina ſpectatus. Hic Æginetas culpans,antea ſeipſum ex inſula exegerat.Tunc verò cognito Athenienſes eſſe animatos ad nocendum Æginetis,quibus ipſe infenſus eſſet, compoſuit cum illis deprodenda Ægina ad certam diem,quo eſſet rẽ aggreſſurus ipſe,& illos oporteret venire ſubſidio.Atque ita ex compoſito vrbem(quę vetus vocatur)occupat.Sed Athenienſes ad diem non affuerunt, quia claſſis eorum par Æginetæ nondum erat comparata. Qui dum è Corinthijs cõmodari ſibi naues rogant,interea res corrupta eſt.Corinthij per id tempum Athenienſibus amiciſſimi,dedere rogantibus naues viginti,ſed dantes vendiderunt ſingulas quiuis drachmis: quoniam eas dono dare vetabantur lege. His acceptis Athenienſes,& ſuis inſtructis in ſummam ſeptuaginta numero,in Æginam nauigauerunt,per-

Tentare deum & facere, idem pollere.

Glauci ſtirps extrita.

Delũ miſſa biremis quotannis ab Athenis.

Nicodromus.

Naues quinis drachmis addictæ.

uenerunt q; postridie eius diei qui erat destinatus. Qui cùm ad diem nõ adessent, conscenso nauigio Nicodromus ex Ægina profugit, alijs nõnullis Æginetarum eum comitantibus, quib. Athenienses Sunium incolendũ dederunt. Vnde illi procedentes, eos qui in insula erant Aeginetas, depopulabantur. Sed hæc posterius acta sunt. Proceres Aeginetarum superata plebe, q̃ vnà cum Nicodromo tumultũ fecerat, mox eos quos ceperant, ad necẽ exegerunt. Vnde piaculum admisêre, quod nullo studio expiare potuerunt, præoccupatiq;, prius ex insula sunt deiecti, q̃ deum sibi propiciauerint. Nã cùm septingentos è plebe quos viuos ceperant, ad necẽ educerent, vnus corum è vinculis clapsus, fugit ad Cereris legiferę vestibulum, eiusque cardinib. prehensis adhęrebat: quem illi cùm auellere nõ possent, abscissis viri manib. ita deduxerunt, quæ manus cardinib. cõsertæ manserunt. Hęc cùm apud se fecissent Aeginetæ, classe septuaginta nauium cum Athenienſib. qui superuenêre cõgressi, superantur. Victi naual prælio, eosdem quos prius Argiuos in auxilium vocauerunt, sed illi noluére eis amplius auxilio esse, causati, quod & naues Aegineto necessario sumptę à Cleomene oram Argolidẽ tenuissent, & ipsi cum Lacedæmonijs in terrã descendissent, vt nonnulli quoq; è Sicyonibus nauib. descenderent in eadem cõtra ipsos expeditiõe. Quo noĩe vtrisque mulcta ab Argiuis iiuncta est mille talentorum, quorũ quingena vterque populus solueret. Et cùm Sicyonij suam culpam agnoscẽtes, centũ talentis cum Argiuis decidissent, Aeginetæ ne agnoscere quidem culpã voluêre: Erãt enim superbiores. Eapropter rogantibus eis, nemo amplius Argiuorum publicè auxilium tulit: sed voluntariorum circiter mille, duce quodã, cui nomẽ erat Eurybates, quinque certaminum victori. Quorũ pleriq; nõ remeauêre, sed in Aegina ab Athenienſib. occubuêre. Et ipse dux Eurybates singulari certamine ter victor, quarto à Sophane Decelis filio oppetijt. Verùm Aeginetæ sua classe adorti in compositos, Athenienses superauêre, eorumque naues quatuor cum ipsis pugnatoribus cepêre. Et Atheniẽses quidem bellum cum Aeginetis contraxerunt. Persa aũt quæ ipsius partes erant exequebatur, cum famulo assiduè in memoriam redigente, vt reminiscereturAthenienſium: tum Pisistratidis assidẽtibus, Athenienſesq; criminantibus, tum cupiditate per hunc prætextum subigendi Græcos, qui ei terram & aquam denegassent. Itaque Mardonium, qui male rem naualem gessisset, præfectura amouit, aliosque designatos duces aduersus Eretriam & Athenas mittit, Datim genere Medum, Arthapernẽ Artapher-nis fratris sui filium, datis mandatis, vt Athenas atque Eretriam diriperent, captiuosque in conspectũ afferrẽt. Postquam hi duces declarati ab rege digressi, ad planitiem Ciliciæ maritimam deuenêre cum ingenti ac bene instructo exercitu, & ibi castra posuêre, aduenerũt nauticæ copiæ oẽs, vt singulis erant imperatæ. Ad hæc equestres naues, quas superiore Darius anno mandauerat tributarijs suis præparandas. In has introductis equis, atque terrestri peditatu, sexcentis cum triremib. in Ioniam contenderunt. Hic non recto cursu secundum continentem in Hellespontum, etiam Thraciam versus nauigabãt, sed è Samo vnde soluerant, p̃ter Icarium, interque insulas, præcipuè (vt ego sentio) metu circumeundi Athon, quem superiori anno circũnauigantes, magnã iacturam fecerant. Præterea, coacti sunt propter Naxon, quam antea non cepissent: ad quam posteaquam ex Icario pelago appulsi sunt (in hanc enim vt primũ copiæ ducerentur, Persæ vrgebant) Naxij memores priorum, fuga se in montes concitauerunt, non ausi resistere. Persæ ijs quos adepti sunt in seruitutem raptis, delubra atque vrbẽ incẽderunt. His actis, ad cęteras insulas redeunt. Hęc dum illi agunt, Delij relicta & ipsi Delo, fuga in Tenum abeunt. Eò tendentes naues præcedens Datis, non sinebat ad Delum habere stationem, sed trans Delum apud Rheneam. Et simul cognitio vbi Delij essent, misso caduceatore his eos verbis affatus est: Viri sacri, quid fuga abistis, non pro merito de me male opinantes? Ego enim & ipse mea sponte animatus sum, & ab rege iussus, quo in loco duo dij geniti sunt, nequid aut eum locum, aut eius incolas lædam. Redite igit ad vestra ipsorum, & incolite insulam: Hęc Delijs

per

Cereris tẽplo adhærens manibus truncatur.

Aeginetæ ab Athen. superãtur.

Eurybates. Vide sup. ad finem lib. quinti.

Mardonius à præfectura semotus. Datis.

Datis ad Delios oratio.

per caduceatorẽ dixit. Mox trecenta thuris talenta ſuper arã cõminuta adoleuit. His actis aduerſo Eretriã primũ nauigauit, ſimul oẽm claſſem, ſimul Iones, pariter atque Æoles agẽs. Statimq; ab illius digreſſu Delos tremuit (vt Delij aiunt) ad meã vſque ætatẽ tũc & primũ & poſtremũ commota, deo mala vẽtura hominib. portẽdente. Nã ſub Dario Hyſtaſpis, & Xerxe Darij, & Artaxerxe Xerxis filio, tribus his deinceps ætatibus plus malorum paſſa eſt Græcia, quàm viginti alijs ante Darium ætatibus: partim à Perſis, partim ab ipſis primoribus de principatu bellantibus: vt nõ ab re Delos commota ſit, prius immobilis: de qua in oraculis ita ſcriptum erat: Delus tremuit.

Et Delon, quamuis ſit adhuc immota, mouebo.

Et ſanè in noſtra lingua pollẽt hæc nomina: Darius, quod coërcitor: Xerxes, quod bellator: Artaxerxes, quod magnus bellator. Barbari poſtquã à Delo ad alias inſulas profecti ſunt, ſumebant illinc tum copias, tum liberos inſulanorum obſides. Vt verò inſulas præternauigantes Caryſtum appulerunt, Caryſtijque negarunt ſe vel obſides daturos vel militaturos aduerſus vicinas ciuitates, videlicet Athenas & Eretriam ſignificantes, Caryſtij tam diu obſeſſi ſunt, eorumq; ager vaſtatus, donec in deditionem Perſarum venerunt. Eretriẽſes audito Perſarum exercitu aduerſum ſe venire, auxilia ab Athenienſib. imploraûêre. Quibus non deneganda auxilia rati Athenienſes, miſerunt ſubſidio illis ea quatuor milia hoĩm, qui Chalcidenſium equitatum obtinuerunt prędia. Sed Eretrienſium haudquaq; ſyncerum erat conſilium, qui tametſi accerſebant Athenienſes, tamen ancipiti ſententia vacillabant: quibuſdam eorum cenſentibus vrbem deſerẽdam, & in cacumina Eubœæ eundum: quibuſdam qui propria lucra à Perſis expectarent, proditionem molientibus. Horum vtrorunque animos animaduertens Æſchines Nothonis filius, Eretrienſium primarius, patefecit Athenienſibus omnem præſentium rerum ſtatum, orauitque vt domum abirent, ne vnà cum illis occumberent. Hæc conſulenti Æſchini obtemperantes Atheniẽſes, illinc in Oropum trãſgreſſi, ſalutẽ ſibi pepererũt. At Perſæ eò aduecti, naues oræ Eretricæ ad fanũ & Chœreas & Aegilia applicuerunt: potitiq; his locis, continuò equos expoſuêre, & tanquam cum hoſtibus conflicturi ſe inſtruxêre, aduerſus quos non decreuerant Eretrienſes ſibi eſſe prodeundum. Sed quandoquidem ſententia de vrbe non deſerenda euicerat, meritò dabant operam vt mœnia cuſtodirent. Adorientibus ea Perſis, acri pugna per ſex dies certatũeſt: multisq; vtrinque cadentibus, ſeptimo die Euphorbus Alcimachi, & Philagrus Cynei, inter populares ſuos viri ſpectati, vrbem hoſtibus prodidêre: Quam ingreſſi Perſæ, poſtquam templa ſpoliauêre, incenderunt, in vltionẽ eorũ templorũ quæ Sardibus deflagrauerant, hoĩbus iuſſu Darij in ſeruitutẽ captis. Potiti Eretria, aliquot illic dies morati, in Atticam nauigauerunt, tuncque magnam partẽ vaſtauerũt, rati idẽ facturos Atheniẽſes quod Eretrienſes feciſſent. Eterñ erat locus Atticæ Marathon, proximè Eretriã, ad equitandũ opportuniſſimus, quò illos Hippias Piſiſtrati filius deducebat. Eódem Athenienſes & ipſi re audita ad vim arcendã proceſſerunt, decẽ pfectis ſibi ducibus, quorũ decimus erat Miltiades, cuius patrẽ Cimonẽ Steſagoræ filiũ fugere ex Athenis Piſiſtratum Hippocratis tũ filiũ cõtigerat: & dũ fugit, obtinere Olympiadẽ quadrijugo certamine: quã victoriã muneris gratia tranſtulit in Miltiadẽ ex matre germanum: proximaque Olympiade eiſdẽ equabus aliã Olympiadẽ cùm viciſſet, à filijs Piſiſtrati interfectus eſt, nõ iã viuo Piſiſtrato. Interfectus eſt autẽ ad Prytanæum, noctu ſummiſſis percuſſoribus: ſepultusq; ante vrbẽ trans viã, q̃ vocatur Diacœle: & è regione ſepultæ ſunt equæ illæ, quę treis Olympicas victorias reportarant. Idem quod iſtæ, iam aliæ equæ fecerunt, quæ fuerunt Euagoræ Lagonis. Aliæ præterea nullæ. Per idem tempus maior natu filiorum Cimonis Steſagoras, apud Miltiadem patruum in Cherſoneſo educabatur. Minor autem apud ipſum Cimonem Athenis erat, nomen habẽs à Miltiade Cherſoneſi cõditore. Hic igit̃ Miltiades è Cherſoneſo tunc profectus, dux Athenienſium erat, è duplici cæde elapſus: ſemel, cùm eum Phœnices vſque ad Imbrũ perſecuti ſunt, magni

Caryſtus cæpta.

Aeſchines.

Oropus.

Chœreæ.

Aegilia.

Eu; horbus Philagrus prodi tores.

Eretria capta.

Marathõ.

Cimónis ſepulchrũ.

Diacœle.

Equæ Olympici victrices.

Euagoras.

facientes capere hominem vt ad regẽ perducerent: iterum, cũ ab ijs elapſum, domũ ſuam reuerſum, ac ſe reducem eſſe exiſtimãtem, inimici ſui exciperunt, & ad iudiciũ deduxerunt, accuſantes occupatæ in Cherſoneſo tyrãnidis. Hoc reatu liberatus, ſuffragijs populi dux declaratus eſt. Duces cũ adhuc in vrbe eſſent, ante oĩa legatũ Spartam mittunt Phidippidẽ, illum quidem Atheniẽſem, ſed tabellariam operã factitantem. Huic Phidippidi, vt ipſe retulit, & Athenienſib⁹ renunciauit, circa Parthenium montem, qui ſupra Tegeam eſt, obuius fuit Pan: compellatoq; nominatim Phidippide, iuſſit nunciari Athenienſibus, quid ita Athenienſes nullã gererẽt curam ſui qui bene ipſis vellet, quiq; iam ſæpenumerò de eis benemeritus fuiſſet, atq; etiã futurus eſſet. His verbis fide habita Atheniẽſes, quod eorum iam ſtatus erat bene cõſtitutus, extruxerunt ſub arce templum Panos: illiq; annuis hoſtijs, ex quo nunciũ accepêre, ſacrificant, & ardenti candelabro ſupplicant. Phidippides aũt hic, qui ſibi Pana dixit apparuiſſe, tunc cum à ducib. miſſus eſt, iterum Athenis egreſſus, Spartam peruenit, aggreſſusq; magiſtratus: Lacedæmonij, inquit, orãt vos Atheniẽſes, vt ſibi opem ferãtis, nec ciuitatem inter Græcos vetuſtiſſimã contemnatis in diſcrimen adductam, ne Barbaris viris ſeruiat. Etenim Eretria direpta eſt, inſigniq; ciuitate Græcia imbecillior reddita. His mandatis à Phidippide expoſitis, placebat qdem Lacedęmonijs opẽ ferre Athenienſibus, ſed id ſibi impoſſibile confeſtim facere videbaĩ, nolentib. legem rũpere. Nam erat nonus dies inſtantis menſis, quo die negabãt ſe progreſſuros, orbe lunari non impleto. Et illi quidem plenilunium expectabant. Hippię aũt Piſiſtrati filio qui Barbaros in Marathonem perducebat, viſum hoc in ſomnis ſuperiore nocte oblatũ eſt: Videbaĩ ſibi Hippias cum matre cõcumbere. Quo ex ſomnio cõiectabat fore, vt reuerſus Athenas, ac recepto dominatu ſenex domi ſuæ obiret. Hũc in modũ interpretabatur viſum ſuũ. Ei tum (dum prædam Eretrienſem, quã depoſuerat in inſula Styreorum nomine Ægilea reportat: dumq; naues ad Marathonẽ appulſas in ſtationib. locat, ac Barbaros in terrã egreſſos diſponit) talia adminiſtranti contigit ſternutatio, tuſſisq; ſolito vehemẽtior. Vnde cõcuſſis eius, vtpote ſenis, pleriſque dẽtib⁹, vnus illorũ ex violentia tuſſiendi excuſſus eſt, & in arenam delapſus: qui magna adhibita ad inueniendum diligentia, cũ tamẽ non appareret, ſuſpirãs Hippias, ad eos qui aderant, ait: Hęc terra non eſt noſtra, nec eam poterimus nobis ſubiectã efficere: ſed tantũmodo partem, quãtum ſpatij dẽs, q mihi aderat, obtinet: Huc Hippias ſuã viſionem interpretabaĩ euaſiſſe. Atheniẽſib. apud Herculis fanũ inſtructis ſuperuenêre auxilio Platæenſes, oñi cũ populo, qui ſeſe Athenienſib. dediderant, & pro qbus frequentes iam labores ſuſceperant Athenienſes. Dediderant aũt ſeſe hoc modo: Cũ à Thebanis p̃merent Platęenſes, primũ Cliomeni Anaxandridę, qui interuenerat, atq; Lacedæmonijs ſeſe dediderũt: à quib⁹ tñ recepti non ſunt, hac oratione vtentib⁹: A nobis, qui procul habitamus, frigidũ quoddã fuerit vobis auxiliũ. Nã priusq̃ noſtrũ quiſquã audiat, poſſitis occupati ab hoſtibus ſæpè expugnari. Suademus aũt vt vos Athenienſibus dedatis, vicinis parirer & ad tutandũ non inualidis. Hoc Lacedæmonij non tam conſulebant Platæenſibus, quòd eis bene vellent, quàm quòd optarent Athenienſes defatigari Bœotio bello. Id ſuadentib. Lacedæmonijs nõ aduerſati Platæenſes, aditis Athenienſibus, dum rẽ diuinam duodecim dijs faciũt, eis ad arã ſuppliciter ſedẽtes ſeſe dediderũt. Aduerſus quos Thebani re audita exercitũ duxerunt, in eorũq; auxiliũ Atheniẽſes venerũt. Sed dũ cõſerturi p̃lium eſſent, Corinthij haud contẽnendã ſibi rẽ putantes, ad eos recõſiliandos interuenêre: atq; vtrorũq; p̃miſſu regionẽ hũc in modũ terminarũt, vt Thebani eos Bœotios q nollẽt inter Bœotios cẽſere, ſinerẽt facere q vellẽt. Hoc vbi decreuêre Corinthij, abſceſſêre. Abſcedentes quoq; Atheniẽſes aggreſſi Thebani ſunt, cõmiſſaq; pugna, repulſi. Vnde Atheniẽſes trãſgreſſi quos Corithij ſtatuerũt terminos, Aſopũ fecerãt limitẽ Thebanis. Ergo Platęenſes Atheniẽſib. ſeſe cũ dedidiſſent, ad Marathonem tũc auxilio venerũt. Erãt aũt in Athenienſiũ ducibus ancipites ſententiæ, alijs vetantib. fieri præliũ, pauciores eñ ſe eſſe;

Phidippides. Parthenius mons. Pannos tẽplum. Lacedęmoniorũ lex. Hippiæ ſomnium. Dens Hippiæ tuſsiendo excuſſus. Platæẽſes. Duodecim dij Atheniẽſium.

se esse, q̃ vt eum Medis confligerent: alijs quorum erat Miltiades, ad pugnandũ hortantibus. Itaq; cùm essent bifariæ sententiæ, & deterior vinceret, ibi Miltiades Callimachũ Aphidnæum adijt, tũc fortè belli principem: qui magistratus per suffragia electus in danda faba, hoc est in declaranda sententia, vndecimus est. Nam quondã Athenienses in dicenda sententia parem ducibus faciebant Polemarchum. Ad hunc Miltiades, in te, inquit, nunc Callimache situm est, vtrum in seruitutem Athenæ redigantur, an tu eas liberando memoriam tui in omne æuum relinquas, qualem ne Harmodius quidem atque Aristogiton reliquerunt. Nam Athenienses nunc in maximũ omnium (ex quo nati sunt) venêre discrimen: qui si Medis succumbant, palã est quæ passuri sint traditi Hippiæ: sin aũt superent, poterit hæc ciuitas vrbium Græciæ effici prima. Quo autem pacto hæc fieri, & quomodo ad te harum rerum arbitrium redeat, nunc exponam: Nostræ, qui duces sumus, bifariæ sunt sententiæ de prælio committendo: alijs id suadentibus, alijs dissuadentib». Qui nisi prelium committimus, vereor ne magna existat seditio, q̃ mentes eorũ solicitet ad sentiendũ cum Medis. Si pugnamus anteq̃ aliud vitij in nonnullis subeat, possumus dijs æquis cum victoria discedere. Hęc omnia ad te tendunt, & abs te dependent: qui si meæ sententiæ accesseris, erit & tibi patria libera, & ciuitas omnium Græcarum princeps: Sin accesseris sentẽtię dissuadentium pugnam, eorum quæ recensui bonorum tibi contraria existẽt. Hęc dicens Miltiades, Callimachum induxit. Ita accedẽte sentẽtia principis belli, obtentum est vt confligeret. Post hæc ij duces quorum sententia de confligendo fuerat vt cuiusque dies imperitanti venerat, vicem suam Miltiadę dabant: quam ille accipiens, non tamen prius decertandum putauit, q̃ dies imperij sua aduenit. Itaq; ubi vices ei» fuêre, tunc Athenienses hunc in modum instructi sunt ad confligendũ: Dextro cornu pręerat Callimachus princeps belli. Ita em̃ lex apud Athenienses tunc postulabat, vt is dextrum cornu teneret. Hoc duce sequebantur deinceps cæteræ tribus, vtque ordine erat. Nouissimi sunt collocati Platæenses, ijdem sinistrum cornu tenentes. Quo factum est, vt ab huius pugnæ tempore, quoties Athenienses ferunt hostias apud Panegyrias, id est, publicos conuentus, quæ quinto quoq; anno fiunt, Atheniensis præco conceptis verbis precetur bona Athenienſibus pariter & Platæensibus. Igitur Athenienſium acies tunc apud Marathonem instructa idcirco sic erat, q̃ aciẽ Medicam imitabat: sed in medio paucis cõferta ordinib», ideoq; illic debilior: vtroq; aũt in cornu confertior, quę posteaq̃ ita instructa est, ac sacrificiũ litatum esse Atheniensis audierunt, tunc cursum in Barbaros tendunt. Erat aũt inter vtrãq; aciẽ nõ minus octo stadiorum intercapedinis. Quos cursu ferri in se videntes Persæ, aptabant se tanq̃ illos excepturi: insaniæ dantes id, quòd cernerent cursu tendere, cùm pauci essent, non equitatu, non sagittis fretos. Hoc ita Barbari interpretabantur. Athenienses, posteaq̃ conferti cõflixêre cum Barbaris, pugnam memoratu dignam ediderunt. Quippe primi omnium Græcorum (quos ipsi nouimus) cursu in hostem vsi sunt: primi sustinuerunt cernere Medica veste indutos: cùm ante hac vel audire nomen Medorum Græcis terror fuisset. In Marathone cùm diu pugnatum esset, Barbari circa mediam aciem vicerunt, vbi Persę stabant & Sacæ: eaque perrupta hostem in mediterranea persequebantur. At in vtroque cornu vicere Athenienses Plateenſesque: ac Barbaris, qui terga dederant, fugere permissis, contrahunt cornua, & cum ijs qui mediam ipsorum aciem perfregerant, dimicantes superant, fugientes Persas vrgent, cæduntque, donec ad mare progressi, petito igne naues corripuêre. Quo in certamine Callimachus belli princeps interficitur, egregia nauata opera. Occubuit quoque è ducib. Stesileus Thrasyli, & Cynęgyrus Euphorionis filiꝰ, dũ summã puppim apphẽdit, abscissa bipẽni manu cecidit: necnõ alij Athenienses multi & clari. Septẽ q̃dẽ naues obtinuerũt Athenienses hoc modo: Cęteris Barbaris retractis, receptisq; captiuis Eretrienſibus ex insula, vbi reliquerant, circũuecti Suniũ, animo præuertẽdi Athenienses in vrbem abeuntes. Cæterum Alcmæonidæ ab Athenienſibus insimulati sunt, quòd

Callimachus.
Aphidnæ.
Polemarchus magistratus Athenien.
Miltiades.
Athen. exercitus ordo.
Cursus in aciem hostilem
Medicum nomen, Græcis terrorem incutere solebat.
Athen. ad Marathonem victoria.
Callimachi cædes.
Stesileus.
Cynægyrus Sunium.

Scutum Atheniense.

quòd videlicet ex compoſito Perſis adhuc apud inſulam agentibus ſcutum oſtenderint. Dum illi Suniũ circũuehunt, Athenienſes eueſtigio abeũtes celerrimè ad ferẽdã vrbi opem ꝓperarunt. Barbarosq; eodẽ tendentes ꝑuerterũt, ꝓgreſſiq; ex Herculis tẽplo, quod eſt in Marathone, in aliud Herculis templũ, q̃ eſt in Cynoſargi, caſtra poſuerũt. Barbari ſuperata claſſe in Phalero (hic em̃ Atheniẽſiũ naualia tunc erãt) ſuper eum locum aliquandiu propter tempeſtatem morati, rurſus in Aſiam abierũt. Quorum in hac pugna apud Marathonẽ geſta, occubuere circiter ſex millia trecẽti. Athenienſiũ verò centũ nonagintaduo: Tot ex vtrisq; cecidêre. In qua pugna hæc res mira cõtigit, vt Athenienſis q̃dam Epizelus Cuphagorç, dũ ſtante acie pugnat ſtrenuè, luminib⁹ caperet, neque ſaucius vlla parte corporis neque ictus, atq; ita cæcus in reliquũ vitę tempus permanſit. Quem audiui dicere ſolitũ de ſua clade, viſum ſibi eſſe reſiſtere virũ quendam armatũ ꝓcero corpore, cui⁹ mentũ oẽm clypeum inumbraret: & hanc laruam ipſum prætergreſſam fuiſſe, ſed ſe illum q̃ ſibi aſſiſteret occidiſſe. Hæc Epizelũ ſolitum cõmemorare audiui. Datis in Aſiam cum claſſe rediens, vbi Myconẽ tenuit, vidit in ſomnis viſum. Id tamen q̃ fuerit, non tradit. Vbi primum dies illuxit, naues rimat⁹ eſt: cõpertoq; in naui Phœnicea ſimulacro Apollinis inaurato, ſciſcitatus eſt quo è tẽplo ſublatũ eſſet. Et vbi audiuit ex quo tẽplo, nauigãs ſua naui in Delũ (iam em̃ Delij in inſulam redierant) ibi ſimulacrum in templo depoſuit, ꝑcepitq; Delijs, vt illud in Deliũ Thebanorũ referrent, q̃ eſt ſupra mare è regione Chalcidis: Hoc vbi ꝑcepit Datis, vela illinc fecit. Delij tamen hanc ſtatuã nõ reportauerũt, ſed viceſimo pòſt anno, eã Thebani ex oraculo in Deliũ contulerũt. Datis & Artaphernes, poſteaq̃ in Aſiam nauigauêre, captiuos Eretrienſes Suſa perduxêre. Quos Dari⁹ rex, etſi in eos ante captiuitatẽ multũ cõtraxerat acerbitatis, q̃ ſe priores iniuria laceſſiſſet, tamẽ vt in cõſpectũ ſuũ adductos vidit ac ſibi ſubiectos, nullo alio malo affecit, ſed in ſua Ciſſię regionis mãſione collocauit, cui nomẽ eſt Anderica, ducentis ac decẽ ſtadijs ꝓcul à Suſis, quadraginta à puteo, q̃ exhibet trifarias rerũ ſpecies. Nã ex eo aſphaltũ (.i. bitumen) & ſalem & oleũ hauriũt, ad hũc modũ: Hauriũt q̃dem celoneo (.i. inſtrumento ciconia) ꝓ ſitula aũt dimidiato vtre ad ciconiã alligato, quo in puteum decuſſo, q̃cq̃d hauriũt, mox in ciſternã diffunditur, atque hinc alió effuſum, triplici varietate cõcreſcit. In aſphaltũ q̃dem & ſalẽ, ꝓtinus. Hoc aũt oleũ Perſæ Rhadinacem appellant, atrũ ac grauiter olens. Hoc loci rex Darius locauit Eretriẽſes: quẽ ad meam vſque memoriam tenuêre, ſeruãtes priſtinã linguã. Quod ad Eretrienſes attinet, ita habet. Poſt pleniluniũ duo millia Lacedæmoniorũ Athenas venerunt, tanta feſtinatione adipiſcendi hoſtem, vt triduo quàm ex Sparta diſceſſêre, in Attică perue nerint: & licèt ſerius ad pugnã veniſſent, tamen intuendi Medos cupidi, ad illos intuendos in Marathonem perrexerunt. Quibus viſis, laudatiſque Athenienſib⁹ ob ꝑclarum facin⁹, rurſus redierunt. Tenet admiratio me, nec rationẽ inire poſſum, Alcmæonidas vnquam Perſis ex cõpoſito oſtẽdiſſe clypeũ, quòd vellent Athenienſes Barbaris atq; Hippię ſubeſſe: quippe quos conſtat in habentis odio tyrannis, vehementiores eſſe quàm Calliam Phænippi filium, qui fuit pater Hipponici. Nam Callias cùm alia omnia in Piſiſtratum inimiciſſimè cõmentus eſt, tum verò ſolus Athenienſium omnium illius Athenis eiecti, cùm publicè ſub pręcone venderentur bona, emere ausus eſt. Huius Galliæ mentionem crebrò plerique omnes habere debent, cùm ob ea quæ dicta ſunt, vt viri ſummoperè patriã liberãtis, tũ ob hęc quæ in Olympia fecit. Nam & in equorũ palmã obtinuit, & in quadrigario fuit ſecũdus: & in ludis Pythijs cùm primas obtinuiſſet, & in vniuerſos Gręcos ſumptuoſiſſim⁹ extitit: tũ ob id qualem ſe in filias ſuas, quæ tres fuerunt, exhibuit. Nam poſteaquã nubiles extitere, hoc eis magnificentiſſimum mun⁹ eſt gratificatus: vt quem ſibi vnaquęque veller ex omnibus Athenienſibus, eum deligeret: atque ita eam illi nuptum dedit. At Alcmæonidę aut perinde, aut nihil minus quã Callias peroſi tyrannos fuêre: Quo maior me admiratio ſubit, minusq; admitto criminationẽ, eos clypeum Perſis oſtendiſſe: q̃ per

Epizeli ꝓdigioſa ęcitas.

Datis.

Apollinis ſimulacrũ Delius Thebanorum.

Puteus trifarias rerũ ſpecies exhibẽs.

Rhadinacę

Lacedęmoniorum poſt bellũ auxiliũ.

Alcmęonidæ an ſcutũ Perſis ꝓdiderint.

Callias.

Filiæ Callię.

omne

omne tempus tyrannos effugerunt,& quorum aſtutia Peſiſtratidę tyrannidem reliquerũt. Atque ita multo magis Athenarum liberatores extiterunt meo iudicio quã Harmodius & Ariſtogiton. Illi em̃ Hipparcho interempto,nõ tam cæteros Piſiſtratidas ab affectanda tyrãnide repreſſerũt,q̃ ad illã irritauerũt. Alcmęonidæ aũt ꝓculdubio Athenas liberauerũt:ſiquidem ij verè fuêre,q̃ Pythiã ꝓſuaſêre ad Lacedæmonios cõmonefaciẽdos vt Athenas liberarent,quẽadmodũ ſuperiꝰ à me cõmemoratũ eſt.At em̃ forſitã ſuccẽſentes Athenienſi populo,patriã ꝓdiderũt. Imò nulli erãt eis inter Athenienſes viri illuſtriores,neq; q̃ magis eſſent honorati.Neq; verò ſermo obtinuit,clypeũ ab his eſſe oſtenſum. Fuit em̃ oſtenſus clypeus, id q̃ negari nõ poteſt, quippe q̃ factũ fuerit.Sed q̃s oſtenderit,nõ habeo iã dicere. Erant aũt Alcmæonidæ iã pridẽ Athenis clari ſanè vſq; ab Alcmæone, atq; etiã Megacle. Et enim Alcmæon Megaclis filius,ijs Lydis,q̃ Sardibus à Crœſo Delphos ad oraculum ierant ,adminiſtrũ ſe prębuit,eosq̃ comiter accepit.Cuius benificẽtiam Crœſus à Lydis quos ad oraculum miſerat cũ audiſſet,hominem accerſijt,& vbi aduenit, eum donauit tanto auro, quãto ſemel corpore ſuo ferre poſſet. Ad iſtam doni conditionẽ Alcmęon hãc aſtutiã attulit: Pergrandem tunicã amictus, ingenti in ea ſinu relicto, cothurnisq̃ (quos laxiſſimos reperit) calceatꝰ,ad theſaurum perrexit, ad quẽ ducebat.Ibi in aceruum ramentorũ ꝓcumbens,primũ cothurnos q̃bus erat indutus,auro quantũ ferebant referſit. Deinde oẽm ſinum ſuũ,atque etiã crines ramẽtis ſubigẽs,& parte in os deſũpta,è theſauro ꝓceſſit,ægrè trahẽs cothurnos,cuiuis alteri rei q̃ homini ſimilis: cuius os cum turgidũ eſſet,& oĩa onuſta,id cernẽs Crœſus,in cachinumq; erumpẽs, ea oĩa illi donauit:nec minora his alia dona dedit. Ita domus hęc vehemẽter locuplẽtata eſt.Et Alcmæon quadrijugos equos alens, vicit Olympia. Sed eã deinde ſecũda ętate,Cliſthenes Sicyonis tyrannus ſuſtulit:vt multò magis q̃ prius inter Græcos celebris extiterit.Erat enim Cliſtheni Ariſtonymi filio,Myronis nepoti,Andręi pronepoti,filia noĩe Agariſta: q̃ pater deſtinabat nuptũ dare ei,quẽ pręſtantiſſimũ Grękorum oĩm comperiſſet.Cum igit̃ Lydi Olimpici celebrarent̃,& ex eis Cliſthenes curriculo quadrigali victor extitiſſet,nunciari iuſſit voce p̃conis,vt q̃s ſeſe dignum putaret qui Cliſthenis gener eſſet, is ad ſexageſimũ diem aut prius Sycyone ꝑſto foret: qm̃ Cliſthenes intra annũ à ſexageſimo die inceptur⁹ exequi nuptias deſtinaſſet. Itaque oẽs Gręci,aut ſua ipſorum,aut familiæ claritate ſibi confidentes, eò proci contẽderunt:quib. Cliſthenes & curriculũ,& palæſtrã ad certandũ p̃parauerat.Ex Italia illuc ſe contulit Smindyrides Hippocratis filius Sybarita(florebat aut maximè Sybaris ea tẽpeſtate) qui vnus vir in plurimũ deliciarũ ꝓceſſerat : & Siritan⁹ Damas,Samyris filius,eius qui ſapiens appellabat̃.Et hi quidẽ ab Italia venerũt.Ab Ionio aũt ſinu Amphimneſtus,Epiſtrophi filius Epidánius.Ætolus verò Males,germanus Titormi illi⁹,qui Græcos robore ſuerat ſupergreſſus,& in extrema Ætolię hoĩes fugerat.E Peloponneſo Leocides Phidonis,Argiorũ tyranni filius, eius inq̃ Phidonis,qui ſpacia Peloponnenſib. ſtatuit, longè omnium Grękorũ inſolentiſſimus : qui ſummotis Hilienſium agonothetis .i. munerarijs,ipſe agonotheta extitit in Olympia .i. certamen p̃miumq; ꝓpoſuit:nec non Amiantus Lycurgi filius Arcas, ex Trapezunte: & Laphanes Azenus,ex vrbe Pęo, filius Euphorionis eius, qui(vt in Arcadia fert̃ fama)in domum ſuã excepit Caſtorem & Pollucem,& ob id in oẽs hoĩes hoſpitalis:& Heleus Agæi filius,vir pręclarus.Hi ex ipſa Peloponneſo venerunt.Ex Athenienſib. aũt Megacles Alcmæonis eius filius,qui ad Crœſum ſe cõtulerat: & alter Hippoclides Tiſandri filius,diuitijs ac forma inter Atheniẽſes præciputus.Ex Eretria, quæ per id tẽpus florebat,Lyſánias:ſolus hic ab Eubœa.E Theſſalia à Scopadeis Diactorides Cranonius.Ex Moloſſis Alcon. Tot proci fuêre. Qui cùm ad diem præſtitutam adfuiſſent,Cliſthenes ante oĩa patriam ſingulorum familiàmque percontatur. Deinde eos annum apud ſe detinens,explorauit vniuſcuiuſque & virilitatem & iracundiam, & eruditionẽ,& mores:nunc cũ ſingulis,nũc cum vniuerſis cõgreſſus,& iuniores in gymnaſia

Scutũ quo modo obtẽtatum Perſis.

Alcmæonidarum generis claritas.

Crœſi in Alcmęonidem munificentia.

Alcmęonis in auro auferẽdo Callidum commentũ.

Cliſthenes.

Agariſta proci.

gymnaſia educens, præcipuè tamen in conuiuijs experiebatur. Quãdiu eñ eos apud ſe tenuit, hoc fecit, ac magnificè accepit. Sed ei inter procos p̃cipuè cordi erãt Athenienſes: & illorũ magis Hippoclidem Tiſandri ſtrenuum eſſe iudicabat, cùm præſertim eius maiores, Cypſelidis Corinthijs propinqui fuiſſent. Cùm autem deſtinatus nuptijs dies illuxit, quo ipſe Cliſthenes edixerat iudicaturum quem ex omnibus deli geret, mactatis centum bobus, in cõuiuium tum ipſos procos, tum oẽs Sicyonios ac cepit. Poſtea verò quàm cœnatum eſt, proci certamen de muſica habere cœperunt, pariter & de oratione habenda in mediũ. procedẽte potatione, Hippoclides cùm lõgè alios antecederet, iuſſit tibicinem ſibi canere ἐμμέλειαν. id eſt, ſedatum quoddã ſaltationis genus. Tibicine obſequente ſaltauit, ſibi quidem placens, ſed Cliſthenes om nem rẽ cernẽs diſſimulabat. Poſt hęc aliquãtulũ interquieſcẽs Hippoclides, iuſſit aliquam ſibi inferri menſam. Qua illata, primũ ſuper eam Laconicos ſaltauit modulos, mox alios Atticos, tertiò ſuper mẽſam capite ſtatuto, cruribus veluti brachijs modulabat. Ad cuius primam ac ſecundam ſaltationem, etſi ſtomachabat Cliſthenes tam impudentem ſibi generum fieri, tñ ſeſe continebat, nolens in eum erumpere. At vbi vidit cruribus veluti manibus geſticulantem, iã ſe vltra continere nõ ſuſtinẽs, inquit: Fili Tiſandri, deſaltaſti matrimoniũ. Cui excipiens ille ait: Non eſt iſtud curæ Hippoclidę. Vnde prouerbium factum eſt, Non eſt iſtud curę Hippoclidę, Tunc Cliſthenes ſilentio impoſito, in medium hæc protulit. Viri proci meæ filiæ, vos equidẽ oẽs laudo, vobisq; omnibus ſi fieri poſſet gratificarer, neque vnum è vobis præcipuum probans, neq; cęteros improbans. Verùm fieri non poteſt, vt de vnica virgine deliberans omnium voto ſatisfaciam. Itaq; ſingulis veſtrũm, qui cõpotes huius matrimonij nõ eſtis, tanq̃ dignis meæ filię nuptijs, quodq; domo peregrè abfuiſtis, ſingula argẽti talenta dono do: Megacli autem Alcmæonis filio, meam filiam Agariſtiam deſpondeo ritu Athenienſium. Annuente conditioni Megacle, nuptiæ apud Cliſthenem celebratæ ſunt: Hactenus quæ iudicandis procis geſta ſunt. Atq; hunc in modum Alcmęonidæ per Græciam celebrari cœperunt. Porrò ex horum coniugio Cliſthenes auo materno cognominis procreatur, qui Athenienſium tribus populariumq; ſtatũ inſtituit: item Hippocrates: ex Hippocrate verò alius Megacles & alia Agariſtia, ab Agariſtia Cliſthenis nomen habens: quæ nupta Xanthippo Ariphronis filio cùm p̃gnans eſſet, viſa eſt ſibi in ſomnis parere leonem, paucosq; poſt dies peperit Xantippo Periclem. Miltiades cùm antea probatus apud Athenienſes, tum verò poſt rem bonã geſtam in Marathone, maioribus incrementis auctus, petit ab Atheniẽſibus ſeptuaginta naues cum ꝓpugnatoribꝰ & pecunia, non ꝓmens eis cui regioni bellũ eſſet illaturus, ſed tantũmodo ſe illos locupletaturũ, ſi ſe ſequerent. Ad eam eñ regionẽ ſe illos ducturum, vnde affatim aurum nullo negotio reportarent. His verbis Athenienſes, erectis animis, naues (vt petierat) tradiderũt: Quibꝰ Miltiades acceptis, in Parũ nauigat, per ſpeciem vlciſcendæ iniuriæ quam intulerant Parij, quòd triremi in Marathonem vnà cum Perſis veniſſent. Hoc colore orationis vtebat. Cùm aũt infenſus eſſet Parijs ob Lyſagoram Tiſei filium, genere Parium, qui ipſum apud Hydarnẽ Perſam accuſauerat, eò poſtquam peruenit Miltiades, Parios intra mœnia coactos obſedit, miſſoq; caduceatore popoſcit centum talenta, negãs ſi ea ſibi non darent, ſe nõ priillinc abducturũ copias, q̃ eos euertiſſet. Parij non vt quicq̃ pecuniæ Miltiadi dẽt cogitant, vt cuſtodiant vrbem excogitant, cùm alia loca interſepientes, tum maxime vnde ea oppugnari poterat, adeò, vt noctu laborantes, murum duplo quàm olim fuerat excitarint. Hactenus Græci de hac rẽ commemoranda conſentiunt. Deinceps geſta ipſi Parij referunt hunc in modum: Miltiades cùm inops conſilij eſſet, adiſſe atq; allocutum fuiſſe mulierem captiuam, genere Pariam, nomine Timũm, quæ eſſet indigenarũ deorũ adminiſtra. Hanc cùm in conſpectum veniſſet, conſiliũ ei dediſſe, ſi magnificaret, Parum capere, exequeretur quæ à ſe præciperentur. Eius deinde p̃ceptis auditis, Miltiadem acceſſiſſe ad maceriã quandã ante vrbem, qua in maceria ſepit̃ templum

Hippoclidis Proci præſtãtia

Prouerbiũ Non eſt iſtud curæ Hippoclidæ

Megacles Alcmęonis gener Cliſthenis factus. Megac. Hippocratis.

Cliſthenes duos

Miltiades obſidet Parum. Lyſagoras Hydarnes. Perſa.

Timo ſacerdotiſſa

plum

plum Cereris legiferæ: eamq́;, quia fores aperire non poterat, transilijsse: & illã transgressum, solarium ascendisse ad aliquid intus faciendum, siue ad mouendum aliquid quod moueri nefas est, siue ad aliquid quodcunq; sit agendum. Et cùm p foribus esset, subeunte horrore præoccupatũ, eadem via reuertisse: deq; maceria desilientem fe mur cõuulsisse: alij in genua p cidisse aiũt. Ita Miltiades male habẽs, domũ remeauit, neq; pecuniã Athenien sib. portans, neq; Paro parta: vrbe tantũ per sex & viginti dies obsessa, & agro populato. Parij, cognito q̃ ministra deorum Timo Miltiadem admo nuisset, volentes ob id de ea suppliciũ sumere, postq̃ obsidere desierũt, Delphos misẽ rũt sciscitatũ num ministram deorum condẽnare deberent, quę ratione capiẽdæ pa triæ hostibus detexisset: quæq; Miltiadi exposuisset sacra, quæ ad virilem sexum effer ri nefas esset. Id Pithia fieri non permisit, negans Timũm earũ rerũ esse auctorẽ: sed quia Miltiadæ non bene obeundum esset, ideo ei ducem malorum apparuisse: Hęc Parijs Pythia respondit. Miltiadem è Paro reuersum cũ alij Athenienses in ore habebant, tũ p̃cipue Xanthippus Ariphronis filius: qui eũ apud populũ accusauit, q̃ Athenienses circũscripsissẽt. Cui accusationi Miltiades non per se ipse respondit (neq; em poterat, quippe qui putrescente femore iaceret in lecto) sed p eo amici eius: allegan tes cũ alia multa & Lemnũ expugnatã, quã vltus Pelasgos Athenien sib. tradidisset, tum verò pugnã in Marathone gestã. Interuẽtu tamẽ populi ne capitis damnaretur, quinquaginta talentis culpa mulctata est. Post hæc Miltiades dissoluto atque marcescẽte femore decessit. Quinquaginta aũt talenta Cimõ filius exoluit. Porrò Lemnũ Miltiades hũc in modũ obtinuerat: Pelasgi posteaq̃ ex Attica ab Athenien sibus exacti sunt, siue iure siue iniuria: nã de hoc nihil habeo præter relata: quia Hecatęus Egesandri in sermonibus ait, iniuria. Athenienses em̃ cùm viderent regionẽ quæ erat sub Hymesso, quam illis habitandã dederant, mercede mure circa arcẽ olim extructi bene excultam, quę prius mala fuisset, & à nemine accipi digna, liuore captos fuisse, & libidine terræ potiundæ: & ita illinc exegisse illos, nulla alia re in excusationem allata. Vt aũt Athenienses aiunt, iure electi: quippe cùm essent sub Hymesso habitãtes, illinc prodire solitos hanc iniuriam intulisse: Quoties filiæ ac filij Athenien sium ad Nouem fontes aquarum pergerent (nulla dũ enim aut eis aut vllis Græcis per id tempus mancipia erant) Pelasgos eis per contumeliam & contemptũ vim attulisse: neq; hoc feciss̃e contemptos, ad extremũ manifestò deprehensos de inuadendis Athenien sibus consilia agitasse: Se verò adeò meliores quàm illi fuerant viros fuisse, vt cũ habe rẽt facultatẽ interimendi eos, quos sibi insidiatos deprehendissent, tamẽ noluerint: sed eis p̃ceperint, vt è regione excederẽt: atque ita illos solũ vertisse, & tũ alia loca, tũ verò Lemnum obtinuisse. Illa Hęcatęus, hæc Athenienses aiũt. At Pelasgi hanc Athenięsium iniuriã vlciscẽdi auidi, ij qui Lemnũ incolebant, gnari quãdo dies festi Athenięsium celebrarent, biremib⁹ instructis, insidias manipulatim collocarunt vxoribus Athenęisium, diem festũ Dianæ apud Brauronem agẽtibus: permultisq; illarũ illinc raptis abierunt, & in Lemnũ delatas pro concubinis habuerunt. Hæ fœminę posteaquàm filijs abundauere, lingua eos Attica ac moribus Athenien sium imbuerunt. Et illi consuetudinẽ cum Pelasgidum filijs habere abnuebant: & si quis è suis ab illorum vllo vapularet, cuncti auxilio aderãt, & mutuò sese tutabantur: ac dignos se qui alijs pueris dominarent, existimabãt, atque adeò longè p̃ualebãt. Qua re animaduersa Pelasgi inter se collocuti sunt, considerãtesq́ rem esse indignam, inter se dicebant: Si nunc, dum pueri sunt, dignoscũt sibi opitulari, aduersus filios vxorum legitimarum, quas virgines duximus, & eis cõtinuò præesse conant̃, quídnam faciẽt in virilem adulti ætatem? Itaque cũ id eis altius insedissẽt, placitum est, vt eos filios è matribus Atticis susceptos necarẽt. His necatis, addunt & cædes matrũ. Ex hoc facinore & illo superiore fœminarum, quę viros suos vnà cum Thoante interemerunt, vsu receptum est per Græciam, vt teterrima quęque facinora Lẽnia appellent̃. Pelasgi cum eis post necẽ liberorum atque vxorum neque tellus fructum redderet, neque vxores, neque

Miltiades accusatur.

Miltiadis obitus.

Pelasgi ex Attica exacti.

Hecatæi sermones.

Nouem fõtes.

Athenięsium vxores captæ.

Atticarũ mulierum vnà cũ liberis cædes.

Lemnia facinora.

pecora vt priùs gignerent, pariter fame & liberorum orbitate vexati, Delphos miſerunt petitum aliquod laxamentum præſentium malorũ. Iuſſi à Pythia Pœnas Athenienſibus quas illi vellent pendere, Athenas iêre: pollicitiq́ue ſunt daturos ſe pœnas illis omnis iniurię. Athenienſibus ſtratis in curia toris quàm poterant ſplẽdidiſſimè, appoſitaq́ue menſa omnium bonorum refertiſſima, iuſſerunt Pelaſgos ita ſe habentẽ regionem ſibi tradere. Tunc Pelaſgi excipientes dicere: Si nauis vento aquilone atq; vno die nos è veſtra regione in noſtram peruehet, ita demum vos quod petitis trademus. Hoc dixêre, quod ſcirent fieri non poſſe. Nam Attica multò magis ad auſtrum vergit quàm Lemnus: Hæc hactenus. Tunc complurib. deinde interiectis annis, vbi Cherſoneſus (quæ eſt in Helleſponto) Athenienſium ditionis fuit, Miltiades Cimonis, ventis Eteſijs perflantibus, ex Eleunte (quæ eſt in Cherſoneſo) ſoluens in Lemnũ delatus eſt, præcepitq́ue Pelaſgis, vt ex inſula excederent: redigens eis in memoriam oraculum, quod nunquam illi expletum iri ſperaſſent. Quorum Hephæſtienſes quidem obtemperauerunt: Myrinęi autem nõ agnoſcentes Cherſoneſum eſſe Atticam, tamdiu obſeſſi ſunt, donec in deditionem venerunt. Ita Lemno potiti ſunt Athenienſes atque Miltiades.

Athenienſes ad Pelaſgos.

Pelaſgorũ reſponſio.

Myrinæi. Lenos capta.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER SEPTIMVS, QVI INSCRIBITVR POLYMNIA.

OSTEA verò quàm nuncius pugnæ ad regem Darium Hyſtaſpis filium allatus eſt, ad Marathonem geſtæ, cùm antea vehementer infenſus eſſet ille Athenienſibus, quòd Sardis inuaſiſſent, longè infenſior factus eſt, ac propenſior ad bellum Græciæ inferendum: miſſiſq́ue continuò nuncijs ad ciuitates, edixit vt ſingulæ multò quàm antea maiores copias, nec nõ naues, nauigia, equos, rem frumentariam compararent. His nuncijs Aſia triennium exagitata eſt. Vbi cùm delectus agitur optimi cuiuſque aduerſus Græciam militaturi, & apparatui opera datur, quarto anno Ægyptij (qui fuerãt à Cambyſe ſubacti) deſecêre à Perſis: quo magis aduerſus vtroſque Darius expeditionẽ ſumere properabat, Ægyptios atque Athenienſes. Dum hæc comparat, interea ingens inter eius liberos de principatu exorta diſſentio eſt, quoniam ex inſtituto Perſarum, oportebat ita demum ire in expeditionem, cùm regni ſucceſſorem declaraſſet. Erant autẽ Dario iam ante q̃ regnaret liberi tres, è priore vxore Gobrys filia ſuſcepti, & poſt partũ regnum alij quatuor, ex Atoſſa Cyri filia. Superiorum maximus natu erat Artabazanes, poſteriorum Xerxes. Qui cùm ex eadem matre non eſſent, diſceptabant: Artabazanes quidem q̃ omnis paternæ ſobolis ipſe maximus natu foret, cùm apud vniuerſos homines ſit inſtitutum, vt maximus natu liberorum obtineat principatum: Xerxes verò q̃ ipſe Atoſſa genitus eſſet, filia Cyri, qui Perſis libertatem acquiſiſſet. Dario nondũ ferente ſententiam, aderat fortè Demaratus Ariſtonis filius, qui per id tempus altercationis Spartano regno exutus, ac Lacedæmone profugus, Suſa aſcenderat. Hic vir audita liberorum Darij cõtrouerſia, adijt (vt fama fertur) Xerxem, admonuitq́; vt ad cætera quæ p̃ ſe dicebat, hoc adderet: ſe quidẽ genitum è Dario iã rege, & Perſarum imperiũ obtinente: Artabazanẽ verò è Dario cùm erat priuatus: p̃inde neq; æquũ, neque iuſtum eſſe alium quempiã potius q̃ ſe illam dignationem adipiſci. Quoniam Spartæ quoque ſic vſurpare t̃, vt ſi cui antequam regnet filij naſcantur, deinde regi iã alio naſcat, huius poſtea nati ſucceſſio regni ſit. Hac à Demarato ſubiecta ratiõe vtentem Xerxem, tanq̃ iuſte dicentem, Darius regem declarauit: quanq̃ etiam citra præceptum Demarati Xerxes (vt mea fert opinio) regnauiſſet: quippe cũ omnis poten-

Ægyptiorum à Perſis defectio.

Darij liberi de imperio diſceptantes.

Lex Perſarum.

Succeſſionis ius.

Xerxes rex declaratur.

tia

tia penes Atoſſam eſſet. Declarato Darius Xerxe rege cùm conaretur reb. apparatis, exire in expeditionem, altero ab defectione Ægyptiorum anno ſupremũ diem obijt, ſex & triginta annis regni expletis, haud cõpos voti, vt Ægyptios & Athenienſes vlciſceretur. Eius morte regnum ad Xerxem filiũ deuenit, qui ab initio nequaquã animatus erat ad bellum Græciæ inferendum, ſed Ægypto. Cæterùm Mardonius cõſobrinus eius, Gobrys & ſororis Darij filius, eũ aggreſſus his verbis eſt allocutꝰ: Domine, haud decorum eſt Athenienſes tam male iã de Perſis meritos, nõ dare pœnas eorum quæ perpetrauerunt. Tu verò quod in manibus habes perfice, tamen vbi Ægyptum, quæ dignitati tuæ iniuriam fecit, domueris, ſume aduerſus Athenas expeditionem: vt & bene de te loquantur hoïes, & poſt hac abſtineat alius à bello tibi inferendo. Et hæc quidem erat ratio vltionis exigendæ. Illa autem rationis acceſſio, Europã eſſe regionem admodum ſpecioſam, oïaque genera felicium arborũ ferentem, ac ſummæ bonitatis, & dignam quę à ſolo inter mortales rege poſſideatur. Hęc Mardonius dicebat, vt iuuenis ac nouarũ rerum cupidus, imperijque Græcię ꝑ rege adminiſtrandi, quod etiam regi perſuaſit, cõditione temporum adiutus. Nam alia, vt rex ad hoc faciendum induceretur, adiumento fuêre. Primùm è Theſſalia nuncij ab Alebadis, ad regẽ inuocandum aduerſus Græciam, ſe enim omne obſequium ꝑſtituros. Alebadæ autem iſti erant Theſſaliæ reges. Deinde ij Piſiſtratidæ, qui Suſa aſcẽderant, qui cùm eadem verba habuerunt, q̃ Alebadæ, tum verò ꝑtendebant Onomacritum quendam Athenienſem, quem ſecum habebant, ſortilegum, & Muſæi ſortium ediſertatorem. Aſcenderant autẽ cum eo reuerſi in Græciam. Nam Onomacritus ab Hipparcho Piſiſtrati Athenis fuerat eiectus: quod per Laſum Herpionis manifeſtò deprehenſus fuiſſet, inter Muſæi ſortes hanc etiã inſeruiſſe, fore vt inſulę Lẽno adiacentes, mari ſubmergerẽtur. Ob id Hipparchus hoïem eiecerat, cùm familiariſſimè illo antea vteretꝰ: & tunc cum eodẽ, vt in cõſpectum regis veniret, aſcenderat: deque eo honorificè cũ alijs Piſiſtratidis loquebatur. Onomacritꝰ, ſi q̃ ſortes cladem Barbaro nunciabãt, earum nullã recitauit. Itaque accedente hoc ſortilego, & Piſiſtratidarũ & Alebadarum ſuaſionibus, Xerxes ad inferendũ Gręcię bellũ inductus. Sed altero à morte Darij anno, primam expeditionẽ fecit aduerſus Ægyptios, qui rebellauerant: quos ſubactos, & in arctiorem q̃ ſub Dario fuerant ſeruitutẽ redactos, tradidit gubernandos Achęmeni fratri ſuo Darij filio, quem ꝑſidem Ægypti interiecto deinde tẽpore interemit Inarus Pſammetichi filius, Pœnus. Xerxes recepta Ægypto ꝑducturus aduerſꝰ Athenas exercitum, ꝑſtantiſſimos quoſque Perſarum in cõcilium vocauit, vt & illorũ ſententias audiret, & ipſe diceret q̃ liberet. Quib. coactis, ita locutus eſt: Viri Perſę, equidem ego nõ ero huius inſtituti auctor, ſed ab alijs traditi imitator. Nã quemadmodũ à maioribus natu accipio, ex quo imperium hoc à Medis eripuimus, Aſtyage per Cyrum amoto, nunquã conquieuimus, ſed ita deus agit, & multa nobis ſibi obſequentibus in melius confert: atque ea quidẽ quæ Cyrus Cambyſesq; ac pater meus fecêre, quas gentes imperio addidêre, nõ attinet referre apud probè ſciẽtes. Ego poſteaquã hanc ſedem accepi, dedi operam, ne ab ijs qui hoc honore ſunt functi degenerarem, néue minus potentiæ Perſis acquirerẽ. Quod animo verſans, inueniò nobis acceſſuram gloriam pariter ac honorem, & regionem neque inferiorem neq; deteriorem, ea quam recuperauimus, ſed feraciorem, vnà cum vltione iniurię atque vindicta. Ideoq; nunc ego vos cõtraxi, vt id quod agere conſtitui, vobis exponerem: Cõſtituo iuncto Helleſponto copias per Europam traducere in Gręciam, vt Athenienſium vlciſcar iniurias, quas cùm Perſis alijs, tum patri meo intulêre. Scitis autem & Darium aduerſus hos hoïes bellum mouere deſtinaſſe: verùm ei morte ꝑuento non cõtigit vt illos vlciſceretur. Ego verò eius vicem aliorumque Perſarũ vlciſcens, non prius deſinam, quàm expugnauero incẽderoque Athenas: cuius ciues & me & patrem meũ priores iniuria affecerunt. Semel cũ Sardis vnà cum Ariſtagora Mileſio ſeruo noſtro profecti cremauerũt lucos ac delubra. Iterum in nos quid fecerint terram ſuã ingreſſos, cum

Darij obitus.

Mardonius.

Vltionis exigendi ratio.

Europæ laudes.

Alebadæ.

Onomacritus ſortilegus.

Muſæi ſortes.

Xerxes cur Græcię bellũ intulit.

Xerxis oratio ad Perſas de bello Græcis inferẽdo.

Datis & Artaphernes duces fuêre, omnes scitis. Harum gratia rerũ irritor ad inferendum eis bellum: quos atque ipsorum finitimos, regionem Pelopis Phrygis incolentes, si in potestatem redegerimus, tot bona futura esse ratiocinando comperio, terrã Persidem ætheri Iouis conterminam redditurí simus. Nullam eñ regionẽ spectabit sol finitimam nostræ, sed ego omnem permensus Europam vnà vobiscum cunctas regiones in vnam redigam. Nam ita rem habere audio, nullam reliquã esse hominum neq; ciuitatem, neque gentem, quę nobiscum dimicare possit. Ita subactis his quos dixi, & qui nos lacessêrunt, iugũ seruile sustinebunt. In quo si mihi vos gratificari volueritis, vbi tempus vobis indicauero, quo vos præstò esse oportet, tũc vnusquisq; debebit impigrè adesse. Quorum qui ornatissimis cum copijs aderit, eũ donabo his quæ in nostra domo preciosissima habentur. Et hæc quidem ita agenda sunt. Sed ne solus videar in concilio sentẽtiam dicere, rẽ pono in medio, iubens vnicuiq; quã libet sententiam dicere: His dictis loquendi finem fecit. Post quem Mardonius: Domine, inquit, tu verò nõ modò superioribus Persis, sed etiam venturis es præstantior: qui cũ alia & optima & verissima commemoras, tum verò quod Iones qui Europam incolunt, non sines habere ludibrio nos, cũ sint indigni. Etenim res indigna est, si Sacas & Indos & Æthiopes & Assyrios, aliasque multas ac grandes nationes, quæ nihil Persas læsêre, tamen potentiæ prolatandæ gratia in prouincias redegimus: Græcos qui nos lacessere iniuria inceperunt, non vlciscemur. Quidnam metuentes, quas illorum copias, quam pecuniarum vim? Eorũ pugnã nouimus, eorũ nouimus vires esse imbecilles, eorum quos subegimus liberos penes nos habemus: hos qui domi nostræ habitantes, Iones & Æoles & Dorę appellantur. Quos ipse quoque expertus sum, dum eis iussu patris tui intuli bellum, dumque in Macedoniã vsque processissem, & penè vsque ad ipsas Athenas nemo mihi pugnaturꝰ occurrit: & sanè consueuêre Græci (vt audio) inconsultissimè inire bella, propter imperitiam ac sinisteritatem. Nam cũ bellum inter eos indictum est, in locum quem pulcherrimũ planissimũq; inuenêre descẽdentes, ibi prælia faciunt, ita vt magno cum suo malo victores inde discedant. Deuicti (ne longius repetam) ad internecionem deueniunt. Quos oportebat, cũ sint eiusdem linguæ, interpositis caduceatoribus ac nuncijs tollere controuersias, & oĩa alia potius agere quàm pugnare: aut si necesse habent inter se omninò pugnare, locũ aliquẽ inuenire vtrisque difficilimũ, & ibi fortunã belli tẽtare. Hoc itaq; ritu haud probo vtentes Græci, nunquã mecum verbis egerunt dimicando, cũ Macedonia tenus promouissem. Tibi autem rex, quis obuiam venturus est bellandi causa, copias Asiæ atque omnem classem agẽti? Non eò audacię ꝓcedent (vt reor) Grẽcorũ res. Quod si me fallit opinio, & illi vecordia elati ad pugnandũ nobiscum veniẽt, discant nos esse in re bellica præstãtissimos hominum. Nihil igitur sit quod non experiamur. Nam sua sponte nihil fit, sed omnia ab experimẽto hominibus fieri consueuerũt. His Mardonius sententiæ Xerxis assentatus, loqui cessauit. Tum silentibus alijs Persis, nec diuersam ei quæ dicta esset sententiam dicere audẽtibus, Artabanus Hystaspis filius Xerxis patruus, vir circunspectus ita inquit: Rex, nisi diuersæ inter se sententię dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed necesse habet ea quę dicta est, vti. At cũ plures dictę sunt, licet tanq̃ aurũ purum deligere: quod per se discerni cùm nequeat, comparatum cum altero discerni potest. Ego patri tuo Dario, eidémque fratri meo suadebam, ne sume ret aduersꝰ Scythas expeditionem, viros nulla vsquã oppida incolẽtes. Sed ille sperans Scythas Nomades se subacturum, mihi non est assensus. Itaque sumpta expetitiõe, multis & egregijs viris de exercitu amissis abscessit. Tu verò rex bellũ inferre destinas viris multò quàm Scythæ sunt præstantioribus, quique & mari & terra optimi esse dicuntur, quibus in rebus quid durum sit, hoc me tibi iustum est promere. Iuncto pontibus Hellespon to, ais te copias per Europam in Græciam deducturum, atque eos conuenit aut in terra, aut in mari, aut vtrobique inuadi. Siquidẽ feruntur viri e se fortes, cuius rei lic et hinc argumentum capi: Si tot copias ductu

Datis

Xerxis ratiocinatio.

Mardonij sententia.

Experimẽti cõpẽdia.

Artabani grauis sententia.

Diuersitatis in sentẽtijs dicẽdis vtilitas.

Coniectura è præteritis.

Datis & Artaphernis Atticam regionem ingreſſas, ſoli Athenienſes profligauerunt, ergo vtraq; ratione congreſſi ſunt. Quod ſi cõſcenſis nauibus pugna nauali victores ad Helleſpontum nauigauerint, ac deinde pontem ſoluerint, hoc durũ fuerit rex. Ne que verò hoc ex mea vnius priuata prudẽtia coniecto, ſed eo caſu, quo aliquãdo parũ abfuit quin opprimeremur, cùm pater tuus iuncto Boſphoro Thracio, ac flumine Iſtro pontibus commiſſo, traiecit ad Scythas. Eum traiectũ Scythæ omninò inſtitere precari Iones, quibus cuſtodia pontiũ delegata erat, vt interſcinderent. Quo tempore ſi Hiſtiæus Mileti tyrannus aliorum ſententiæ acceſſiſſet, ac non contradixiſſet, actum erat de rebus Perſarũ, res dictu quoq; horribilis, omnem regis ſtatũ in vno viro poſitum fuiſſe. Quare noli te vllũ tale adire diſcrimẽ nulla ſubſiſtente neceſſitate, ſed mihi potius obtempera. Hũc cœtũ in præſens miſſum facito, iterumq; dũ tibi videbitur, re apud teipſum conſiderata, edicito quod optimum eſſe arbitraberis. Bene enim conſultare, comperio maximum eſſe lucrum. Nam etiam ſi quid è cõtrario euẽturum eſt, nihilo tamen minus bene conſultũ eſt, ſuperauitq; fortuna conſilium. At qui turpiter conſultauit, ſi ei fortuna obſecundauit, ille eſt quidem voti compos, nihilò tamen minus malè conſiliũ cepit. Videsvt pgrãdia animalia fulmine deus feriat, nec ſinat inſoleſcere, parua verò nihil lædat. Vides vt magna ſemper ędificia magnasque arbores, huiuſmodi fulminũ tela percutiãt. Gaudet eñ deus eminentiſſima quęque deprimere. Itaq; & ingens exercitus ab exiguo profligatur, quoties deus his quibus inuidet, aut metum incutit, aut tonitruum. Propterea quidam ſecus ac eorũ dignitas poſtulabat, in calamitatem inciderũt, quia deus neminem alium quàm ſeipſum ſinit magnificè de ſe ſentire. Omnis res properando parit errores, vnde magna detrimenta fiere adſolent. In cunctando aũt bona inſunt: ſi nõ talia quæ ſtatim videantur eſſe bona, certè quæ ſuo tempore bona quis eſſe comperiat. Et hoc quidẽ tibi rex ſua deo. Tu verò Gobrys fili Mardoni, deſine loqui ſtulta de Gręcis, haud dignis qui malè audiãt. Nã Gręcis detrahẽdo, ipſum regẽ vis excitare ad bellum illis inferendũ: ad quod tu omni auiditate contendis (quod abſit) vt fiat detractio. Nãque importuniſſima res eſt, in qua duo ſunt qui iniuriã faciunt: vnus cui iniuria fit. Qui eñ detrahit, iniurius eſt, quod non præſentẽ accuſat. Item qui huic credit, iniurius eſt, quòd prius credit q̃ rem compertam habeat. Et illi cui abſenti detrahitur, ob id fit iniuria, quod ab altero inſimulatur vt malus, ab altero talis putatur. Quod ſi omninò bellũ his hominibus inferre oportet, agedum rex ipſe permaneat domi apud Perſas noſtrũ ambo rum liberi deponãtur, tu in expeditionem ito, delectis (quos velis) viris ac quantiſcũque copijs: etſi ex ſententia tua res ſuccedẽt regi, interimãt liberi mei, & inſuper ego: ſin ſuccedent, vt ego dico, interimãtur tui, & inſuper tu, ſi redieris. Quod ſi hãc ſubire conditionem recuſas cupisq; in Gręciã prorſus deducere exercitum, affirmo fore, vt aliqui eorũ qui hîc relinquent, audiant Mardonium poſt allatam Perſis magnam aliq̃ calamitatem, à canib. volucribusq; diſcerpi, aut in Athenienſium ſolo. aut in Lacedęmoniorum, niſi fortè antea inter viam tunc agniturũ, aduerſus quales viros ſuades regi vt moueat bellũ. Hęc Artabano locuto, Xerxes ira percitus, his verbis excepit: Artabane, quòd patris mei frater es, hoc te ſubleuat, ne dignã ſtulta oratione mercedem recipias. Hac tamen te notabo ignominia, qui inſtrenuus es & ignauus, ne comes ſis meæ in Græciam expeditionis, ſed hîc vnà cum fœminis maneas. Ego etiam ſine te (quæ dixi) conficiam. Neque enim fuerim Darij, qui fuit Hiſtaſpis, qui fuit Arſamnis, qui fuit Ariariamnis, qui fuit Teiſpei, q̃ fuit Cyri, qui fuit Cambyſis, qui fuit Achæmenis filius, miſi Athenienſes vltus fuero: pbè intelligens ſi nos quieuerimus, non quieturos illos, ſed noſtram terram cum exercitu inuaſuros: prout colligere licet ex ijs, quæ illi facere cœperunt, qui & Sardis incenderunt, & Aſiam incurſarunt. Itaq; neutris cedere licet, vtriſque propoſitum eſt certamen & agendi aut patiendi, vt aut hæc omnia ſub Græcis, aut illa omnia ſub Perſis ſint. Medium enim inimicitiarum nullum eſt. Quare honeſtum erit nos iam iniuria laceſſitos exigere vltionem, vt

Diſcrimẽ ſine neceſſitate non adeundũ. Conſultationis vſus

Deus neminem aliũ quã ſeipſum ſinit de ſe magnificè ſentire. Moræcõpédia. Detractio.

Xerxis ad Artabanũ iuuenile reſpõſum. Xerxis genealogia.

quam calamitatem paſſurus ſum, intelligam: profectus aduerſus eos viros, quos etiam Pelops Phryx noſtrorum maiorum ſeruus ita ſubegit, vt ad hoc vſque tempus & ipſi homines & eorum regio ab illius (qui ſubegit) cognomine appellētur. Hęc hactenus locutus eſt. Deinde ſub veſperum cùm eum vreret Artabani ſententia, per noctē apud ſe conſultans, comperit prorſus non eſſe ſibi opus inferre Græciæ bellum, immutataque rurſus ſententia cùm obdormiſſet, viſus eſt in ſomnis (vt fertur à Perſis) videre quendam corpore ingenti atque ſpecioſo, qui ſibi aſtans diceret: Reuocaſtine ſententiam Perſa de inferendo Græciæ bello, cùm prædixeris Perſis te comparaturū eſſe exercitum, neque ſi reuocaueris eam, bene facis, neque qui tibi aſſentiatur, adeſt. Quare perge ire eam viam quam interdiu ire deſtinauiſti. Hæc locutus ille, viſus eſt Xerxi ab aſpectu euanuiſſe. Vbi dies illuxit, huius inſomnij nulla ratione habita, coacto eorundem Perſarum quos pridie coēgerat concilio, Xerxes ita verba fecit: Viri Perſæ, veniam mihi date dicendi contrariam ſuperiori ſententiam. Nam & ego nondum ad ſummum, quò perueniendum eſt mihi, prudentiæ perueni: & qui vt illud faciam ſuadent, nullo vnquam à me tempore abſcedunt. Foque mihi Artabani ſententiam audienti, confeſtim iuuentus efferbuit, vt verba in virum grandem natu effunderem petulantiora quàm debui. Nunc itaque agnoſcens erratum meum, vtar illius ſententia: & quoniam reuocaui expeditionis ſumēdæ ſententiam, vos quieti eſtote. Hęc vbi audiêre Perſæ, lætitia affecti regem adorauêre. In ſequenti nocte idem rurſus inſomnium quieſcenti Xerxi aſſiſtens, inquit: Fili Darij, videris expeditionē apud Perſas reuocaſſe, verbis meis pro nihilo habitis, quaſi illa à nemine audiſſes. Hoc igitur nunc bene intellige, niſi extemplo inis expeditionē, hoc tibi ex ea re cōtinget: Quēadmodum breui magnus & amplus effectus es, ita breui rurſus humilis eris. Hoc viſo perterrefactus, è cubili exilijt, pariter & nunciū miſit ad accerſendum Artabanū. Qui vbi aduenit, ita ad eum inquit: Artabane, ego ſtatim cùm in te bene conſulentē mihi ſtultis verbis inuectus ſum, non fui compos mentis. Sed non multo pòſt pœnitens, cognoui id mihi eſſe faciendum, quod tu præcipiebas. Tamen id volens exequi non poſſum. Nam mihi iam animo immutato, & prioris ſententiæ pœnitenti apparuit in ſomnis viſio, diſſuadens omninò hoc quod poſterius facere cōſtitueram: quin etiam nunc interpoſitis minis abſceſſit. Quod ſi deus eſt qui in ſomnium miſit, eiq; prorſus eſt cordi expeditionem ſumi aduerſus Greciā, continget idem tibi, quod mihi inſomnium, itidem vt mihi præcipiens. Quod ita fore coniecto, ſi oēm meum ornatum ſumas, eóq; indutus in ſella mea conſideas, & deinde in cubili meo capias ſomnum. Hæc locuto Xerxi, Artabanus initio nolle obſequi, atq; negare ſe dignum qui regio in ſolio ſederet: tandem cùm cogeretur, fecit imperata, hęc ꝓlocutus: Apud me rex tantundem valet bene ſentire per ſe, & alteri bonam dicendi ſentētiam accedere, quæ ambo tibi cùm adſint, malorum tamen hominum colloquia te deprauant: quēadmodum mare, quod eſt hominibus omnium vtiliſſimum, ferunt ab ingruentibus vētorum flatib. non ſini natura ſua vti. Ego verò cùm ex te male audiui, non tam meā dolui vicem quàm tuam: qui cùm propoſitæ eſſent duæ ſententię Perſis, vna quæ detrimentum augeret, altera quę tolleret, dicens pernicioſum eſſe imbui animū vſu plura ſemper expetendi: his propoſitis ſententijs, tu elegiſti eam quæ & tibi ipſi & Perſis eſt periculoſior. Nunc autem cū ad te mutato in melius conſilio, de ſumenda aduerſus Græcos expeditione ais acceſſiſſe inſomnium, alicuius dei nutu, quod te vetat dimittere exercitum, hoc non res diuina eſt fili. Inſomnia enim iſta ſunt, quæ adeuntia hoīes fruſtrantˉ, quemadmodum ego te docebo multis quàm tu annis natu grādior. Conſuêrunt ipſa ſomniorum viſa plerunque fruſtrari ob ea quæ quis per diē mente agitauit. Nos ſuperioribus dieb. expeditionē hanc inter manus & quidē vehemēter habuimus. Quod ſi hoc non eſt cuiuſmodi ego dico, ſed aliquid diuini habēs, tu ipſe omnia in ſumma dixiſti. Apparebit enim vt tibi ita & mihi eadem iubens. Verū nihilo magis apparere mihi debebit tuū amictū gerenti, quàm non gerenti, ſed meū: neq;

magis

Pelops Phryx.

Somnium Xerxis.

Xerxem in dubitati incipit pœnitere.

Inſomniorū iudicia.

magis quieſcenti in tuo toro q̃ nõ,ſed in meo: ſi etiam aliâs vult ſe exhibere. Neque eò veſaniæ peruenit illud,quicquid eſt quod ſeſe obtulit in ſomnis,vt me cernens putet eſſe te,ducto è veſtibus argumento. Id ſi me cõtemptui habebit, pfectò nec aſpectu ſuo dignabit ſiue mea gerentem veſtimẽta, ſiue tua,ſed te adibit,quod iã animaduertendum eſt. Nã ſi frequentiꝰ acceſſerit,ipſe quoque fatebor diuinũ eſſe. Cæterùm ſi ita tibi agendũ videtur, neque id reuocari poteſt, en ad cubandũ in tuo cubili pergo. Age,mihi quoq;,cùm iſta perfeccro, appareat. Hac tantum cõditione tuę ſententiæ acquieſcã. Hæc locutus Artabanus,quod ſperaret ea à Xerxe ſine vllis verbis admiſsũ iri,iuſſa executꝰ eſt. Et cùm induta ſibi Xerxis veſte,regali ſolio reſediſſet,moxque recubuiſſet,idẽ inſomnium dormientẽ adijt,quod Xerxẽ adierat,eiq́ue ſuperaſſi ſtens,ita inquit: Túne ille es,qui feſtinantem ire in Græciã Xerxem deſtines,tanquã eius curator? Tu neque in futurum, neque in pſens cõſideras,qui diſſuades,id quod eſt fatale cõtingere? Quid autem Xerxem pati neceſſe ſit, niſi dicto audiens fuerit,ei ipſi demonſtratũ eſt. His verbis Artabano viſus eſt ille vir in ſomnis minitari, cãdentibusq́ue ferramẽtis conari oculos ipſi eruere. Qua de re vehementer exclamãs Artabanus exilijt,aditoq́ue Xerxi obſeruatam ſibi in ſomnis viſionẽ expoſuit,ſecundoq́ue loco hæc inquit: Equidẽ rex,ego veluti homo quod multa iã viderã,& magna negocia ſub Heſſonibus cõtigiſſe,nõ ſinebam te omni ætati indulgere,gnarus rẽ eſſe malã multa cõcupiſcere: memoria tenẽs quomodo cum exercitu Cyri contra Maſſagetas actum fuerit, quomodo cum exercitu Cambyſis cõtra Æthiopes, qui etiã cũ Dario militaui aduerſus Scythas. Hæc ſciens ego,ſentiebã te (ſi quieſceres) omnium hominum beatiſſimum. Sed quoniam diuinis quidã inſtinctus eſt, & Græcos clades quædam (vt videtur) miſſa diuinitus manet,ego quoque cedo,ac ſententiam muto. Tu verò quæ diuinitus miſſa ſunt,indicato Perſis,iubetoq́ue ijs q̃ ad apparatũ pertinentia antè præceperas,operã dent. Hoc agito,ne quid tuorum deo tribuente deſit. His dictis,& ſublatis viſione animis,vbi dies extitit,ibi cõfeſtim Xerxes hæc Perſis exponit: Artabano, quẽ conſtabat prius ſolum oĩm id fuiſſe dehortatũ, tunc exhortante. Poſt hæc ineunti expeditionem Xerxi tertium in ſomnis viſum oblatũ eſt: quod Magi auditum,coniectarunt ad vniuerſam terram pertinere, portendereq́ue oẽs homines Xerxi ſeruituros. Viſum aũt tale erat: Videbatur ſibi Xerxes ſurculo oleagino coronatus eſſe,cuius oleæ ramis vniuerſa tellus occuparet,& mox corona capiti circundata,euaneſcere. Hæc magis interpretatis ſine mora Perſæ,qui in cõcilio fuerant,ad ſuã quiſque pfecturam digreſſi, omni ſtudio incubuerunt ad exequenda iuſſa,cupidi dona quę propoſita fuerant obtinendi. Xerxes ita copias ſuas cõtraxit,vt omnẽ continentis locum ſcrutaretur. Siquidem à debellata Ægypto per totum quadriennium cõparauit exercitũ, atque eius apparatum quinto anno ineunte mouit cum ingenti copiarũ manu. Nã oĩm quos nouimus exercituum hic multò maximus extitit: adeò vt ad eũ nihil fuiſſe videatur aut ille Darianus,qui aduerſus Scythas ductus eſt: aut ille Scythicus, qui Cimmerios inſequens Medicam regionẽ inuaſit, ac penè oĩa ſuperiora Aſiæ ſubegit ac tenuit: quo nomine Darius poſtea Scythas iuit vltũ,aut ille (vt fama fert) Atridæ aduerſus Ilium: aut ille ante Troicum bellum Myſorũ Teucrorumq́ue,qui per Boſphorum in Europã tranſgreſſus, oẽs Thraces in ditionẽ ſuam redegit,ad Ioniumq́; pontũ degreſſus,ad Peneum vſque amnẽ,qui ad meridiẽ vergit, pceſſit. Neque illi oẽs exercitus, neque alij ijs adiecti,cũ vno hoc cõparari merentur. Quis eñ non adduxit ad Xerxẽ ex Aſia copias? q̃ aqua præter ingentes amnes potando nõ defecit? Alij nãque naues præſtabant,alijs vt peditatũ, alijs vt equitatũ,alijs vt nauigia ad vectãdos equos eorũ q vnà militabãt,alijs vt naues lõgas in vſum põtium pſtarent,iniunctũ erat,alijs vt frumentũ,& naues,q̃ trienni ſuperiore pparatæ erant, pcipuè ,ppter Athon,vt in quo ſuperior claſsis dũ circunuehit afflictata eſt. Ad Eleuntem eñ Cherſoneſi claſsis habebat ſtationẽ,illincq́; oẽs copiæ ſub verberibus cœperunt Athon effodere per vices alijs ſuccedentibus,adiuuantibus etiam in effodiendo

Artabani ſomnium.

Cõcupiſcere multa malũ eſt.

Xerxis victoria.

Xerxis copiæ.

accolis,ꝑpoſitis operi Bubare Megabyzi,& Artęo Artachęi filio,Perſis.Eſt aũt Athos mons ingens ac nobilis,ad mare pertingens. Ab hac parte hoĩbus cultus,ad cõtinentem deſinens in ſpeciẽ Cherſoneſi,id eſt,peninſulæ cum iſthmo,duodecim ſtadiorũ. Hæc planities atq; tumuli,è mari Acantiorũ ad mare ꝙ eſt cõtra Toronem,non ſunt magni. In hoc iſthmo vbi Athos finiẽ,ſita eſt vrbs Greca,noĩe Sana. Quę aũt extra Sanã & intra Athon ſitę ſunt vrbes,eas tũc Perſes è cõtinenti inſulanas facere aggreſſus eſt,q̃ hę ſunt: Dion,Olophyxus,Acrothoon,Thyſus,Cleonæ. Iſtę ſunt vrbes q̃ apud Athon incolunt. Hunc in modũ Barbari locũ nationatim effodiebãt,recto limite iuxta Sanam. Poſteaq̃ depreſſa erat foſſa ab ijs qui in imo fodiebant,alij humum effoſſam aſſiduè tradebãt alijs ſuper ſcalas ſtantib⁹,& hi excipiẽtes tradebãt deinceps alijs, dum ad ſummos perueniebatur,qui illã efferebãt atq; abijciebant. Qua in re tumuli effoſſi duplicẽ laborem illis ꝓterquam Phœnicibus ꝓbebant. Nam cùm eandem facerent foſſæ menſuram ſuperius in ore,quã inferius in fundo,id neceſſe fuit cõtingere. At Phœnices cùm alijs in rebus,tum verò in illo prudentiã ſuam declarauerunt: qui partem q̃ ſibi cõtigerat,ita excauauerunt, vt os foſſæ duplum eſſet q̃ ipſam foſſã eſſe oportebat, procedentesq̃; opere aſſiduè illã coartabant: vt cũ ad imum deuentũ eſſet,foſſa cæterorum partib. adæquaretur. Eſt aũt hoc loco pratum quoddã,vbi illorũ erat & mercatus,& prætorium,quo multum etiã ex Aſia frumenti moliti cõportabatur. Hanc foſſam Xerxes (vt ego cõiectura colligo) iactantiæ gratia deprimi iuſſit, potentiæ oſtẽtandæ cupidus,ac memoriæ relinquendæ. Nã cùm liceret nullo negocio naues per Iſthmũ tranſportare, iuſſit Iſthmũ intercidi,ad mare recipiendũ in foſſam, tantæ latitudinis,vt duę triremes pariter illac agitari poſſent. Eiſdẽ imperatum eſt,vt foſſam facerent,quib. fuerat vt flumen Strymona pontibus iungerent. Hæc Xerxes hunc in modum fecit. Cõparauit item ad pontes armamẽta ſirpi atque albi lini,dato hoc Phœnicibus atq; Ægyptijs negocio,vt cõmeatum exercitui cõportarent: ne homines,nẽue iumenta,q̃ ducebantur in Græciã,abſumerentur. Sed admonit⁹ iuſſit illum in loca, q̃ cuique opportuniſſima eſſent, alius alia via cõportaret vndiq; ex Aſia nauib. onerarijs & vecturis. Verùm plurimi cõportarunt in oram quæ dicitur album littus,vt quibuſque ꝓceptum erat: Alij in Tyrodizam Perinthiorum orã, alij in Doriſcum,alij in Eiona,q̃ eſt ſuper Strymonem: alij in Macedoniam. Dum illi in imperato ſibi traiectu occupantur, interea Xerxes,coactis omnib. pedeſtribus copijs, iter ingreſſus eſt Sardis verſus,mouens ex Critallis Cappadocię. Illic enim edictum erat, vt cunctæ copiæ cogerentur,quæ per continentem erant cũ Xerxe ituræ. In quibus quiſnam præfectorum agmen pulcherrimè inſtructũ ducẽs,ab rege donatus eſt propoſito ꝓmio, affirmare nõ poſſum,quia nec à principio,cũ res in iudiciũ deducta eſt, cognoui. Poſteaq̃ tranſmiſſo flumine Haly,attigerunt Phrygiam,itinere per eã facto puenerunt Celænas,vbi fontes Męandri exiſtunt: & alterius amnis nõ minoris Męandro,noĩe Cataractæ,qui ex ipſo foro Celænarũ exoriens influit in Mæandrum. In qua vrbe,& in quo foro viſitur ſuſpenſa Sileni Marſiæ pellis in vtrem formata: quàm à Phrygibus fertur Apollo illi detractã ſuſpendiſſe. In hac vrbe reſidẽs Pythius Atys filius, Lydus,omnem regis exercitum, atq; ipſum Xerxem magnificentiſſimo hoſpitio excepit: ſpoponditq; ſe pecuniã ei in bellum ſuppeditaturũ. Ob quam ſponſionẽ, Xerxes eos qui aderãt Perſas interrogauit,quiſnã eſſet Pythius: & quantũ poſſidens, q̃ hoc pollicereť. Illi,rex,inquiũt,hic ille eſt,q̃ Dariũ patrẽ tuũ aurea platano ac vite donauit: quiq; nũc oĩm hoĩm diuitijs princeps eſt ſecundũ te. Hæc vltima verba Xerxes admirat⁹,ſecũdo loco ꝓcontatus eſt ipſe Pythium,quantũ ei pecuniarũ eſſet. Cui ille: Neq; te,inquit,celabo rex, neq; diſſimulabo me ſcire meas ipſi⁹ facultates,ſed ſciens ꝓinde exactè recẽſebo. Etenim ſimul atq; accepi celerrimè te ad mare Græcũ eſſe deſcenſurũ,volẽs tibi ad bellũ pecuniã dono dare, ſubducta ratione cõperi mihi eſſe argẽti quidẽ duo millia talentorũ,auri verò quadragies cẽtena millia nummũm Daricorum,ſeptẽ millib⁹ minus: q̃ tibi dono do. Nã mihi ipſi victus è mancipijs atq; ex agrico-

Thyſus. Cleonæ.

Album littus. Tyrodiza. Eion. Critalli.

Cataractæ

Pythius Lydus. Aurea platanus atq; uitis.

Pythij facultates.

agricolis ſuppetit: Hęc Pythius. Quib. verbis delectato Xerxes: Hoſpes Lyde, inquit, ego ex quo Perſidē regionē egreſſus ſum, neminē adhuc nactus ſum, q̄ in exercitum meū hoſpitalitatē exercere voluerit: aut qui in conſpectū meū veniēs, ſua ſpōte pecuniā mihi ad bellū conferret, p̄ter te: qui & exercitū meū egregia hoſpitalitate p̄ſecutus es, & ingentē pecuniā polliceris: ob q̄ viciſſim ego te ijs remunerandū duco: Hoſpitē meum te facio, & iſta quadragies cētena millia nūmūm meo ipſi explebo, datis ſeptē millibꝰ: ne quadringentæ myriades. i. quadragies cētena millia, ſint imperfectę, ſed addito è meis ſupplemēto ſumma ſit ſolida: q̄que poſſideas, ipſe poſſideto, ac ſcito ſemper talis eſſe. Nā ita agentē te, neq; in p̄ſens neq; in poſterū pœnitebit. Hæc locutus, & q̄ dixerat exercitus, perrexit aſſiduè porrò ire: p̄tergreſſusq; vrbem Phrygiā noīe Anaua, & ſtagnū ex quo cōficitur ſal, peruenit Coloſſas Phrygiæ oppidū, vbi Lycus amnis hiatū terræ ſubiens occulit̄, deinde ferè quinq; poſt ſtadia emergens, elabit̄ & ipſe Mæandrū. Profectus è Coloſſis exercitus, venit od oppidū. Cydra, quod eſt in finib. Phrygum ac Lydorum: vbi cippus depactus atq; erectus à Crœſo eſt, indicās literis eos fines. Ex Phrygia in Lydiā, ventum eſt ad diuortia viarum, quartū ſiniſtra in Cariā fert, dextra Sardis: q̄ tenentib. neceſſe eſt prorſus Mæādrum trāſire, vrbēq; Callatibum p̄terire, in qua ſunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi. Hanc viā tenens Xerxes, cōperit platanum, q̄ ob pulchritudinē aureo monili donauit, eamque tuendā viro immortali delegauit. Et ad vrbē Lydorum altero die peruenit. Poſtquā Sardis aduenit, principio caduceatores dimiſit in Græciā, petitum terrā & aquā: edictumque, vt cœnas regi inſtruerēt ad oēs ciuitates: Sed neque Athenas neque Lacedæmonem miſit ad terrā & aquā. Hæc quicunq; antea petēti Dario nō dederāt, eos tunc perterritos omninò daturos arbitrabatur. Id igitur volens exploraré, caduceatores dimiſit. Secundum hæc ſeſe apparabat tanq̄ Abydum p̄fecturus, cùm interea ij quibus negocium hoc datū erat, Helleſpontum ex Aſia in Europā coniunxerant. Eſt aūt Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter & Madytū vrbes, ora ſalebroſa, q̄ in mare procurrit Abydotenus è regione. Vbi nō longo pòſt tempore ſub Xantippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem hoīem Perſam Seſti p̄fectum cepere viuum, ſtipitiq; ſuffixerunt: qui etiā in templū Proteſiali, quod eſt in Eleunte, adductis fœminis nefanda perpetrabat. Ad hanc orā ex Abydo iungere pontē inchoauēre ij, quib. hoc munꝰ erat delegatū: hinc Phœnices albo lino, illinc Ægyptij ſirpo. Eſt aūt ex Abydo ad vlterioré continentē ſeptem ſtadiorū traiectus: quē pontib. iūctum, ingens adorta tēpeſtas ea oīa dirupit atq; diſſoluit. Quod cùm audiſſet Xerxes, indignè ferens, iuſſit trecenta Helleſpōto verba infligi, & in eius pelagus par cōpedum demitti. Iā audiui, miſiſſe quoq; cum his etiā qui ſtigmata Helleſpōto inurerent: certè mādauit, vt colaphos Helleſponto inuterēt, dicētes barbara verba ac veſana: O aqua amara, dñs hanc tibi irrogat pœnā, q̄ eum leſiſti, qui de te nihil mali meritus erat. Te tamen rex Xerxes, velis nolis, tranſmitteret: meritoq; nemo hoīm tibi ſacrificat, vt doloſo pariter & amaro flumini. Hac pœna mare Xerxes plecti iuſſit: atq; eis qui p̄poſiti operi erant caput p̄cidi. Et illos quidē pontes fecerūt ij, quib. hæc ingrata merces p̄poſita erat. At alij architecti qui alios fecerūt, hoc modo iunxerunt: Biremes triremesq; trecētas ſexaginta verſus Euxinū Pontū cōpoſuēre. Item ab altero latere trecētas quatuordecim, Ponto quidē trāſuerſas, Helleſpōto aūt ſecudū defluxū, vt ſtabiliret funes armamētorū p̄grādes quoq; ancoras quas cōpoſuerāt dimiſerūt, partim ab hoc latere cōtra Pontū, ventorū cauſa q̄ extrinſecus ſpirāt: partim ab altero cōtra veſperū & Ægeum, euri & auſtri cauſa: relicto ad aurorā trib. in locis inter biremes trāſitu: vt qui vellet, in Pontū minutis nauigijs & extra Pontū nauigare poſſet. His actis, cōtenderunt à terra armamēta, cōtorquentes machinamentis ligneis, nō iam ſeparatim vtraq;, ſed bina ex albo lino hinc, quaterna è ſirpo illinc. Quorū quidē retinaculorū craſſitudo hæc erat & ſpecies: ſed p̄ portione linea erant grauiora, ſingulis cubitis ſingula talenta prudentibus. Iuncto pontib. traiectu codices lignorū diſciſſos, & ad la-

Anaua oppidum.

Callatibꝰ. Platanus aureo monili.

Helleſpontipons.

Madytus oppidum.

Artayctes.

Xanthippus.

Abydos.

Helleſponto cōpedes Xerxes iniicit.

ad latitudinem ratis adæquatos aptè inſtrauerũt ſuper armamẽta intẽta. Hos vbi gradatim diſpoſuerũt, tumverò rurſus deſuper innexuerunt. Quod poſteaq̃ fecẽre, materiam attulerũt concinneq́; impoſuerũt, deinde ſuper materiam aggerem comportarunt: quo iniecto, ſemper hinc atq; hinc, ne maris aſpectu iumenta & equi terrerentur, prętenderunt. Perfectis his quę ad pontes pertinent, & item circa Athon aggeribus ad fauces foſſæ propter ęſtuaria maris, ne ipſe fauces aluei obſtruerent, Xerxes nunciato ſibi prorſus alueo abſoluto Sardibus, vbi hybernauerat, ineunte vere inſtructo cum exercitu profectus eſt Abydum verſus. cui mouenti ſol ſua in cælo ſede relicta, apparere deſijt: cùm nullæ nubes, verùm ſereniſſimus aër eſſet: & pro die nox extitit. Id animaduertẽti Xerxi cura inceſſit percontandi Magos, quid oſtentũ id vellet portendere: illi reſpondent, deum ſignificare Græcis ciuitatum defectionẽ: q̃ dicerẽt ſolem Græcorum, lunã ipſorum eſſe præſidem. Ea re audita, Xerxes maiorem in modũ lætatus, ire pergebat. Quem procedẽtem aggreſſus Pythius Lydus cæleſti oſtento perterritus, elato animo propter munera his verbis allocutus eſt: Domine, concedẽsne quiddã quod impetrare cupio, tibi leue cõceſſu, ſed mihi p̃ magno futurũ? Xerxes nihil non potius illum quàm quod petebat, petiturum ratus, ſe conceſſurũ reſpondit, & vt peteret p̃loqui iuſſit. Pythius vbi hoc audiuit, ſumpta fiducia: Domine, inquit, quinque mihi liberi ſunt, quos oẽs contingit in militiã tecũ ire aduerſus Gręciã: horũ vni tu quæſo rex miſertus mei, qui huc proceſſi ætatis, indulge militię vacationem ei qui natu eſt maximus: vt & mei ipſius & cenſus curam gerat: quatuor tecũ vnà ducas: ita confectis quæ in animo habes, rurſus reuertaris. Rex ob id admodum indignatus, his verbis reſpondit: Homo improbe, túne cùm ego ipſe in expeditionem eã aduerſus Gręciã, filiosq́; meos & fratres domeſticos, & amicos ducã, auſus es mentionẽ filij tui facere, qui meus eſt ſeruus, quem oportebat cũ omni familia & vxore me comitari? Probè nunc diſcito hoc, animũ in hominum habitare auribus. Qui benè audit, eius corpus voluptate perfundit: qui verò malè, is exacerbatur. Tu itaq; cũ bene feciſti, & alia eiuſdem generis promiſiſti, non gloriaris te ſupergreſſum eſſe regẽ munificentia. Poſtea verò quàm ad imprudentiora conuerſus es, non tu quidem p̃ merito, ſed minora quàm pro merito accipies. Nã te & quatuor liberos liberãt tua munera. Vnius aũt quem p̃cipuè complecteris, dãno mulctabere. Hæc cùm reſpõdiſſet, ſubitò imperauit his, quibus delegatum erat hæc exequi, vt maximũ natu filiorũ Pythij inuentum diſcinderent medium: eiusq́; diſciſci dimidium ad dextram viæ, & dimidiũ ad ſiniſtrã diſponerẽt, & illac tranſiret exercitus. Hoc illi vbi ſunt executi, illac exercitus p̃tranſiuit: in quo p̃cedebant ij, qui ſarcinas portabãt & impedimẽta. Poſt hos omnigenarum gentium non diſtinctæ, ſed promiſcuæ copiæ numero vltra dimidium exercitus. Poſt has intercedebat interuallũ (neq; eũ cũ rege miſcebantur quarum principes erant mille equites, è Perſis omnibus delecti. Secundum hos totidem haſtati, & ij delecti ex omnibus, verſis deorſum in terrã ſpiculis. Poſt hos equi decem quàm pulcherrimè ornati, qui Niſæi dicunt: ideo ſic dicti, q̃ eſt ingens Medicæ regionis campus nomine Niſæus, qui grandes fert equos. Hos decem equos ſequebat ſacer Iouis currus, quẽ octo equi albi trahebant, ponè auriga comitante, qui pedib. ingrediẽs habenas tenebat. Hãc eñ ſellam nemo mortaliũ inſcendit. Poſt quẽ ipſe Xerxes vehebat curru equorũ Niſæorum, pręcedẽte auriga, cui nomen erat Patiramphi, Otanis filio, hoïs Perſæ. Hunc quidem in modũ Sardibus proceſſit Xerxes: ſed è curru, quoties ratio exigebat, in eſſedũ tranſcẽdebat. Eum ſequebant haſtati Perſarũ optimi ac nobiliſſimi mille, è more pila geſtantes. Poſt hos alius delectus equitatus mille Perſarũ. Dehinc è cæteris Perſis decẽ millia peditũ delecta, quorũ mille in lanceis pro coronis geſtabãt mala punica argentea: gerebãt itẽ aurea, & ij qui in terrã verſus ſpectãtia ſpicula habebãt, etiã mala ij, q̃ Xerxẽ p̃ximè ſequebãt. Hęc decẽ millia ordine, ſubſequebat equitatus 10000. Perſarũ, relicta poſt hos duorũ ſtadiorũ intercapedine, mox ibat cętera multitudo p̃miſcua: ita exercitus è Lyda p̃rexit ad flumẽ Caicũ & re-

Solis eclipſis.

Sol Græcorum deus Luna Perſarũ præſes.

Animus in auribus hominum habitat.

Pythij filij diſſecãt.

Xerxis crudelitas.

Exercitus ordo.

Patiramphis.

Laurearũ coronæ.

& regionē Mysiā: à Caico aūt à lęua habens montem Canam, per Atarnem ad vrbem Carinam. Ab hac per campū Thebanum ad vrbem Atramyttium & Antandrum Pelasgidem prætergrediens, & Idam ad siniſtram manum ſtringens, ad terram Ilienſem peruenit: cui primum ſub Ida noctem agenti, tonitrua & fulgura ingruerunt, & cōplures ex eo exercitu perdiderunt. Deinde at Scamandrum eſt ventū, qui fluuiorum omnium primus, ex quo iter è Sardibus fieri cœptum eſt. Hunc ꝓfluentem ſua aqua deſtituit, nec hominib. iumentisq; potantibus ſuffecit. Eò Xerxes poſtq̄ peruenit, Priami Pergamū aſcendit, loci viſendi cupidus. Quod vbi contemplatus eſt, & ſingula quæq; eorū audiuit, Mineruæ Iliadi mille boues immolauit: quarū libamine Magi heroïbus parentauerūt. His actis, terror per noctē exercitū inuaſit, ſimul atq; illuxit illinc mouerūt, à lęua ſtringētes Rhetion vrbē, & Ophryneō, & Dardanon, quę Abydo cōtermina eſt: à dextra, Gergitas & Teucros. Vbi Abidon venerūt, Xerxi inceſſit cupido oēm exercitū oculis ſubijciēdi. Itaq; in ꝓtorio quodā, quod ei Abydeni prius ab illo iuſſi, è cādido lapide in tumulo regio ꝓ dignitate extruxerāt, reſidēs ꝓſpiciebat littus, & illic terreſtres copias atq; claſſem: Quā dū intuet, ſubijt cupiditas ſpectādi illius certamē. Id certamē poſtq̄ cōmiſſum eſt in quo Sidonij vicēre, voluptatē Xerxes cepit, cū certaminis tū copiarū ſpectaculo. Et cū intueret oēm Helleſpontū nauib. obductū, oīa littora atq; Abydenorū plana hominib. referta, ibi ſe beatū eſſe iactauit, & poſt hæc lacrymas fudit. Quōd animaduertēs Artabanꝰ eius patruꝰ, q liberè ſentiēs diſſuaſerat bellū Græcię inferendū, his verbis interrogauit: Quā diuerſa rex inter ſe nūc facis & dudū dixiſti? q te beatū eſſe dixeras, nūc lacrymas fundis. Et ille: Reputā tē me, inqt, q̄ breuis ſit oīs humana vita, ſubijt horū miſeratio: quorū, cū tot ſint, nemo ad 100. annū ſupererit. Excipiēs Artabanꝰ: Atqui inqt, alia, q̄ iſtud eſt, viuēdo miſerabiliora patimur. Ita tā breui nullus hoīm adeò felix extitit, neq; horū neq; aliorū, cui nō crebro, nedum ſemel, ſubeat aīó moriendi voluntas potius q̄ viuendi. Nā incidentes calamitates & morbi, vitā perturbant, efficiuntq;, vt cùm breuis ſit, tñ perlonga videat. Ita mors optatiſſimū eſt perfugiū ærumnoſæ vitæ, q̄ deus dulci guſtu aſpergens, ob id inuidius feciſſe deprehenditur. Cui Xerxes: Artabane, inquit, qm̄ humanæ vitę cōditio talis eſt, qualē tu exponis, eā cōmemorare ſuperſedeamus: neq; triſtium faciamus mentionē, cùm iucunda in manib. habeamus. Hoc mihi potiꝰ ediſſere: Niſi tibi ita euidēs inſomnij viſio fuiſſet oblata, ꝓſtaréſne adhuc in priore ſentētia, diſſuadens mihi aduerſus Græciā bellū, an in ea perſiſteres? agedū apertè hoc mihi dicito. Ei reſpondēs Artabanus: Viſio, inquit, rex, q̄ in ſomnis obiecta eſt, ad votū ſuccedat amborū. Ego tamen adhuc metuo, & adeò metu perculſus ſum, vt non ſim apud me. Nā mecum reputans cū alia multa, tū verò duo, & ea oīm maxima, video tibi eſſe hoſtiliſſima. Ad hæc Xerxes: Heus tu, inquit, quænam iſta ais mihi hoſtiliſſima eſſe? vtrum horum tibi improbandum videtur, tanquam non ſatis copioſum, terreſtríne exercitus, quaſi multò numeroſior ille Græcus futurꝰ eſſe videatur: an claſſis, tanquā illorū claſſe inferior, an hæc ambo? Nā ſi ob hoc imbecilliores tibi vidētur noſtrę res, celerrimè poſſit alter exercitus cōparari. Reſpondit Artabanus: Neque hunc, rex, exercitum improbauerit quiſquam, qui ſit mentis cōpos, neque hanc nauiū multitudinem: verùm etiamſi coēgeris, duo dico eſſe tibi multò hoſtiliora, ea ſunt, terra & mare. Neque enim vſquam maris portus eſt eiuſmodi, vt ego coniecto, qui ſurgente tempeſtate ſit capax huius tuæ claſſis, idoneusq; ad eam tutandam: neque verò vnum tibi portum eſſe oportet, ſed vniuerſam continentem eſſe portum, quò ſe recipiant naues. Itaque cùm portus tibi opportuni deſint, intellige homines in arbitrio fortuitorum eſſe, non fortuita in arbitrio hominū. E duobus vno expoſito, pergam dicere alterum. Terra cùm ob alia tibi hoſtilis eſt, tum eò hoſtilior, ſi nihil obſtiterit quo lōgius proceſſeris, aſſiduè vlteriora ſurripiens. Nulla eſt hoībus rei bene gerēdæ ſatietas. Et ſanè etiā vt nemo tibi occurrat, dico regionē dū maior maiori in tēpore fiet, maiorē famē eſſe allaturā. At vir ita demū fuerit optimꝰ, ſi in deliberādo qdē oēm rē, q̄cūq; pati poſſit, reputās extimeſcit, in re aūt agēda eſt audax. Cui Xerxes: Artabane, in-

Scamādri aquæ exercitui Xerxis nō ſuffecit.
Rhœtium vrbs.
Ophrynē, Darda vrbs.
Gergitæ. Teucros vrbs.
Xerxes viſo exercitu illachrymauit.
Xerxis ſpectaculum.
Vitę humanæ breuitasq; calamitasque.
Mors optatiſsi. perfugium ærūnoſæ vitæ.
Xerxis & Artabani colloquium.
Duo Xerxis hoſtiliſſima.
Homines infortuitorum arbitrio & nō contra.
Terra hoſtilis.
Vir optimus.

quit, meritò tu quidē horum ſingula cōmemoraſti. Tamen nō eſt vt oīa reformides, omniaque peræquè cōſideres. Nā ſi velis in rei cōſultatione ſemper oīa perinde cōſiderare, nunquā aliquid efficias. Satius eſt oīa alacriter aggredientē dimidium ærumnarum pati, q̄ omni in re præſumpto metu nihil omninò pati. Quod ſi repugnando omnibus q̄ dicuntur, nō oſtendis quid firmum ſit, perinde peccas atq; is qui contraria iſtis dicat. Et hoc ęqualiter ſe habet. Scire verò aliquē (cùm ſit homo) qua ratione quid firmum eſſe oporteat, nequaquam arbitror. At ijs, qui facere quid volunt, cōſuetuit plerunque ſuccedere emolumētum: rarò aūt ijs qui penſant oīa, & quos agere piget. Cernis quò res Perſica potentiæ proceſſit: quò nunquam progreſſam videres, ſi ij, qui ante me extitēre reges, iſtiuſmodi cōſilijs quibus tu, vſi fuiſſent: aut nō vtentes iſtis ſententijs alios ſuaſores tales habuiſſent: nunc pericula cōtemnentes, tantopere ſtatum ſuum prouexiſſent. Magna em̄ negocia, magnis cum periculis ſuſcipi volunt. Quare nos illorum facta æmulantes, optimo anni tēpore ingredimur: ſubactaq; omni Europa, rurſus reuertemur, nullam vſquam neque famē neque rem triſtē paſſi. Nā & cōmeatus affatim ipſi nobiſcum portamus: & ad quamcunque vel regionē vel gentem veniemus, eius re frumentaria potiemur. Nam aratoribus, nō paſtoribus inferemus bellum. Poſt hæc Artabanus: Quandoquidem, inquit, non ſinis vllam rem formidari, & tamen meum admittis cōſilium, neceſſe eſt enim de multis negocijs in longius extrahi orationē: Cyrus Cambyſe genitus, oēm, præter Athenas, Ioniam Perſis tributariam reddidit. Quare ſuadeo, ne quo pacto hos viros, aduerſus patres ſuos ducas. Nā ſine Ionibus ſatis ſuperq; ſufficim⁹ hoſtem ſuperare: quos neceſſe eſt aut iniuſtiſſimos eſſe, ſi metropolim ſuā in ſeruitutē redigāt: aut iuſtiſſimos, ſi illius libertatem adiuuēt. Si iniuſtiſſimi erunt, nullo modo certè nobis magno vſui futuri: ſi iuſtiſſimi, magnam poterunt ſuo exercitu afferre pernicie. Itaque hoc vetus dictum tanq̄ probum, rex in mēte habe: nō ſtatim ab initio exitum oēm eſſe manifeſtum. Ad hæc excipiens Xerxes: Artabane, inquit, ſententiarū (quas dixiſti) in hac p̄cipuè falleris, q Iones metuis ne immutent, quorum maximum habemus cōmilitium: quorum & tu teſtis es, & alij, qui ſub Dario aduerſus Scythas militauerunt: cùm in eorū eſſet poteſtate ſitum, vniuerſas Perſarum copias & perdere & ſeruare, fidē tamen iuſtitiamque p̄ſtitiſſe, nec quicquā nos læſiſſe. Præterea cùm liberos ſuos atq; vxores in noſtra terra reliquerint, nō eſt cauſa cur eos aliquid rerū nouarū moliri ſuſpicemur. Quare ne hoc quidē extimeſcas: ſed bonum habens animū, tutare meam domū atq; tyrannidē. Tibi enim ſoli ego ſceptra mea permitto. Hæc locutus Xerxes, Artabanum Suſa dimiſit, iterumque illuſtriſſimos quoſque Perſarum accerſit: qui poſteaquam p̄ſtò fuēre, his eos verbis allocutus eſt: Perſę, ego vos, quorum opera mihi opus eſt, cōtraxi, vt viri p̄ſtantes exiſtatis, neue res hactenus geſtas à Perſis magnas p̄clarasque dedecoretis: ſed cùm ſinguli, tum vniuerſi exhibeam⁹ nos alacres: cōmune enim hoc hominib. bonum eſt ſtrenuos eſſe. Eaque de re vos cenſui p̄monendos, ad bellum cōſtanter tolerandum. Nam (vt ego audio) aduerſus viros egregios tendimus, quos ſi ſuperaueri mus, nullus vnq̄ nobis alius exercitus obſtabit. Nunc igitur deos præſides terræ Perſidis precati, tranſeam⁹. Ac eodē quidem die ſeſe ad tranſeundum parauerunt. Poſtero aūt tantiſper morati ſunt, dum ſolem exorientem cernerent, omnifarios odores in pontib. congerentes, ac myrto iter cōſternentes. Vbi ſol exortus eſt, ex aurea phiala Xerxes libans in mare, apud ſolē vota concepit, ne quid ei aduerſi cōtingeret, quo prius deſiſteret Europā ſubigere, q̄ ad illius terminos perueniſſet. Hęc precat⁹, phialam in Helleſpontum abiecit, aureumque craterē, ac gladium Perſicum, quē acinacem vocant. Hoc pro cōperto dijudicare nō poſſum, vtrum ſoli dedicans gladium diſiſerit in pelagus: an Helleſpontum, q̄ eum flagellaſſe pœniteret, in cōpenſationem gladio donauerit. His actis, per alterum pontiū, qui vergebat in Pontum, peditat⁹ omnis equitatusque tranſiuit: per alterum, qui vergebat in Ægeū, iumenta atq; ſeruitia, p̄cedentibus decē millib. Perſarum, coronatis omnib⁹, quos promiſcuus omnium

Magna cū periculis ſuſcipi.

Exitus omnis incertus.

Artabanū Suſa dimittitur.

Xerxis ad Perſas oratio.

Xerxis inſtitutum.

na-

um nationum ſequebatur exercitus. Et hi quidem eo die: in ſequenti aũt primi tranſiere equites, quiq; ſpicula deorſum verſa geſtabant, & ij etiam coronati, dehinc equi ſacri, ac ſacer currus, tum ipſe Xerxes. Pòſt haſtati & mille equites, & præterea alius exercitus. Quinetiam naues pariter ad vlteriora littora agebantur: quanquã hîc audiui, poſtremũ omnium pertranſiſſe regem. Xerxes poſteaquam in Europam traiecit, conſpicabatur exercitum ſub verberibus tranſeuntem. Tranſiuit aũt eius exercitus ſeptem per dies totidemq; noctes, nullo tempore intermiſſo. ibi iã tranſgreſſo Helleſpontum Xerxe, fertur quidam vir Helleſpontius dixiſſe: O Iupiter, quidnã tu ſub ſpecie viri Perſę, & accepto Xerxis pro Iouis nõie, Græciam è ſedibus ſuis exigere vis, omnes homines ducens, cũ etiam citra hoc tibi liceret facere id? Tranſgreſſis omnib. & iter ingredientibus ingens prodigium oblatum eſt, quod Xerxes nihili fecit, etſi cõiectura diſcutiendum. Siquidem equa leporem enixa eſt, quod facile erat ad coniectãdum: Fore enim vt Xerxes exercitũ aduerſus Græciam cum maximo ſtrepitu & ambitioſiſſimè duceret, rurſusq; pro ſeipſo ſolicitus, ad eundem locum fuga recurreret. Alterum quoque ei prodigium, dum Sardibus foret, exhibitum eſt. Mula enim mulum edidit, ancipitia genitalia habentẽ, maris & fœminę, ſed maris ſuperiora. Quorũ prodigiorum vtrunq; pro nihilo habens, ire pergebat, comitantibus eum terreſtribus copijs, nauticis extra Helleſpontũ nauigantibus, ac terram legentibus, & è diuerſo atq; terreſtres agentibus. Nã ipſi quidem veſperum verſus ad promõtoriũ Sarpedonis nauigabãt: quò cùm perueniſſent, iuſſi erant permanere. Illi verò ad aurorã & ſolis exortũ, iter faciebãt per Cherſoneſum, dextrorſum habẽtes ſepulcrũ Helles filiæ Athamantis, ſiniſtrorſum Cardiam vrbem, per mediũ oppidi, cui nomen eſt Agora, id eſt forum. Illinc deflectentibus ad ſinũ noĩe Melana, hoc eſt, nigrũ, fluuius cui idẽ eſt nomen, nõ ſuffecit, ſed alueũ ſuũ deſeruit. Hoc fluuio tranſmiſſo à quo ſinus hic cognominatur, ad veſperũ verſus contenderunt, Ænon vrbem Æolidem & lacũ Stentoridem prætereuntes, dum ad Doriſcon peruẽtum eſt. Eſt aũt Doriſcus Thraciæ littus pariter & campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit, vbi extrũctus eſt is murus, qui Doriſcus appellabatur, cui impoſitum eſt Perſarũ præſidium à Dario, iã inde cùm Scythis inferebat bellum. Cùm igit locus digerendis recẽſendisque copijs idoneus ei videretur, Xerxes ita ſibi faciendum putauit. Eius iuſſu nauarchi, cũ eò appuliſſent, omnes naues ad littus Doriſco contiguum receperũt, vbi Sala vrbs, Samothracia & Zona ſitæ ſunt: cuius vltimum promontorium Serrium nominatur, qui locus quondã fuerat Ciconum. In hoc littus appulſa claſſe ac ſubducta, qui in ea ſubducenda laborauerãt, reſpirauẽre. Per hoc tempus apud Doriſcum Xerxes luſtrabat exercitum, equidem quantum ſinguli attulerint copiarum, p certo affirmare non poſſum: quoniã à nullis prorſus hominib⁹ id refert. Conſtat aũt terreſtrium copiarũ numerum fuiſſe cẽtum ſeptuaginta myriades, id eſt decies ſepties cẽtena millia. Quorũ numerum hoc modo inierunt: Contraxerunt vnum in locũ myriadem, quę ſunt decem millia hominũ: qua coartata quàm maximè poterant, circulũ extrinſecus deſcripſerunt loco circunſcripto: emiſſaq; illinc myriade, ſepem circundederunt, eatenus excitãtes, vt vmbilico tenus pertingeret. Eam vbi fecẽre, aliã ſubinde atq; aliã myriadem introduxerũt: donec oẽs connumerauerunt, connumeratos aũt nationatim digeſſerunt. Ex quibus qui militabant hi erant Perſæ, hũc in modũ ornati: Circa capita geſtabãt pilea, quæ vocãt tiaras, impenetrabilia: circa corpus tunicas, varijs ſquamis è ferro cõſertas in ſimilitudinẽ piſciũ. Femoralia circa crura pro clypeis, gerra, id eſt cetras, pharetris ſubter pendentibus: haſtas breues, arcus grãdes, ſagittas arundineas. Ad dextrum femur pugiones è balteo ſuſpenſos. Hi ducem habebant Otanẽ patrem Amaſtris, quę erat vxor Xerxis. Vocabant autem quondã Perſę à Græcis Cephenes: à ſe verò ipſis atque ab accolis, Artæi. Verùm poſteaq; Perſeus Danaes & Iouis filius ad Cepheum Beli filium commeauit, & Andromedam eius filiam duxit vxorem, tulit ex ea filium quem Perſen appellauit: eumque illic reliquit: à quo (nã Cepheus ca-

Iupiter nõmine Xerxis.

Lepus ex equa natę: cuius Val. Ma. li. 1. ca. 77 meminit.

Oſtẽta Xerxi oblata.

Mula mulũ peperit.

Helles ſepulcrum.

Doriſcus. Hebrus.

Catalogus copiarum Xerxis.

Modus ineundi exercitus numerum.

Perſarũ ornatus.

Perſarũ nõmẽ vnde.

rebat virili prole) cognomen ſortiti ſunt Perſæ. Medi eodem ornatu inſtructi militabant. Nam hæc armatura Medica eſt, non Perſica. Habebant autē ducem Tigranem Achęmenidem. Ij quondā ab omnibus vocabantur Arij: ſed vbi ad eos cōceſſit ex Athenis Medea Colchis, immutauerūt & ipſi nomen: ita de ſe ipſis Medi cōmemorāt. Ciſſij in militia cætero ornatu vt Perſæ ſunt armati, ſed pro pileis mitras ferunt. Eis dux erat Anaphanes Otanis filius. Hyrcani quoq; Perſica armatura ornati, ducē habebāt Megapanū, qui poſtea Babylonis procurator fuit. Aſſyrij qui militabāt, hūc habebāt ornatum: Ferreas in capitibus galeas, barbarico quodam modo cōſertas, nō facile penetrabiles: clypeos, haſtas, pugiones Ægyptiacis adſimiles: & prēterea ligneas clauas ferro inductas, ac lineos thoraces: Hi à Grēcis Syrij vocabātur: ſed à Barbaris Aſſyrij ſunt vocati, inter quos Chaldæi ſunt. Iis prēerat Hotaſpes Artachæi filius. Bactrij capitis ornatu in acie ſimilimo illi Medico muniti erant, ſed more gentis, arundineis arcubus & haſtis breuibus. Sacæ qui Scythę ſunt, criſtatas in capitib. caſſides geſtabāt, in acutum erectas atq; cōpactiles, induti femoralibus: nec nō arcus gētiles atque pugiones, ad hoc dolabras ac bipennes. Hos, cùm ſint Scythæ Amyrgij, Sacas appellāt, quod cunctos Scythas Perſæ Sacas appellant. Bactrijs & Sacis præerat Hyſtaſpes Darij filius & Atoſſæ Cyri filiæ. Indi veſtiti erant amictu è lignis confecto: arcus arundineos geſtabant, itemq; arūdineas ſagittas ferro præfixas: ita inſtructi Indi, erāt ſub duce Pharnazatre Artabatis filio. Arij Medicis arcubus muniti erant, cæteris quēadmodum Bactrij. Iis præerat Siſamnes Hydarnis filius. Parthi, & Choraſmij, & Sogdi, & Gandarij, & Dadicæ, eandem in acie quā Bactrij armaturā geſtabāt. Quorū Parthis & Choraſmijs præerat Artabazus Pharnacis, Sogdis Azanes Artæi: Gandarijs & Dadicis Artyphius Artabani filius. Caſpij ſiſyris, quod eſt genus penulę, induti, arcus gētili more arūdineos geſtabāt & acinaces, ducē ſui agminis habētes Ariomardū, Artyphij germanū. Sarangæ indumenta geſtantes verſicoloria decori erant, caligasq; genuū tenus extentas, arma habebāt arcus lanceasq; Medicas, duce Pherendate Megabazi filio. Pactyes & ipſi ſiſyras ferebāt, & vernaculos arcus atq; pugiones: quorū dux erat Atrayntes Itramitis filius. Vtij & Myci, & Paricanij, eodē quo Pactyes armati erāt. Sub his ducibus, Vtij quidē & Myci, ſub Arſamine Darij, Paricanij verò ſub Siromitre Oebazi filio. Arabes ſuccincti erāt ziras amiculi genus, arcusq; recuruos habilesque geſtabāt. Æthiopes pardorū pellib. leonūque amicti, arcus è palmarū ſpathis factos gerebāt, quatuor nō minus cubitis longos: & itē prælongas ex arūdine ſagittas, pro ferro prēfixas eo lapide acuminato quo ſigilla ſculpūt: prēterea haſtas capreę cornu pfixas, in modū ſpiculi acuminato, & clauas præferratas. Ii cū eūt in pugnā, dimidiatū corpus gypſo, dimidiatū minio illinūt. Arabū Æthiopūque qui trans Ægyptū incolunt, dux erat Arſames Darij filius & Artyſtonæ Cyri filiæ: quā Darius ex vxoribus maximè adamās, cum talari ex auro tunica effinxit: Arſames quidē Æthiopibus, qui ſunt trans Ægyptum, atque Arabibus præerat. Ii aūt Æthiopes qui ſunt ab ortu ſolis, (nam bifariam militabant) cenſebantur cum Indis, ſpecie nihil admodum à cęteris differētes, ſed ſono vocis duntaxat atque capillatura. Nam Æthiopes qui ab ortu ſolis ſunt, prmiſſos crines: qui ex Africa criſpiſſimos inter oēs homines habēt. Æthiopes qui ex Aſia ſunt, pleraq; arma quæ Indi geſtabant, pellesq; frontium equinarū, cum auribus atq; iubis in capitibus, vt ipſæ iubæ pro criſtis eſſent, & hirtæ aures equinæ rigerent. In locum clypeorū pelles gruum prætendebāt. Pœni corio armati iēre, ac iaculis præuſtis, duce Maſange Aorizi filio. Paphlagones capitibus gerebant cōpactiles caſſides, ſcuta exigua, haſtas haud longas: prēterea iacula, pugionesq;, pedib. caligas more gentis ad media crura ſubtētas. Eandē quam Paphlagones armaturam geſtabant, Lygies & Matieni & Mariandini, & Syri. Hi Syri à Perſis Cappadoces vocātur. Paphlagonum & Matienorum dux erat Dotus Megaſidi filius: Mariandinorum & Lygium & Syrorū. Gobryes Darij filius & Artiſtonæ. Phryges ſimillimā Paphlagonicæ armaturā gerebant, paulùm differentes: qui (vt Macedones aiunt) tā diu vocati

Medorū appellatio.

Medorū armatura.

Indi.

Sarangæ.

Aethiopū diſcrimē.

Maſanges.

cati ſunt Bryges, quàm diu Europei fuerunt Macedonum accolæ: tranſgreſſiq; in Aſiam, vnà cum loco nomen immutauêre in Phryges. Armenij horũ cultu armati erant, vtique Phrygum coloni. His vtriſque p̃erat Artochmes, qui Darij filiam in matrimonio habebat. Lydi proximè ad Græcorum armaturã accedebãt, olim Mœones vocati: priſtinoq; noĩe ſublato, ab Lydo Atyis cognomen acceperunt. Myſi, ſuper capita gentiles galeas ferebant, ſcutula quoque ac pręuſta iacula. Sunt aũt Lydorũ coloni, à mõte Olympo Olympieni nominati. Horũ vtriſq; præerat Artaphernis filius, qui collega Date apud Marathonem conflixit. Thraces è pelle vulpina caſſides geſtabãt, tunicis induti, & inſuper circundati varijs ſagulis, pedibus ac tibijs indutis caliga è pellibus hinnulorũ: ferẽtes præterea iacula & peltas & pugiunculos. Iſti tranſgreſſi in Aſiam, vocati ſunt Bithyni, prius appellati (vt ipſi aiũt) Strymonij, q̃ Strymonem accolerẽt: à ſuisq; ſedib. exacti. Teucris & Myſis Thracib. qui Aſiam incolunt, præerat Bagaſſaces Artabani filius, geſtãtibus breuia è corio ſcuta, & bina ſingulis veruta ad lupos cõficiendos apta, in capitib» æreas caſſides, & ſuper caſſides ex ære factas aures bouis & cornua, impoſitis etiã criſtis, crurib. panno Phœniceo indutis. Martis oraculũ apud hos hoĩes eſt. Cabelees Mæones qui Laſinij vocantur, eundem cultum geſtabãt quẽ Cilices: quem ego, dũ ordine ad Cilices veniam, indicabo. Milyæ lanceolas gerebãt, & veſtes fibulis ſubſtrictas, & eorũ nõnulli Lycios arcus, in capitibus galeas è pellib. factas. Horum omniũ præfectus erat Badres Hiſtanis filius. Moſchi lineas circa capita caſſides gerebãt, ſcutaq; ac haſtilia breuia, ſed lõga in haſtilib» ſpicula. Eodẽ quo Moſchi ornatu militabãt Tibareni, & Macrones, & Moſynœci, quos hi regebãt: Moſchos & Tibarenos Ariomard» Darij filius & Parmyis filię Smerdis filij Cyri. Macrones & Moſynœcos Artayctes Choraſmis filio, q̃ Seſti in Helleſpõto pręſes erat. Mares in capitibus ligneas galeas gerebant, ſcutulaque è crudo bouis tergore, atque lãceolas, præterea macheras, quib. atque Colchis pręerat Pherẽdates Theaſpis filius. Alarodij & Saſpires eodẽ quo Colchi ornatu militabãt, duce Maſiſtio Sirometris filio. Inſulanę gẽtes, quę rubro è mari ſecutę ſunt ex ijs inſulis, ad quas trãſportare rex ſolet quos è ſuis locis ſummouet, gerebãt ſimillima Medis & veſtimenta & arma, q̃bus præerat Mardontes Bagæi, qui apud Mycalem dux altero anno in pugna oppetijt. Hę erãt nationes quæ per cõtinentem ibãt, ex quib» conſtabat pedeſter exercitus, quibus ij præerant, qui cõmemorati ſunt, quique ordinarãt milites connumerauerãtque, & chiliarchas, id eſt, tribunos qui mille: & myriarchas, qui decẽ millib» pręſunt, delegerunt. Myriarchæ verò centuriones decanosque creauerãt. Erant & alij agminũ & gẽtium prætores: verùm ij qui nominati ſunt, duces. Horũ tamen & totius exercitus imperatores Mardonius Gobryis filius, & Triintatæchmes filius Artabani, qui diſſuaſerat bellum Græciæ inferendũ, & Smerdones Otanis filius, ambo hi fratrũ Darij filij, Xerxis patrueles, & Maſiſtes Dario & Atoſſa genit», & Gerges Artagi, & Megabyzus Zopyri filius. Hi erãt imperatores omnium copiarũ, præter delecta Perſarum decẽ millia, quibus præerat Hydarnes Hydarnis filius, qui vocabãt immortales, ob hoc, quòd ſi quis eorum aut nece aut morbo numerũ imminueret, alius ſufficiebat: nec vnquã plures erant paucioresue millibus, præcipuo inter oẽs cultu decori & ijdem præſtantiſſimi omnium, vt dictum eſt, & præterea immenſo auro conſpicui, ducẽtes vna carrucas cum pallacibus ac familia permulta, eaque bellè ornata: nec non camelos ac iumenta, præter cæteros milites, qui commeatum ſupportabant. Equitãt aũt hæ nationes, ſed non omnes habebant equos, verùm hæ ſolę: Perſę, qui eadem erant qua pedi tatus armatura ornati, niſi quòd quidem ſingulares in capitibus opera ex ere ferroq; ductilia. Sunt quidam Nomades homines, qui Sagartij appellantur, & gente & voce Perſæ: ſed cultu inter Perſicum & Pactycum, qui adduxêre equitatum octo millium equitum, armaturam neq; aheneam neq; ferream aſſueti ferre, præter pugiones, vtẽtes reſte è loris conſerta, qua freti in pręlium eunt. Eſt aũt prælium eorũ hoĩm huiuſmodi: Vbi cũ hoſte cõgreſſi ſunt, injiciũt eas reſtes, in ſummo laqueos habẽtes, qui la

Artochmes.

Artaphernes.

Thracũ armatura.

Bithyni.

Bagaſſaces.

Martis oraculum.

Badres.

Xerxis imperatores.

Immortales Perſæ.

Nomades. Sagartij.

Reſtibus inſtructæ pugnæ.

queus cùm equum aut hominem adeptus eſt,eũ ad ſe trahunt:ita illi illaqueati,conſi ciuntur. Talis horum pugna eſt, ijdemque inter Perſas cenſentur. Medi eandẽ equites quam pedites armaturam gerunt:& item Ciſſij.Indi quoque eandẽ quam peditatus ſuus geſtant armaturã. Cæterùm equos deſultorios agebãt & currus,quib. curribus ſuberant & equi & aſini agreſtes. Bactrij eodẽ ornatu inſtructi erãt equites quo pedi tes,& item Caſpij.Pœni & ipſi eandẽ quã pedites armaturã gerebant: curruũ quoq; cuncti agitatores.Itidem & Caſpij & Paricani vt peditatus inſtructi erãt. Necnõ Ara bes eo quo pedites ornati cultu,agitabãt camelos, nihilo inferiores equis pnicitate. Hæ ſolæ gentes erant equeſtres.Fuitq; numerus equitũ octo myriadum,id eſt,octoginta millium, præter camelos & currus.& alij quidẽ equites in ordinẽ redacti erãt. Arabes autem in vltimo locati,ob id poſtremi,ne equitatus conſternaretur equis camelos non tolerantibus.Equitatus pręfecti erant Harmamithres & Tithæus filij Datis.Tertius horũ collega Pharnuches,Sardibus erat relictus ægrotus.Nam cùm Sardibus proficiſceretur,in calamitatem incidit inſciens.Equitante eñ eo,canis ſub pedes equi intercurrit:quo equus improuiſo deterritus,atq; erectũ ſeſe attollens,Pharnuchem excuſſit.Hic collapſus ſanguinem euomuit inciditq; in morbũ, qui in phthiſim.i.tabem,euaſit.Equo aũt à caſu ſtatim domini,fecerũt famuli vt ille iuſſerat:Abducto nanq; in eũ locũ vbi dominũ ſtrauerat,crura cũ genib⁹ abſciderũt. Itaq; Pharnuches à pfectura ſummot⁹ eſt. Triremes initio numero fuére mille ducẽtæ & octo: quas hi adduxère:Phœnices cũ Syris qui Palęſtinã incolũt,trecẽtas,hũc in modũ ornati:Circa capita galeas Græcanicis ſimillimas gerunt, induti thoracibus lineis cum ſcutis vmbone carentibus,cumq; iaculis.Hi Phœnices(vt ipſi memorant) quondam mare rubrũ accolebant:illinc tranſgreſſi, maritima Syriæ habitãt.Is tractus Syriæ,& quicquid Ægypto tenus eſt, Palęſtina vocitaſ. Hi circa capita caſſides forcipiculatas gerunt,conuexa ſcuta magnis vmbonib.prædita,ac grandia pila nautica,& grãdes bipẽnes. Eorũ turba thoraces gerebat,ac magnas macheras. Hunc in modũ iſti armati erãt.Ciprij cẽtum quinquaginta naues,hoc modo armati:Reges eorum mitris redimiti erãt.Reliqui tunicas geſtabãt,cætera vt Græci. Quorũ gentes ſunt partim à Salamine & Athenienſib⁹,partim ab Arcadia,partim à Cythno,partim à Phœnice,partim ab Æthyopia oriundi,vt ipſi Ciprij aiunt. Cilices centum naues. Hi circa capita ferebãt gẽtiles galeas,pro ſcutis parmulas è crudo bouis corio factas,laneis veſtib. induti:bina ſinguli iacula geſtantes,enſem machęræ Ægyptiacæ perſimilem, quõdam Hypachæi appellati:ſed à Cilice Phœnice Agenoris filio ita cognominati. Pamphilij triginta naues Græcanicis armis ornati,ab illis originem ducentes,qui cũ Amphilocho & Calchãte è Troia diſiecti fuerãt.Lycij prębuerunt naues quinquaginta, thoracib. ocreisq; armati,arcub⁹ quoque è cornu factis,& arundineis ſagittis ſine pẽnis, atque iaculis,gerẽtes ex humeris ſuſpẽſas caprarũ pelles,& in capitib⁹ pilea pinnis coronata, quinetiã pugiones & falces:è Creta oriundi quondã Termilæ nominati, ſed à Lyco Athenienſi Pandionis filio,Lycij cognominati. Dores qui ſunt ex Aſia,naues triginta.Ii Greca gerebãt arma,vti è Peloponneſo ,ppagati.Cares ſeptuaginta naues cætera Græco more ornati:ſed & falces & pugiones gerebãt: quos prius appellatos fuiſſe Hœtines,in ſuperiorib. libris dictum eſt.Iones centum naues,armati Greco ritu: qui quãdiu in Peloponneſo regionem quæ vocaſ Achaia,incoluerunt,& ante ad uẽtum Danai & Xuthij in Peloponneſum(vt Greci aiunt)vocabanſ Pelaſgi Ægialees,id eſt,littorales:ſed ab Ione Xuthi filio, Iones ſunt appellati. Inſulani naues decẽ & ſeptẽ,armati vt Græci,& ipſi Pelaſgica gens:ſed mox Ionica, ob eandẽ cauſam ob quã & duodecim oppida ſunt Ionica ab Atheniẽſib. appellata. Aeoles ſexaginta naues,ritu Greco armati,olim Pelaſgi(vt apud Grecos ferũ)vocati.Helleſpõtij centum naues pter Abydenos:quib⁹ mandatum erat ab rege,vt circa locũ manerẽt ad põtes, cuſtodiẽdos. Cęteri è Ponto erãt,Greco more armati, Ionum ac Dorum coloni. In omnib.autẽ nauib⁹ epibatę erãt Perſę,& Medi,& Sacæ. Quarũ velociſſimas attulêre Phœni-

Equeſtriũ Perſarũ copiarũ numerus.

Naulũ Perſarum catalogus.

Cyprioru varium genus.

Cilices vndo.

Dores.

Ionũ appellatio.

Phœnices, & inter Phœnices optimas Sidonij. Harum ſingulis, & item pedeſtribus eorũ copijs prefecti erãt vernaculi duces: quorũ ego (quia ratio hiſtorię nõ exigit ne ceſſariò) non faciam mentionẽ. Neq; eñ ſingularũ nationum duces, digni memoria fuêre, quarũ quot vrbes, tot duces extitêre: ſed nõ vt ductores, verũ vt ſerui, quemad modum alij qui ducebãtur in militiã, venêre: qñ duces penes quos ſumma imperij erat, vt ſingularũ gentiũ principes, quinã eorũ Perſę fuerint, à me cõmemoratum eſt. Nauticis hi prefuêre. Ariabignes Darij, & Præxaſpes Aſpathinis, & Megabazus Megabatis, & Achæmenes Darij filius. Iadicæ quidẽ claſſi & Carię Ariabignes, ex Dario & filia Gobryis genitus: Aegyptiacæ aũt Achæmenes, Xerxis ex vtroq; parente germanus: reliquæ aũt claſſi reliqui duo. Porrò biremes lembos quinquaginta aut triginta remorũ, & actuaria nauigia, & alia minuta cũ hippagogis, quæ equos vehũt, cõtracta cõſtat ad trium milliũ peruenisſe. Eorum qui in claſſe erãt, ſecundũ duces illuſtriſſimi fuêre Sidonius Tetrãneſtus Alleſi filius, & Tyrius Mapen Sironi, & Aridius Nerbalus Arbali, & Cilix Cyenneſis Horomedontis, & Lycius Cyberniſcus Sicę. Cyprij aũt Gortus Cherſius, & Timonax Timagoræ: Cariorum verò Hiſtiæus Tymnis, & Pygres Seldomi, & Damaſithymus Candaulis filius. Aliorum nunc præfectorum mentionem facere ſuperſedeo, tanquam non neceſſe habẽs. Verùm Artemiſię præcipua me tenet admiratio mulieris, expeditionem aduerſus Græciã ſecutæ: quæ defuncto viro, ac pupilli filij tyrannidem obtinens, nulla adacta neceſſitate, ſed præſtantia animi atq; virilitate in militiam cõceſſit. Nomẽ ei erat Artemiſiæ Lygdamis filiæ, paternũ genus ex Halicarnaſſo, maternũ è Creta. Imperans hęc Halicarnaſſeis, & Coïs, & Niſyrijs, & Calydnijs, quinq; cum nauib. venit omni copia inſtructis. Ita poſt Sidonias hæ naues fuerunt illuſtriſſimæ. Eadẽ apud regẽ optimas inter omnes ſocios ſententias dixit. Quas ciuitates recenſui ſub illius imperio fuiſſe, earum vniuerſam gẽtem aio Doricã eſſe, Halicarnaſſeorũ qdem Trœzeniã, cæterorum autẽ Epidauriã. Hactenus de nautico exercitu. Xerxes, inito copiarum numero, militib. inſtructis, cõcupiuit illos luſtrando oculis obire, quẽadmodum & fecit. Itaq; inſcenſo curru ſingulas nationes luſtrãs, qnam eſſent percõtabat: quarum profeſſionẽ ſcribę excipiebant, donec ad extremos equitũ peditũq; peruentum eſt. Hoc perfecto, & nauib. in mare deductis, Xerxes è curru in nauim Sidoniam tranſcẽdit: reſidensqud ſub aureo tabernaculo, præteruehensque nauium proras, ſciſcitabatur de ſingulis itidem vt de terreſtri exercitu fecerat, deſcribique iubebat. Iam verò nauarchi productas à littore quatuor ferè iugerum ſpacio, naues ſtabilierant, conuerſis à terra proris, & in vnam frontẽ digeſtis, epibatis quoque, id eſt, propugnatorib, tanquam ad bellum armatis, quos Xerxes inter proras & litto nauigãs, cõſpicabatur. Vbi aũt & claſſem luſtrauit, egreſſo naui accerſit Demaratũ Ariſtonis, comitẽ aduerſũ Græciã expeditionis, eique accerſito ita inquit: Demarate, iuuat nunc me quæ cupio abs te interrogare, qui & Græcus es, & non ex minima ciuitate, vt audio tam ex te quã ex alijs Græcis, qui me alloquendi gratia adeũt. Nunc igitur hoc mihi expone, nunquid Græci ſuſtinebunt manus cõtra me leuare? Nã (vt ego opinor) ne omnes quidẽ Græci ac cæteri mortales, qui ad Heſperum incolunt, ſi cõgregentur, pares fuerint noſtris armis, nec me inuadentẽ expectauerint: cũ nõ ſint inter ſe cõcordes libet tamen mihi abs te audire, quid de hoc dicas: His verbis interrogauit. Demaratus excipiens: Vtra, inquit, apud te rex vtar, veritatẽne an iucunditate? Ille vt veritate vteretur, iubere. Neque eñ ſibi ob id eũ minus iucundũ fore, quã antè fuiſſet. Hoc vbi Demaratus audiuit: Qñ, inquit, me iubes rex oĩno veritatẽ ploqui, ea dicã quæ nemo niſi mentiẽs apud te poſtea carpet: Græcia ſemper alũna fuit paupertatis, hoſpes virtutis, q̃ à ſapiẽtia acciuit, & à ſeuera diſciplina, quã vſurpãs Græcia, & paupertatẽ tuet, & dominatũ. Ita laudo qdẽ oẽs Græcos, qui Dorica illa loca vel circà incolũt, ſed nõ de cunctis eis verba faciã, verũ de Lacedemonijs ſolis. Iã primũ nego fieri poſſe vt tuã orationẽ admittãt, afferentẽ Græciæ ſeruitutem. Deindẽ dico vẽturos tibi obuiã ad pugnãdum, etiam ſi cæteri Græci omnes ſentiant tecum. Neque verò de numero eorum quæras, quot illi ſint qui hoc facere poſſint.

Ducũ.

Epibatæ.

Xerxes ad Demaratũ

Demarati cũ Xerxe cõfabulatio.

Græciæ laudes.

Lacedemoniorum virtus.

possint. Nam si in exercitu eorum mille fuerint, ij tecum congredient: & itē siue pauciores siue plures. Hæc cū audisset Xerxes, sublato cachinno inquit: Demarate, quod nā extulisti verbū, mille omninò viros cum tanto exercitu cōgressuros? Agedum dic mihi nonnē teipsum ais istorū virorū fuisse regem? Visnē igitur sine mora tu cum decem viris dimicare? Quòd si vestri populares oēs tales sunt, quales tu prædicas, pfectò secundū vestra instituta debes tu, qui illorū es rex, duplū pstare, quā singuli eorū: qui si denis è meo exercitu pares sint, iure abs te posco vt viginti sis par: ita verba quæ dixisti, cōprobabunt. Atqui si tales sunt illi, ac tāta statura, qualis quātusq; tu ac cæteri Græci qui in colloquiū meū venerūt, videte ne cū tantopere gloriamini, frustrà id insolenterq; faciatis. Nā agè intelligam, quocūq; argumento, vnde fieri queat, vt mille aut decem millia, atq; quinquaginta millia hoim, qui pstertim sint oēs liberi, nec vnius imperio subiecti, tanto exercitui obsistant, cū simus nō plures quā milleni ad singulos eorum, si fuerint quinq; millia. Nam sub vno (quemadmodū apud nos fit) imperatore milites, illius metu, etiā cōtra suā ipsorū naturā, meliores efficiuntur, adactiq; verberib⁹ vel pauciores aduersus plures eunt, ijdem remisso libero sibi arbitrio, neutrū horū faciūt. Adeò opinor Græcos etiam pares numero Persis, ægrè cum eis solis certaturos: quinimò istud apud nos solos est quod ais, verū nō ita multū, sed rarum. Sunt enim è Persis meis satellitib⁹, qui velint cū ternis Græcis pariter dimicare, quorū tu inexpertus multa blateras. Ad hęc Demaratus: Intelligebā, inq;t, rex ab initio, me vera dicentem nō iucundum tibi futurum. Sed quia tu dicere me verissima coēgisti, dixi quæ erāt è dignitate Spartanorum. Quanq; ipse optimè intelligis, quātopere nunc illos ego amē, qui me honore & dignitate paterna exutū, extorrem, profugumq; fecerunt: quem pater tuus exceptū, victu ac domicilio donauit. Quare non est credibile, virum prudentē respuere beneuolentiā exploratā, sed maximè obseruare. Ego eñ neq; cum decem promittam me posse dimicare, neq; cum duob⁹, ac ne singulari quidē certamine volēs certauerim. At si necesse fuerit, aut vehemēs discrimē institerit, libentissimè cum vno quolibet istorū oīm dimicarē, qui se singulos aiūt idoneos ad certādum cum ternis Grecorum. Etenim Lacedæmonij pugnādo cu singulis, non sint illi quidem cæteris deteriores viris: at cōferti, cunctorum virorū sunt excellētissimi. Nā licèt sint liberi, nō tamē sunt vsq; quaq; liberi, qppe qb⁹ pēst domina lex, quā multò magis metuunt, q̄ tui te. Faciūt ergo q̄cunq; illa cogit. Cogit autē idē semper, vetās semper eos ex acie fugere q̄tamuis hoīm multitudinē: sed iubēs vt ordinē nō deserētes, aut vincāt aut occumbāt. Hæc ego loquēs, si tibi blaterare videor, volo posthac in cęteris silētiū agere. Hacten⁹ loqui coact⁹, tibi verò ex sentētia cōtingat rex. Hęc locuto Demarato, Xerxes ad risum versus, nulla indignatione permotus est, sed comiter hoīem remisit. Post Demarati colloquium, vbi Doriscō præfecit prætorē Masçamen Megadostis filiū, amoto eo quē Darius pręfecerat, ire cū exercitu aduersus Grēciā pergit. Huic Masçami, quē illic reliquit Xerxes, vni tanq̄ oīm prętorū præstātissimo, quos aut ipse aut Darius cōstituisset, dona quotannis misit: & itē eius posteris Artaxerxes filio Xerxis. Etenim ante hāc expeditionē, in Thracia & vbiq; in Hellespōto prætores fuerāt, qui oēs post eādē expeditionē à Grecis eiecti sunt, & è Thracia & ex Hellespōto, præterq̄ è Doriscō. Vñ Masçamē Greci pmulta conati, tñ eijcere nequiuerūt. Ob id huic ab eo q̄ in Persis regnat, sem p dona mittūt. Eorū verò qui à Græcis expulsi sunt, neminē rex Xerxes virū egregiū esse dixit, pter vnum Bogē ex Eione, quē laudare nō desinebat, eiusq; (q̄ superfuēre) liberos maximo inter Persas honore prosequebatur. Siquidē magnis ferri laudibus Boges meruit: qui cùm ab Athenien sib⁹ & Cimone Miltiadis filio obsideretur, liceretq; ei accepta fide egredi, & in Asiā remeare, tamē abnuit, ne regi pręmetu superfuisse videretur, sed ad extremū vsq; perstitit, atq; vbi nihil in mœnibus cōmeatus reliquū fuit, accenso ingenti rogo, interemit liberos, coniugē, concubinas, familiam: eosq; in rogū deiecit. Dehinc omne aurum vrbis atq; argentum è muris dispersit in Strymonē. His actis, semetipse coniecit in rogum. Ita hic merito à Persis ad hoc vsque tempus præconio cele-

Milites imperatoris virtute meliores.

Lex domina.

Masçamis eloglum.

Artaxerxes.

Regis laus.

celebrat. Xerxes è Doriſco in Græciã tendens, vt quoſque populos adibat, ſecũ militare cogebat. Erat aũt (vt ſuperiꝰ à me expoſitum eſt) oĩs ad Theſſaliam vſq; tractus in ditionẽ redactus, & regi tributarius effectus à Megabazo, & mox à Mardonio. Digreſſus à Doriſco, ꝑterijt primùm Samothraces muros, quorum vltimum oppidum ad veſperã ſitum eſt noĩe Meſambria, cui vicinum eſt oppidum Thaſiorum Stryma: q̃ oppida interfluit amnis Liſſus, cuius aqua tunc nõ ſuffecit copijs Xerxis, ſed defecit. Hæc olim regio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quæ tamen optimo iure Ciconum eſt. Tranſmiſſo profluente Liſſi arefacto, Xerxes has Græcas vrbes præter greſſus eſt: Maroneam, Dicæam, Abdera, eas inq̃ præterijt, & hos qui iuxta eas ſunt, famoſiſſimos lacus, Iſmaridem qui Maroneã Strymamque interiacet: Biſtonidẽ Dicææ contiguum, in quem duo flumina ingrediuntur, Trauus, & Cõpſatus. Qui iuxta Abderam ſit, nullum nobilem lacum præterijt Xerxes, ſed fluuium Neſtum mare ſub euntẽ. Poſt has regiones perrexit mediterraneas verſus vrbes. In quarum vna eſt lacus triginta fermè ſtadiorum in circuitu, piſcoſus & admodum ſalſus: quẽ ſola iumenta cũ aquarentur, exiccauêre. Huic vrbi nomen eſt Piſſyrus. Has vrbes & maritimas & Græcas, ſiniſtrorſum relinquens ꝑterijt Xerxes. Per quas aũt gentes Thraciæ prouinciæ iter fecit, hæ ſunt: Pæti, Cicones, Biſtones, Sapæi, Derſæi, Hedoni, Satrę. Quorum qui maritimi erãt, nauib. ſecuti ſunt: qui verò mediterranei, à me ſunt commemorati, ꝑter Satras. Cæteri oẽs terreſtri itinere ſequi coacti ſunt. Satræ nulli adhuc hoĩm, quantũ nos ſcimus, fuêre ſubiecti: ſed ſoli è Thracibus ad meã memoriã liberi ſemper perſtitêre. Editos enim mõtes incolunt, omnigenis arboribus ac niuib» obſitos: viri in re bellica eximij: apud quos oraculũ eſt Bacchi idq̃; in editiſſimis montibus. Eorum qui in illo tẽplo Bacchi vaticinãtur, ſunt Beſſi. Antiſtes verò qui reddit reſponſa, quẽadmodum Delphis, & nihilo magis variè. Peragrata quã dixi regione, Xerxes ſecundo loco tranſijt muros Pierum, quorũ vni nomen eſt Niphrage, alteri Pergamo. Hàc iter præter eos montes faciebat, à manu dextera relinquens montem Pangæum, magnum atq; excelſum, in quo aurea ſunt & argentea metalla: quem cùm Pieres & Hodomanti, tũ præcipuè Satræ exercẽt. Super Pangæum ad aquilonẽ habitantes Pæones, Dobores, & Pæoples prætergreſſus Xerxes, ad veſperã verſus contendit, donec ad flumen Strymonem peruenit, & vrbẽ Eionem, cuius prætor Boges (de quo paulò ante fecimus mentionem) adhuc viuebat. Regio Pangæo monti circunecta, nominatur Phillis. Hinc veſperũ verſus ad flumẽ Angiten, quod Strymonem ſubit. Hinc meridiẽ verſus ad ipſum Strimonẽ, ad quẽ Magi mactatis equis candidis litauerũt. His & alijs compluribus medicamentis in flumen factis, per nouem vias Hedonorum ĩêre: iuxta quas Strymonẽ pontibus iunctũ inuenêre. Audiẽtes autẽ eum locũ nouem vias Hedonorũ appellari, totidẽ illic pueros ac virgines puellarũ indigenarũ filios viuos defoderũt. Perſicum em̃, defodere viuẽtes. Nam & Ameſtrim Xerxis vxorẽ, iã ꝓuectę ætatis, audio bis ſeptẽ illuſtriũ Perſarũ liberos defodiſſe, ad referẽdam ꝓ ſe gratiã deo, q̃ ſub terra eſſe ferũ. Vbi à Strymone ꝓgreſſus eſt exercitus, illic ad ſolis occaſum verſus, eſt littus, in quo ſitã vrbem Græcã noĩe Argilũ ꝑterijt. Hæc & q̃ ſuper eã eſt regio, vocaũ Biſaltia. Illic ſinũ Neptuni tẽpli à læua manu habẽs, perrexit ad cãpũ noĩe Syleũ, ꝑteriens Stagirũ Græcã vrbẽ, peruenitq̃; Acanthũ, ducens vnà ſingulas harũ gentiũ, & itẽ accolas mõtis Pangæi, & earũ quas ſuperius cõmemorauì: ijs qui maritimi erãt, claſſe: qui ꝓcul à mari aberãt, terreſtri itinere ſequentib». Hanc viã qua Xerxes duxit exercitũ, Thraces neq; confundunt neque ferunt, ſed ad mea vſq; tẽpora magnopere venerantur. Poſteaq̃ Acanthum peruenit Xerxes, præcepit Acanthijs vt hoſpitalitatem exhiberent, eosq̃; Medica veſte donauit: laudans quod alacres cerneret eſſe ad bellum, quodque audiret foſſam eſſe abſolutam. Xerxe apud Acanthum agente, contigit vt Artachæes, qui foſſæ faciundæ præfuerat, morbo decederet, vir Xerxi ſpectatus, genere Achæmenides, ſtatura inter Perſas ꝓceriſſima. quippe cui quatuor omninò digiti deerant, à longitudine quinque regiorum cubitorum. Xerxes magno damno ducens maximum hominum fato functum,

Samothraces muri. Meſambria.

Dionyſij oraculum.

Pierum muri.

Ameſtris. Viuos defodere.

Artachæes.

Proceritas Artachęi.

apparatiſſimè eũ funerauit,exhibito etiã epulo, eiusq; tumulũ oĩs exercit⁹ extruxit: cui tanq̃ heroï ex oraculo Acanthij ſacrificant,noĩe eum nuncupãtes.Et rex quidem Xerxes amiſſo Artachæe,iacturã ſe feciſſe exiſtimabat. At ij Græci qui exercitũ excipiebant,cum Xerxi cœnã p̃berent,in oẽm miſeriam deuenêre, adeò quidẽ,vt ſuis laribus efficerentur extorres.Dum Thaſij pro ſuis,q̃ in continente ſunt vrbes, Xerxianas accipiunt copias,Antipater Orgis filius,elat⁹ animo,vir inter populares illuſtris, erogauit in cœna quadringenta argenti perfecti talenta. Eã rẽ vbi accepêre qui præerant alijs circà vrbibus(tale enim cõuiuium iampridem inductum fuerat, & diu celebratum) hoc vbi accepêre p̃ſertim præconibus paſſim prædicantib⁹, tunc verò oppidani frumentum,quod in vrbib.erat,inter ſe diſtributũ molebant, farinamq́ triticeam hordeaceamq́; in cõplures menſes faciebant. Ad hæc excogitauêre ob p̃cium optima quæque pecora ſaginare,& altiles aues habere, terreſtres paluſtresq́ue in cortibus,& in viuarijs ad accipiendũ exercitum. Quinctiã aurea argẽteaq́; pocula & crateres faciebant,& cætera q̃ menſæ imponunt.Hæc oĩa ipſi regi,& ijs qui cũ illo veſcebantur,fiebant:cætero aũt exercitui, q̃ ad eſum duntaxat p̃cepta erant. Sub aduentũ exercitus,tabernaculum vbi exercitus maneret,ſtatuebatur, reliqui ſub dio agebant. Vbi tẽpus cœnæ aderat,tunc conuiuatores laborem ſuſtinebant. Iſti cum expleti noctem illic exegerant,poſtero die reuulſo tẽtorio, & omni apparatu ſumpto ita abſcedebant,nihil relinquentes,omnib.aſportatis.Vnde Megacreontis viri Abderitę elegans dictum extitit,qui ſuaſit Abderitis,vt vniuerſi,mares pariter ac fœminæ,ſua delubra adirẽt:ſuppliciterq́; dijs aſſidentes precarentur, vt poſthac dimidiũ futurorum malorũ à ſe propulſaretur. Nam de p̃teritis magnam ſe gratiã illis habere,q̃ rex Xerxes nõ bis quotidie cibum capere cõſueſſet. Fore enim vt Abderitæ,ſi iuberentur vt etiam prandium ſimile cœnæ inſtruerent,aut non præſtolarentur Xerxem aduenientem:aut præſtolati,peſſimè inter oẽs hoĩes affligerentur.Et iſti quidem quanq̃ grauatè,tamen quod ſibi imponebatur,exequebantur.Xerxes verò ex Acantho duces claſſis à ſe dimiſit,iuſſos ad Thermam cum claſſe ſe operiri. Eſt autem Therma in Thermæo ſinu ſita,à qua ipſe ſinus habet cognomen.Hàc enim cõpendiariam magis viam eſſe audiebat. Nam è Doriſco ad Acanthum vſque, ita inſtructus exercitus iter fecerat,tripartito diuiſus omnis iuſſu Xerxis:vt vna pars ſecundũ mare iret vnà cum claſſe, cui parti præerant Mardonius & Maſiſtes : altera per mediterranea, cui præerant Tritatæchmes & Sergis:tertia inter has media,cum qua Xerxes ipſe incedebat,ducibus Smerdone & Megabyzo. Nauticus exercitus vbi à Xerxe diſceſſit, foſſam enauigauit in Atho depreſſam ac perductam ad ſinum, in quo Aſſa & Pidorus, & Singus, & Sarga vrbes ſitæ ſunt.Ex quibus ſumpto cõmilitio, pergit ire ad ſinum Thermæũ, circumuectusq́ue Ampelon promontoriũ Toronæum pernauigauit has Græcas vrbes,vnde & naues & cõmilitium ſumpſit,Toronam,Galipſum,Sermylam,Mecybernam,Olynthum,quæ regio nunc Sitonia nominat.Ab eo promontorio Ampeli prę cidens mare vſq; ad promontorium Canaſtræum,totam fere Pallenem pręteruectus eſt.Illinc quoq; & naues & commilitium ſumpſit ex Potidæa,ex Aphyſtie,Noua vrbe,ex Ægea,ex Therambo,ex Sciona, ex Menda,ex Sana. Hæ ſunt vrbes ſitæ in Pallena,Phlegra prius appellata. Pernauigans hanc regionẽ,ad præſtitutũ locum tendebat,ſumens etiam milites è vicinis Pallenæ vrbibus, ac Thermæo ſinui conterminis, quib⁹ hæc noĩa ſunt,Lipaxus,Combrea,Liſſæ,Gignous,Camſa,Smila,Ænea,quarũ regio adhuc Creſſæa nominatur. Ab Ænea,in qua finis enumerandarum vrbium mihi factus eſt,iã ad ipſum Thermæũ ſinum curſus claſſis extitit,& ad terrã Mygdoniã, donec ad Thermã,quò p̃ceptum erat,peruentũ eſt ad vrbẽ Sindum, & ad Caleſtram ſuper Axium ſitã flumen,quod Mygdoniã terrã dirimit à Bottiæide:cuius terræ Bottiæidis arctũ ad mare locum obtinent vrbes Ichnæ & Pella. Hîc nauales copiæ circa flumen Axium & vrbem Thermam, & alias in medio horũ vrbes ſtatiua habuêre,regem opperientes. Huc peruenire volens Xerxes, Acantho profectus cũ terreſtribus copijs mediterranea incedebat,peragrans Pæonium agrũ atque Creſtonicum, ſuper amnem

Megacreõtis dictum

Bis in die cibum ſumere.

Therma. Xerxis fiducia.

Xerxis feſtiuũ ſtratagema.

Ichnæ. Pella.

amnem Chidorum: qui è Creſtonæis initio ſumpto, per terrã Mygdoniam fluens, in paludem (quæ eſt ſupra Axium) euoluitur. Hàc iter faciente Xerxe, leones impetum dederunt in camelos, qui commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis cõ ſuetis cò deſcenderunt: nulloq; alio neq; iumento neque hoïe tacto in camelos graſſati ſunt. Cuius rei cauſam admiror, quod leones, quoties aliundè eis eſt quo indigent, abſtinent ab inuadendis camelis, quod animal nunq; antea nec experti fuerant illic, nec viderãt. Sunt aũt per ea loca leones multi, & boues agreſtes ꝓgrandibus cornib⁹, q; ad Græcos veniunt. Leonũ terminus eſt Abderorũ flumen Neſtus, & Achelous, q; per Acarnaniã fluit. Nã nemo aut ad aurorã trans Neſtum vſquã gentium viſerit leonem in Europa, aut trans Acheloum ad Heſperũ in reliqua cõtinente: ſed in horum fluuiorum medio leones gignuntur. Poſtq; Thermam venit Xerxes, ibi ſubſtitit, tantum maritimi ſpacij occupantib. caſtris, quantum eſt ab vrbe Therma & Mygdonia, vſque ad cõfluentem Lydei & Haliacmonis: vbi agrũ Bottiæidem, Macedonicumque diſterminant. In his locis ſtatiua habuêre Barbari: quibus potantibus ſolus ex ijs (qui cõmemorati ſunt) amnibus, Chidorus è Creſtonæis fluens non ſuppetijt, ſed defecit. Xerxes è Therma proſpiciens Theſſalicos montes, Olympum & Oſſam, præcelſæ magnitudinis, audiensque in medio eorũ anfractum anguſtũ eſſe, per quẽ fluit Peneus, & illic viam eſſe q; in Theſſaliam fert, cupidine captus eſt nauigandi ad oſtium Penei inſpiciundum, quia ſuperiorẽ viam tenenti erat eundum per Macedones ſupernè habitantes ad Peræbos, præter Gonnum vrbẽ. Nam hàc tutiſſimum iter eſſe audiebat. Atque vt concupiuit, ita & fecit. Itaque eõſcenſa naui Sidonia, quam ſemper conſcẽdebat, quoties ei tale aliquid facere libebat, extulit ſignum cæteris nauibus, pficiſcendi, relictis illic terreſtrib. copijs. Eò poſtq; peruenit, oſtia Penei cõtemplantem ingẽs admiratio cùm ſubiret, accitos viæ ductores interrogauit, nunquid flumẽ poſſet auerti, vt alibi mare ingrederetur? Narratur aũt Theſſalia quondã lacus fuiſſe, vtpote concluſa vndique prælatis montibus. Nam quod Theſſaliæ ad auroram ſpectat, id Peliõ & Oſſa iunctis inter ſe radicib. prꝛcludunt: quod ad ventum aquilonem, id Olymp⁹: quod ad Heſperum, id Pindus: quod ad meridiem & ventũ auſtrum, id Othrys: quod inter hos mõtes medium, id Theſſalia eſt, ita deuexa, vt cùm alij frequentes amnes in eã defluant, tum ij quinque ꝓcipuè, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamiſus: qui è montib. Theſſaliam ingentibus in eam planitiem cõfluentes, per vnum anfractum & eum arctum in mare euadunt, in vnã aquam oẽs redacti: qui ſimul ac confluentẽ fecerunt, Peneus retento ſuo noïe cæteros innominatos reddit. Fertur quondam, cùm nõdum eſſet hic anfractus, per quẽ flumina mearent, hos fluuios, & ꝓterea lacũ Bœbeidem, nõ fuiſſe nominatos quemadmodum nunc, & tñ non minus q; nũc fluxiſſe: ſed ſuis fluentis oẽm Theſſaliam effeciſſe pelagus. Ipſi quidẽ Theſſali memorant Neptunum feciſſe cõuallem, per quã meat Peneus, haud abſurdè ſentiẽtes. Quiẽ arbitratur Neptunum terrã quatere, & quæ terræ motu diſcuſſa ſunt, huius dei eſſe opera, ei cernenti hunc locũ videtur Neptunus id feciſſe. Nanq; diductio illa montium (vt mihi videtur) terræmotus eſt opus. Xerxi interrogãti, nunquid alibi eſſent in mare oſtia Penei, ductores ſui rem cõpertam habentes: Rex, inquiunt, nulli ſunt huic flumini alibi in mare tendentes exitus quàm hic ipſe. Cuncta enim vndique montibus redimita Theſſalia eſt. Ad hoc Xerxes dixiſſe fertur. Solertes ſũt viri Theſſali, qui ſuæ ſibi imbecillitatis conſcij, iampridem cùm alia præuiderunt, tum verò hoc, quòd regionẽ habebant facilem occupatu, & maturè expugnabilem. Solum emꝫ hoc eſſe negociũ, flumen obſtructo anfractu, auerſoq; alueo per quem meat, in eorum terrã inducere, à quo oĩs Theſſalia ꝓter montes aquis obduceretur. Hæc ita ſe habere Xerxes apud filios Alei dixit, qm̃ Theſſali è Græcis principes regi ſeſe tradiderãt, rat⁹ id illos per totã nationẽ diuulgaturos. Hoc locutus, & locũ contemplatus, Thermã renauigauit. Vbi cõplures dies circa Pieriã eſt cõmoratus (nã mõtem Macedonicũ, vt illac in Peræbos oĩs tranſiret exercit⁹, tertia eius pars repugnabat) eodẽ legati qui dimiſſi in

Leonũ natura atque loca.

Chidori aqua.

Xerxianis copijs non ſufficit.

Theſſaliæ deſcriptio

Græci-

Græciã fuerant ad terrã petẽdam, regreſſi ſunt partim inanes, partim terrã & aquam afferrentes. Quã qui dederũt, eorũ hi fuêre: Theſſali, Dolopes, Enienſes, Peræbij, Locri, Magnetes, Melienſes, Achęi, Phthiotæ, & Thebani, cæteriq; Bœotij: p̃ter Theſpienſes & Platæenſes: cũ quibus ij Græci Peræbij percuſſerant fœdus, qui bellũ aduerſus Barbarũ ſumpſerãt. Fœdus aũt ita habebat: Quicunq; Græci ſeſe dedidiſſent Perſæ, nõ adacti neceſſitate, eorũ decimum quẽque, rebus bene cõſtitutis, ſe deo qui Delphis eſt deuoturos: ita apud Græcos iuſiurandũ habebat. Xerxes neq; Athenas neq; Spartã legatos terrã petitum miſerat: ob id, quod quos ante Dario ad hoc ipſum miſiſſet, eorũ alios iſti in barathrum, alios in puteũ deiecerãt, iubẽtes eos illinc terrã & aquã ferre ad regẽ. Hac de cauſa Xerxes nullos illuc ad petendũ miſit. Et Atheniẽſib. quidẽ q; ita legatos tractarint, quid triſte cõtigerit, nõ queo dicere, niſi quod eorũ ſolum cũ vrbe vaſtatũ eſt: quod tñ ipſum nõ ea cauſa ſuſpicor cõtigiſſe. Lacedæmonijs verò ira Thalthybij, qui fuit Agamẽnonis p̃co, incubuit. Eſt aũt Spartę Thalthybij tẽplum, cũ eius poſteris, qui Thalthybiadæ nominant, quib. honos legatiõis Spartanorum ſemper tribuitur. Itaq; poſt eã rẽ Spartiatæ cũ læta exta eis nõ eſſent, idq; diu cõtingeret, pertæſi huius calamitatis Lacedæmoniorũ, cœtu frequẽter coacto hoc edictum ꝓpoſuêre: Si quis Lacedęmoniorũ velit ꝓ Sparta occumbere. Tunc Sperthius Aneriſti, & Bulis Nicolai filius, viri Spartiatę, & natalib. & opibus inter primos, vltrò ſe obtulerunt ad ſatisfaciendũ ſua pœna Xerxi Darij filio, ob legatos apud Spartã interẽptos. Ita hos Spartiatæ tanq̃ mortẽ obituros, miſerunt ad medos. Digna admiratione cum audacia horũ virorum, tũ verba ab eis habita. Nã Suſa tẽdentes, ad Hydarnẽ Perſam Aſianæ oræ maritimæ p̃fectum venerunt: qui eos hoſpitaliter munificeq; acceptos, his verbis interrogauit: Viri Lacedęmonij, quid ita reſpuitis effici amici regis? Cernite eñ ex me & meo ſtatu, q̃ ſciat honore ꝓſequi rex viros egregios, vos itidem honoratur», ſi voluiſtis ei dederitis. Videamini modò apud eũ eſſe viri egregij: qñ ſinguli veſtrũ, rege donante, principatũ Gręciæ obtinebunt. Ad hæc illi reſpõdentes: Hydarnes, inquiũt, nõ ex æquo cõſilium tuũ ad nos ſpectat atq; ad te, qui cõditionis quã ſuades expertus es, noſtrę inexpertus. Nã ſeruitutẽ quidẽ noſti: libertatẽ aũt nõdum expertus es, vtrũ ſit dulcis an nõ. Quæ ſi tibi experta foret, nõ vt haſtis, ſed vt ſecuribus ꝓ ea dimicarem», nobis ſuaderes: Hęc Hydarni reſpõderunt. Dehinc vt aſcẽderunt Suſa, & in cõſpectum regis venerunt, principio iubẽtibus ſatellitib», ac vim afferentibus, vt ꝓcumbẽtes regẽ adorarẽt, & ꝓ capita eos ad id agẽdum impingẽtibus, negauerunt ſe vnq̃ id eſſe facturos: neq; eñ ſibi eſſe cõſuetudinẽ hoĩem adorãdi, neque ſe ad id veniſſe. Poſteaq̃ in hoc repugnauerãt, ſecũdo loco hæc illis & his ſimilia dixêre: Rex Medorũ, nos miſerunt Lacedæmonij ad luendã pœnã pro ijs legatis qui Spartæ interiêre. Hęc iſtis dicẽtibus, Xerxes p̃ magnanimitate negauit ſe fore Lacedęmonijs ſimilẽ. Illos eñ interimendis legatis, ius oĩm hoĩm confudiſſe: ſe verò, q; illis exprobraret id nõ eſſe facturũ: neq; eos occidẽdo Lacedæmonios culpa ſoluturum. Hac re per Spartiatas geſta, in p̃ſens ira Thalthybij ceſſauit: etſi Spartã reuerſis Sperthio & Bule, lõgo deinde tẽpore interiecto, excitatũ eſt inter Peloponnẽſes & Athenienſes bellũ, vt Lacedęmonij aiunt, quod mihi diuinitus maximè videt eſſe geſtum: quia ira Thalthybij nuncios corripuerit, nec prius quieuerit. Quod autẽ ira inciderit in eorũ, qui ad regẽ aſcenderunt, filios, Nicolaũ Bulis, & Aneriſtũ Spertij filium: q; piſcatores Tirynthios in naui oneraria plena viris nauigantes cepit, manifeſtũ eſt apud me diuinitus id factũ eſſe, ex ira dei, q; nuncij qui in Aſiã à Lacedæmonijs mittebant, ꝓditi à Sitalce Tyrei Thracũ rege, & à Nymphodoro Pythei filio, Abderita, excepti ſunt iuxta Biſanthẽ, quæ eſt in Helleſpõto: & abducti in Atticã ab Atheniẽſibus necati ſunt: cumq; ijs Ariſteas Adimanti Corinthius. Verũ hęc multis poſt regis expeditionẽ annis geſta ſunt. Quæ expeditio, vt ad ſuperiorẽ orationẽ redeam, noĩe quidẽ tendebat contra Athenas, re tamen vera contra cunctam Græciã. Ea diu ante Græci cùm audiſſent, nõ perinde oẽs affecti ſunt. Nã ij qui terram & aquã dederant Perſæ, fidu-

Iuſiurandum Græcorum.

Legati Darij in puteum cõiecti

Thalthybij ira.

Sperthius. Bulis.

Lacedęmoniorum de vtrorum reſpõſum ad Hydarnẽ Perſam.

Adorare regem.

Xerxis magnanimitas.

Legati nõ violandi.

Xerxis expeditio in Græcos.

fiduciã animo pſumebant, tanq̃ nihil ingratũ paſſuri à barbaro: qui nõ dederant, magno in metu verſabantur: quippe cùm nulla tanta claſſis eſſet in Græcia, q̃ poſſet excipere inuadentẽ, præſertim pleriſque bellum detrectantib. & libenter ad partes Medorum inclinantibus. Hoc ego loco neceſſe habeo ferre ſententiã apud multos quidem homines inuidioſam, nõ tamen quod mihi videtur verum diſſimulabo. Si Athenienſes formidantes periculum quod impendebat, patriã deſeruiſſent, aut nõ deſerẽtes, ſed permanentes ſeſe dediſſent Xerxi, nihil omninò aduerſus regẽ in mari quisq̃ conatus fuiſſet. Quod ſi in mari nemo Xerxi reſtitiſſet, idem in cõtinenti factum fuiſſet. Et quamuis multæ loricę eſſent muris inductæ à Peloponnenſibus per iſthmum, proditi à ſocijs Lacedæmonij, ijſque nõ volentib», ſed per vrbes à claſſe barbara occupatis deſerti fuiſſent: deſerti verò aut magna opera aggreſſi generosè occubuiſſent: aut videntes iam alios Græcos cũ Medis ſentientes, cum Xerxe depacti fuiſſent: atq; ita vtrinque ſub Perſis Græcia fuiſſet. Nã murorum apud iſthmũ loricatorum: quænam vtilitas fuiſſet rege mari potiente, à nemine quiui audire. Nunc aũt ſi quis Athenienſes Græciæ liberatores extitiſſe dicat, profectò nõ aberrauerit à vero. Nã vtro ſe illi applicaſſent, hæ partes erant pponderaturæ. Cùm verò ptulerint Græciam præſtare liberam, nimirum ipſi fuêre, qui quicquid Græciæ reliquum erat cum Medis nõ ſentientes, erexerũt: quiq̃ ſecundũ deos regẽ repulerunt: ne oraculis quidem horrendis ac terribilib», quæ è Delphis veniebant inducti ad Græciã deſerẽdam: ſed perſiſtentes cõſtituerunt excipere hoſtem ſua inuadentem. Siquidem conſultorib. Delphos miſſis, vti oraculo volebant: nuncij factis apud templum q̃ ritus poſtulabat, ędẽ ingreſſi conſederunt. Quibus Pythia cui nomen erat Ariſtonicę, ita reſpondit:

Athenienſes Græciæ liberatores.

Ariſtonice Pythia.

Athenienſium oraculum.

Quid ſtatis miſeri? extrema relinquite terræ
Tecta fuga, atque vrbis faſtigia celſa rotundæ:
Nam caput & corpus minimè ſyncera manebunt:
Extremiue pedes poterunt ſupereſſe manúfue:
Aut medium, ſed ea ignis edax deformia reddet,
Et Mars acer equis vrgens Aſiægena curru.
Atque alias pleraſque tuas non ſolius arces:
Permultasq̃ deũm ſæuis dabit ignibus ædes,
Quas ego præuidi iam nunc ſudore mandentes.
Atque metu tremere, & de laquearibus altis
Nigrantem cogente malo manare cruorem:
Ite, ſed ex adyto atque malis effundite mentem.

His auditis Athenienſium conſultores, maximo ſunt mœrore affecti. Quibus inter ſeſe agitantibus tam triſte reſponſum, Timon Androbuli vir apud Delphos illuſtris ſuaſit hæc ferè, vt ſumptis oleæ ramis de integro reuerterẽtur ad cõſulendum ſuppliciter oraculum. Obtemperantes ei Athenienſes dixêre: O princeps, redde nobis oraculum melius de patria in honorem horum palmitum, quos geſtantes ad te venim»: alioqui hinc abs te non abituri, ſed in hoc adyto ad obitum vſque permanſuri. Hæc dicentibus, antiſtes iterum hoc modo reſpondit:

Timon illuſtris.

Athenienſium oraculum.

Pallas olympia cum multis hortatibus vſa,
Et precibus blandita Iouem placare nequiuit,
Hoc tibi fabor item reſponſum, adamantina fata.
Nam captis reliquis quæ limes Cecropis oræ
Intus habet, quodcunque ſacer penetrale Cithæron,
Iuppiter è ligno dat mœnia facta Mineruæ:
Qui tibi ſola tuſſque ferant inuicta ſalutem.
Tu verò aduentum peditumq̃ equitumq̃ quietus,
Terreſtresq̃ acies ne præſtolare: ſed hoſti
Terga dato, veniet tibi ſic tamen obuius ille.

Diuina

Diuina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Vſquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel vſquam.

Hæc legati vt erant ita arbitrati prioribus mitiora poſtquam cõſcripſerunt Athenas rediêre: reuerſiq; ad populũ recitauêre: & cùm aliæ multæ ſententiæ eſſent oraculũ interpretantium, & eæ plurimum perplexæ: quidam è maioribus natu dixêre, videri ſibi deum reſpondere ſaluam fore arcem. Olim enim Athenienſium arcẽ præſeptam vallo fuiſſe. Et ij quidem interpretabant vallũ eſſe hunc ligneum murum. Alij verò dicebant deum ſignificare naues: easq; cæteris omiſſis ædificari iubebant. Verùm hos, qui aiebant naues eſſe ligneum murum, fallebant, duo vltima Pythiæ dicta:

Athenarũ arx.

Diuina ô Salamis mulierum pignora perdes,
Vſquam vel Cerere ſparſa, coëunte vel vſquam.

Circa hos verſus confundebatur eorũ ſententia, qui claſſem volebant eſſe ligneum murũ. Nã oraculũ qui interpretabant, in eã ſententiã accipiebant, fore vt ipſi inſtructa claſſe ad Salaminẽ pugna nauali ſuccumberẽt. Erat aũt inter Athenienſes quidã, qui in primores ręcens peruenerat, noíe Themiſtocles Neoclis filius: qui negabat interpretes oĩa recta cõiectare: q̃ diceret, ſi clades q̃ p̃dicitur, ad Atheniẽſes ſpectaret vllo modo, nõ ita placidè nobis deũ fuiſſe reſponſurũ: ſed ſic, ô Salamis miſera, pro eo quod dixit, ô diuina Salamis, ſi circa eã ſui incolæ forent oppetituri. Sed rectè coniectantibus ſentiendũ à deo cõtra hoſtes editũ eſſe oraculũ, nõ cõtra Atheniẽſes. Itaq; ſuadebat vt ſeſe inſtruerent tanq̃ p̃lio nauali certaturi, & tanq̃ hic eſſet ligneus murus. Hanc Themiſtoclis ſententiã Athenienſes potiorẽ eſſe cenſuerunt: quàm illorũ, q̃ interpretantes oraculũ, diſſuadebant apparatũ pugnæ naualis: ſed hanc eſſe in ſumma ſententiã dicebant, nõ leuandã in hoſtẽ manũ, ſed ex Attica regione demigrãdũ, & aliã incolendã. Extitit & alia (ante hanc Themiſtoclis) ſententia ad tẽpus egregia.

Themiſtocli.

Themiſtoclis ſententia.

Cùm magna vis pecuniæ è prouentu metallorum, q̃ ſunt è Laurio, eſſet in ærario Athenienſiũ, æquè diuidunda viritim denis in ſingulos puberes drachmis: tunc Themiſtocles hanc diſſuaſit Athenienſib. diſtributionẽ, ſed ex pecunia claſſem ducentarũ nauium cõpararent ad Ægineticum bellũ. Hoc enim bellũ cõflatum Græciæ ſalutẽ attulit, cogens Athenienſes nauticos fieri, Et quanq̃ hæc claſſis in eum vſum in quẽ cõparata fuerat, nõ venit, tñ in vtilitatẽ Græciæ ceſſit. Ipſa iam præparata cùm preſtò eſſet, & alterã exædificari oporteret, placuit Athenienſib», inito poſt oraculũ cõſilio, barbarũ Greciã inuadentẽ cum nauib» opperiri vniuerſos deo obſequentes vnà cum Græcorũ voluntarijs. Et hæc quidẽ oracula Athenienſib. ſunt reddita. Coactis autẽ in eundem locum Græcis, qui per Græciã melius ſentiebãt: interq; ſe collocutis interpoſita fide ibi cõſilio habito, viſum eſt ante oĩa miſſas faciẽdũ pecunias debitas & inimicitias & hoſtilitates. Erant aũt cùm alia aliorũ bella, tum verò maximũ inter Atheniẽſes & Æginetas. Poſteaq̃ Xerxem cum exercitu Sardib» eſſe audiêre, Athenienſes decreuêre cum aliquot in Aſiã mittẽdos ad res regis explorãdas: tũ nuncios partim Argos ad cõtrahendã aduerſus Perſam belli ſocietatem, partim in Siciliã ad Gelonẽ Dinomenis filiũ: partim in Corcyrã, partim in Cretã tubẽtes opẽ Grecię ferri, eo aĩo, vt ſi fieri poſſet, oĩs vis Græca vnum eſſet: & ad idẽ agẽdum oẽs incumberẽt, tanq̃ calamitate cunctis Græcis impendente. Ferebant autẽ res Gelonis magnę eſſe: nec multò minores q̃ Græcorũ. Vbi hæc eis placuêre, & in Græciã inter ſe rediêre, principio ſpeculatores in Aſiã tres viros miſêre. Qui cùm Sardis veniſſent, in ſpeculando regis exercitu deprehenſi ſunt: & à ducibus pedeſtrium copiarum torti deducebant tanq̃ perituri, lata in eos mortis ſententia. Id vbi Xerxes audijt, reprehenſa ducum ſententia mittit quoſdã è ſatellitibus, iubens vt ſi viuos adipiſcerentur ſpeculatores ad ſeſe deducerent. Eos adhuc ſuperſtites, adepti ſatellites, prehẽſos in regis cõſpectum adduxerunt. Sciſcitatus rex, qua de cauſa veniſſent: præcepit ſatellitibus, vt homines circunducerent peditatum omnem equitatumq̃; oſtentantes: & eos vbi cõtemplando illa expleti fuiſſent, ſine noxa dimitterent quocunque locorum ire libuiſſet.

Græcorum de conſpirando cõſilium.

Gelon.

Speculatores Græcorum.

buiſſet. Hoc Xerxes ea ratiõe imperauit, q̃ cogitabat fore, vt ſi ſpeculatores necati fuiſſent: neque Græci p̃ſciſcerent potẽtiam ſuam eſſe fama maiorẽ, neq; quippiam ipſe læderet hoſtes trib. viris interemptis, ſed ijſdem in Græciam regreſſis, Græci vt ſe opinari dicebat, auditis rebus ſuis antequam exercitum compararent, propriam libertatem traderent: atque ita non oporteret ſuſcipere moleſtiam de exercitu in eos ducendo. Hæc ſententia Xerxis cum altera quadam congruit. Nam cùm Abydi ageret Xerxes, vidit naues curſum tenentes per Helleſpontum: quæ frumentũ è ponto in Æginam Peloponneſumq; portabant. Quas vbi audiẽre eius aſſeſſores eſſe hoſtium, ſeſe ad eas corripiendas accingebant, intuentes in regem, quando id agi præciperet. Xerxes eos interrogauit quonã illę tẽderent: q̃ cùm reſpõdiſſent ad hoſtes tuos domine, & frumẽto onuſtę: Tunc Xerxes excipiens, inquit, Nónne eôdẽ quò iſti, & nos nauigamus tum reb. alijs, tum verò frumento inſtructi? Quid igitur hi officiunt nobis qui bus commeatum portant? Ita ſpeculatores rebus inſpectis dimiſſi in Europã rediẽre. Poſt quorum reditum Græci, qui contra Perſam coniurarant, nuncios iterum Argos miſerunt. Quib. Argiui reſponderunt res ſuas ita habere, audiſſe ſe iã inde ab initio Barbarum excitaſſe aduerſus Græciam bellum: & cùm accepiſſent intellexiſſentque Græcos ſeſe colligere tentaturos Perſæ obſiſtere, principes fuiſſe mittendi Delphos, qui deum cõſulerent, q̃ ſibi optimè facientib. eſſet euenturũ (Nuper enim ſex millia ſuorum fuiſſe interempta à Lacedæmonijs & Cleomene Anaxandrida) eaq̃ de cauſa ſe miſiſſe, & ijs qui miſſi fuerant interrogantibus, ſic Pythiã reſpondiſſe.

Xerxis & ducia.

Xerxis ſtratagema.

Argiuorũ oraculum.

Finitimis inuiſe, deis dilecte beatis,
Interius tutamen habens impunè maneto,
Et tutare caput, nam membra tuebitur illud.

Hæc illis Pythia prius reſponderat. Poſtea verò quàm nuncij Argos venerunt, ſenatumq̃ ingreſſi mandata retulerunt, Argiui reſponderunt ad ea quæ dicebantur ſe paratos eſſe in triginta annos pacificare cum Lacedæmonijs, percuſſo fœdere: ſed ea conditione imperij, vt dimidium imperij penes ſe eſſet, quanquam ius imperandi ipſorum ſit, tamen dimidio imperij ſe eſſe contentos. Hoc aiebant ſuum ſenatum reſpondere, quamuis diſſuadente oraculo ſocietatẽ contrahere cum Græcis: quod etſi formidarent, tamen cupere vt fœdus triginta annorum feriretur, intra quos annos liberi ſui in virilem ætatẽ adoleſcerent: hac videlicet ratione, ne ſi qua calamitas ad ſuperiorẽ accederet in bello Perſico, niſi fœdera forent, in poſterũ ſubiecti Lacedæmonijs eſſent. His dictis à ſenatu, quidam è nuncijs Spartanorum ita reſpõdit: Quòd ad fœdera quidem attineret, ſed ad eos qui plures eſſent relegare: q̃ autem ad imperiũ, id verò ſibi demandatum eſſe, vt reſpõderent, dicerentq̃ Spartanis duos eſſe reges, Argiuis vnum, ideo non poſſe fieri, vt alterutro Spartæ regi abrogẽt imperium: & nihil obſtare quò minus cum ijs duob. rex Argiuus parem dignitatem obtineat. Ibi Argiui negare ſe perpeſſuros inſolentiam, ſed præoptare à Barbaro imperari ſibi, quàm Lacedæmonijs cedere. At ita edixerunt nuncijs, vt priuſquam occideret ſol, ex agro Argiuo excederent, alioqui hoſtium loco futuri. hoc ipſi Argiui ſic habere memorant. Aliter tamen per Græciam narratur, Xerxem anteq̃ bellum Græciæ inferret, miſiſſe Argos per caduceatorem: qui cùm peruenit, ita fertur verba feciſſe: Viri Argiui, Xerxes rex hæc vobis inquit: Nos arbitramur Perſen, ex quo nos progeniti ſumꝰ fuiſſe filium Perſei Danaës filij ex Andromeda genitum: quę fuit Cephei filia: ita ex vobis oriundi ſumus. Quod cũ ita ſit, nefas eſt & nos, ppagatoribꝰ noſtris inferre bellũ, & vos alij opem ferendo nobis aduerſarios fieri: ſed potius domi veſtræ vos cõſidentes ocium tenere. Nã ſi mihi ex ſententia ſuccedit, nullos pluris quàm vos faciã. Hæc Argiui cùm audiſſent, rẽ confeciſſe dicuntur, & à principio diſſimulantes, quod actũ eſſet, nihil popoſciſſe Græcos: ſed cùm ab illis reprehenderentur, tunc partem imperij popoſciſſe, gnaros id Lacedęmonios nõ cõceſſuros, vt hoc p̃textu ocium agerent: cui rei competit, quod quidam Græcorũ multis poſtea annis geſtũ fuiſſe memorant:

Argini Xerxi ſubdi malunt q̃ Lacedæ. eſſe inferiores.

Perſes. Perſarum origo. Argiuorum cum Perſis affinitas.

Callias. Artaxerxes.

Cùm Susis Memnonijs alterius negotij gratia essent Atheniẽsium nũcij Callias Hipponici filius, & collegæ qui vnà ascenderant, cõtingit vt Argiui & ipsi per id tempus Susa mitterẽt nuncios, qui Artaxerxem filium Xerxis interrogarẽt, an amicitiã quam cum Xerxe cotraxissent, putaret adhuc durare, an ab illo pro hostibus haberẽt. Quibus Artaxerxes, imò vero maximè perdurare respondit: nullamq; sibi ciuitatẽ amicio rem putare, quàm Argos. Verùm an ceduceatorẽ Xerxes Argos miserit ad ea dicẽda, & an Argiuorũ nuncij qui Susa ascenderunt, Artaxerxẽ de amicitia interrogauerint, pro comperto dicere non possum: nec vllam de his aliam proferre sententiã, nisi quã Argiui proferunt: Id demum scio, si omnes homines domestica mala in medium contulissent, & cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuissent, libẽter reportaturos rursum singulos ea quæ ipsi attulissent. Ita nõ turpissimè ab Argiuis actũ. Ego verò quæ dicunt dicere debeo, attamen non omninò de omnib. credere: quod in vniuersum à me dictum sit: quoniam & hoc narrat, Argiuos extitisse, qui Persam in Græciam accersiuerint, posteaquam cum Lacedæmonijs malè pugnassent, pro dolore præsenti quiduis præoptantes: & de Argiuis quidem dictum est. In Siciliam aũt ad agendum cum Gelone, tum alij nuncij à socijs iere, tum verò à Lacedæmonijs Syagrus. Huius Gelonis progenitor fuit Oecetor: qui in Gela erat ex insula Telo, quæ ad Triopium sita: qui dum Gela conderetur à Lindijs, qui erant è Rhodo & Antiophemo, assumptus non est. Interiecto tamen tempore, posteri eius deorum inferorũ sacerdotes illic perseuerauerunt, oriundi à Teline vno ex ea familia, qui eos illic collocauit hunc in modum: Quidam Geloni per seditionem electi, in Mactoriũ vrbem (quæ sita est super Gelam) profugerunt. Hos Telines Gelam deduxit nullis virorum copijs adiutus, sed horum deorum sacris: quę vnde acceperit, an ipse possederit, id verò dicere non possum. His sacris fretus, eò deduxit illos, vbi posteri sui deorum sacrificuli essent. Quæ res mihi admirationi fuit præter ea quæ audio, tantum opus Telinem effecisse: qualia opera nõ à quolibet viro effici cõsueuerunt, sed ab eo qui sit casti ingenij, robustæq; præstantiæ. Quanq̃ fertur ab incolis Siciliæ, fuisse natura effœminatum ac viro molliorem. Hunc in modum ille dignitatem hanc adeptus est, Cleandro Patareo, qui septem annos Gelæ tyrannide potitus est, vita functo: à Sabyllo autem Gelono fuit interfectus. Ibi frater eius Hippocrates suscepit imperium. Quo tyrannidẽ obtinente, erat illic Gelo prognatus Teline vate cum alijs multis, quorũ vnus erat Æneside mus Pataici, satelles Hippocratis. Hic diu pòst, ob virtutem declaratus est totius equitatus præfectus. Nam quibus in bellis Hippocrates obsedit Callipolitanos, Naxios, & Zanclæos, & Leontinos, pugnauitque cum Syracusanis & p multis Barbarorum, in ijs bellis Gelo extitit vir præclarissimus: adeò, vt nulla oĩm (quas retuli) ciuitatum effugerit Hippocratis dominationem, præter Syracusanos. Quos pugna ad flumen Elorum superatos, Corinthij Corcyræique liberauerũt: sub hac tamen conditione, vt Syracusani Camarinam, q̃ ipsorum quondam fuisset, Hippocrati traderent. Hippocrates cùm totidem annos quot frater Cleander tyrannidẽ obtinuisset, illato Siculis bello, ante vrbem Hyblam perijt. Ita Gelo per causam tuendi liberos Hippocratis, Euclidem & Cleandrum, vbi ciues, quod abnuerẽt dicto amplius audientes esse, prælio vicit, ipse Gelonorum imperium adeptus est, liberis Hippocratis dominatu fraudatis. Post hoc commentum, quosdam Syracusanos qui Gamori vocabantur, à plebe suisque seruis qui Cyllyrij nominabant, electos in patriam ex vrbe Casmena reducendo, potitus est ipsis Syracusis. Nam ei venienti plebs Syracusana & vrbem & seipsam dedit. Quam Gelo vbi accipit, Gelam quam tenebat minoris faciens, Hieroni fratri demandauit, sibique Syracusas habuit, & quidẽ pro omnibus vrbibus. Ideoque ea ciuitas confestim aucta atque propagata est. Nam deductis eò Camarinæis Gelo ciuitatẽ dedit, Camarina euersa. Itẽque dimidio & eo amplius Gelonorũ itidẽ vt Camarinæis fecit. Necnon Megarensium qui sunt in Sicilia cùm obsessi ad deditionẽ venissent, locupletissimos quosque q̃ bellum ei intulerãt, &

Gela oppidum.

Cleander Patareus. Hippocrates.

Elorus fluuius. Hybla vrbs. Cleander. Euclides. Gamori. Cyllyrij. Casmena.

Camarina. Megarenses.

ob id

ob id ſe interfectum iri putarent, Syracuſas traduxit, ac ciuitate donauit. Nam plebẽ Megarenſem quæ belli mouendi fuerat expers, quæq; nihil mali ſe paſſurã ſperabat, Syracuſas adductam venundedit, ex Sicilia aſportandã. Idem hoc fecit Euboijs qui ſunt in Sicilia, proceres à plebe diſtinguẽs. Hoc ideo de vtriſque fecit, q; arbitraretur contuberniũ plebis rem eſſe moleſtiſſimam. Ea ratione magnus tyrãnus effectus eſt Gelo. Euboij.

Ad quem legati Græcorũ poſteaq; Syracuſas coramq; venerunt, ita locuti ſunt: Lacedæmonij & vnà Atheniẽſes, eorumq; ſocij nos miſêre ad te in ſocietatẽ aſſumẽdum aduerſus Barbarum quem audiſti prorſus bellum Græciæ inferre, iuncto pontibus Helleſponto hominem Perſam ſecũ omnes Eoas ex Aſia copias ducentẽ, per ſimulationem belli Athenis inferendi nos inuadentem, cũ in animo habeat oẽm Græciam redigere in ſuam poteſtatem. Tu igit cui magna potẽtia adeſt, hec minima Græciæ portio, Siciliæ princeps, ferto opem ijs qui Græciam à ſeruitute vindicant, eamq; vnà cum illis liberato. Coacta enim cuncta Græcia, erimus magna manus, pugnaq; pares inuadentibus nos. Quod ſi è nobis alij proditores fuerint, alij otioſi ſedeant, id ſyncerũ quod ſupererit Græciæ exiguũ erit: vndẽ periculũ eſt ne oĩs Græcia peſſum eat. Neque eñ ſperaueris Perſam, ſi nos prælio ſuperauerit, ad te non eſſe venturum: quinimò hoc antè caueris: nobis nãq; opem ferendo temetipſum tutaris. Rei cõſilio geſtæ lætus plerũque eſt exitus: Hæc legati dixêre. Græcorũ legati ad Gelonem.

Quibus reſpondens Gelo, multus in hac oratione fuit: Viri Græci, inquit, inſolentem habetis orationem, qui auſi eſtis me adire hortantes ad ineundam aduerſus Barbarũ ſocietatẽ: cũ ipſi me orantẽ prius aduerſus exercitũ Barbaricum recuſaueritis ſocium. Nã dum mihi erat cũ Carthaginienſib. certamen, incumbẽti ad vltionẽ necis Doris Anaxandridæ de Ægeſtanis ex igendã, offerebamq; me adiutorẽ ad liberãda emporia, vnde vobis magna emolumẽta atque voluptates puenerãt, vos venire noluiſtis, neque mei adiuuãdi gratia, nẽq; vltionis de nece Doriana exigendæ. Itaque quantũ in vobis eſt, oĩa hæc à barbaris poſſidentẽ. Verũ nobis hęc in melius recidẽrũt. Nũc quoniã circũuenit vos atque attigit bellũ, ita demũ Gelonis memoria facta eſt. Sed contẽptus à vobis, non ero veſtri ſimilis: ſed paratus ad opẽ ferendã ducentarũ triremiũ, & viginti milliũ armatorũ, ac 20 00. equitũ, totidẽque ferẽtariorũ, totidẽq; leuis armaturæ, totidẽ ſagittariorũ, totidem funditorũ, ac rei frumẽtariæ cunctis Græciæ copijs ſuppeditaturę, donec fuerit debellatũ. Hęc me præſtiturũ recipio, ſed ea lege polliceor, vt ego ſim aduerſus Barbarum Græcorũ imperator. Aliter neque ipſe veniã, neque alios mittã. Ea Syagrus audiẽs non tulit: ſed ô quã eiularet, inquit, Pelopides Agamẽnon, ſi audiret Spartiatas imperiũ ſubdidiſſe Geloni atque Syracuſanis. Tu verò ne feceris huius rei mentionẽ amplius. Sed ſi tibi animus eſt opem ferendi Græciæ, eſto ſub imperio Lacedæmoniorũ. Si dedignaris ſubeſſe, non habes aĩm opem ferendi. Doris Anaxandridæ. Gelonis magna imperandi libido.

Ad hęc Gelo, vbi vidit verba Syagri auerſa, hãc ad extremũ protulit orationem: Hoſpes Spartiata, cõtumeliæ homini factę ſolẽt irritare indignationẽ. Verũ tu cõtumelioſis in me verbis inuehẽs, nõ tamen induxiſti me ad vicẽ cõtumelioſè reddẽdã. Sed quãdo vos ita imperiũ ample ętimini, multò me magis quã vos decet illud ãplecti, q multò maiorũ copiarũ ac pluriũ nauium imperator ſum. Cæterũ quoniã iſta oratio veſtra in contrarium nitit, nos aliquãtum à ſuperiore noſtra oratione decedemꝰ. Si vos terreſtribꝰ copijs præfueritis ego nauticis præero. Sin vos mari imperitare iuuat, ego terreſtribꝰ copijs imperita re volo. Ex quo oportet vos aut alterutra harũ rerũ eſſe cõtẽtos, aut his ſocijs deſtitutos abſcedere. Hãc Gelo cõditionẽ offerebat. Cui nuncio Atheniẽſis Lacedæmonios ãteuertẽs, ita reſpõdit: Rex Syracuſanorũ, Græcia nos ad te miſit nõ imperatorũ indiga, ſed exercitꝰ. Tu verò præ te fers nõ miſſurũ te exercitũ, niſi ſis Græciæ imperator: videlicet vt illi imperes affectas. Itaq; quãtũ ad eã partẽ ptinet, q cũcto Græcorũ exercitui pręeſſe poſtulas, ſuffecerit nobis Athenienſib. ſilẽtium agere, intelligẽtibus Laconem fore idoneum ad reddendam pro vtriſq; rationem. Quantum ad illud attinet, quod poſcis vt vniuerſæ claſſi præſis, ita habeto: nos, etiam vt Laco permittat, nõ eſſe permiſſuros pręeſſe te claſſi: noſtrum munus hoc eſt, niſi Lacedęmonij id velint: Atheniẽſis nuncij reſpõſio.

quibus præeſſe claſſi volentibus, non contradicemus, alteri verò concedemus nemi-
ni. Nam alioqui fruſtrà plus nauium quã cæteri Græci poſſideremus, ſi Syracuſanis
Athenien ſes nũquã ſolum ver tiſſe. imperium cederemus, qui ſumus Athenienſes, & antiquiſſimę originis, ſoliq; Græco-
rũ qui nunq; ſolum vertimus, è quibus virum inſtruendo ornandoque exercitu aptiſ-
ſimum Homerus verſificator ait Ilium iſſe, vt nõ ſit dedecus nobis hęc commemora-
re. His Gelo iſta reſpõdit: Hoſpes Athenienſis, apud vos qui pręſint habetis, qui ſub-
ſint non habetis. Quocirca cùm nihil cedere, ſed totum obtinere velitis, quã celerri-
mè hinc retrò abſcedatis, renunciaturi Græciæ ver ex anno illi exaruiſſe. Cuius dicti
ſenſus hic eſt: Cũ conſtet probatiſſimã anni partem eſſe ver, talem eſſe ſuũ exercitum
innuebat, quo Græcia priuaretur, quaſi quodam vere: quod illi exareſceret, nõ inita
ſecum ſocietate. Hoc reſponſo Gelonis accepto, nuncij Græcorũ profecti ſunt. Poſt
hæc Gelo, timẽs quidem ille Græcis, ne impares Barbaro eſſent, tamen indignũ atq;
intolerandum ſibi ratus, vt profectus in Peloponneſum ſubeſſet Lacedæmonijs, qui
Sicilię tyrannus eſſet, omiſſa hac via, aliam inijt. Nam vbi primùm audijt Perſam trã-
miſiſſe Helleſpontũ, miſit cum tribus biremibus Cadmum Scythæi filiũ Coum, mul
ta cum pecunia ac placidis verbis, ad obſeruãdum quò caſura eſſet pugna: vt ſi Barba-
rus vinceret, ei pecuniam traderet terramq; & aquam eorum locorum, quibus Gelo
imperaret: ſin vincerẽt Græci, rurſus pecuniam reportaret. Hic Cadmus, ante id tem
pus cùm tyrannidem Coorũ à patre accepiſſet ſatis validã, nullo aduerſo caſu, ſed ob
iuſtitiam ſua ſponte eam in media ciuitate depoſuit, atq; in Siciliã abijt: vbi vnà cum
Cadmi iu- ſtitia. Samijs vrbem Zanclam, cuius nomen in Meſſanam mutatum eſt, tenuit atque inco-
luit. Hunc Cadmum, atque hunc in modũ eò profectum, Gelo ob iuſticiã quã illi ex
alijs rebus adeſſe nouerat, Delphos miſit: cuius hominis inter alia quę edidit opera
iuſta, hoc nõ in poſtremis reponit, quod tãtũ pecuniæ à Gelone cõmiſſum interuer
tere cũ poſſet, noluit: ſed poſteaq; Græci pugna nauali ſuperiores extitêre, Xerxesq;
cum exercitu abijt, & ipſe in Siciliam redijt cum omni pecunia. Fertur autem & hoc
ab ijs qui Siciliam incolunt, Gelonem inducto ad obtemperandum Lacedæmonijs
animo, fuiſſe laturum Græcis auxilia, niſi Terillus Crimopi filius eiectus ex Himera,
vbi erat tyranno, à Therone Æneſidemi filio, Agragantinorũ principe acceſſiſſet per
id tempus Phœnicum, & Pœnorũ, & Iberorũ, & Ligyorum, & Eliſycorum, & Sardo
num, & Cyrniorum trecenta millia, duce eorum Hamilcare Hãnonis filio Carthagi
nienſium rege: quos Terillus abduxerat cũ perſuaſos hoſpitij neceſſitate, tũ pręcipuè
prompta animi voluntate Anaxilei Critenei filio, Rhegini tyrãni, qui filios ſuos Ha-
milcari obſides dedit, vlciſcendi ſoceri cauſa. Habebat em Anaxileus in matrimonio
Terilli filiam, noĩe Cydippam: Ita Gelonem, cũ nequiret auxilia Græcis ferre, Del-
phos miſiſſe pecuniam. Pręterea aiunt ijdem contigiſſe, vt eodem die Gelo & Thero
Hamilcar. Hamilcarem Carthaginienſem in Sicilia ſuperarint, quo Græci in Salamine Perſam.
Quinetiã Hamilcarem, qui à patre quidẽ Carthaginienſis, à matre verò Syracuſanus
erat, & ob virtutẽ Carthaginienſiũ rex cũ conflixiſſet prælio, victũ ẽ conſpectu fuiſſe
ablatum audio, nec vſquam gentium aut viuum aut mortuum comparuiſſe. Omnia
enim Gelonem indagando colluſtraſſe. Apud ipſos aũt Carthaginienſes illius imagi
nem colentes, hęc fama eſt: Dum Barbari cum Græcis in Sicilia ab aurora ad crepuſ-
culum ſine intermiſſione pugnarent (tamdiu enim extractum fuiſſe prælium) interea
Hamilcarem in caſtris permanentem ſacrificaſſe, atq; litaſſe, ſolida corpora aggeren-
tem in ingentẽ pyram: ſed conſpectis ſuis in fugam verſis, vt erat in faciendis ſacris oc
cupatus, ſeſe in ignẽ miſiſſe, atq; ita combuſtũ è cõſpectu ſublatum. Cui ſiue hoc mo-
do vt Phœnices, ſiue alio vt Carthaginiẽſes & Syracuſani memorãt, ex oculis ablato,
nunc Carthaginiẽſes ſacrificãt, extructis monumentis, cùm alibi in omnibus ſuis co
lonijs, tum præcipuè in ipſa Carthagine. Hactenus quæ ad Siciliam attinent. Corcy-
ræi aliud nuncijs reſponderunt, aliud fecerunt. Nam cùm eos ijdem nuncij qui in Si-
ciliam ierant, adiſſent, & eiſdem quibus Gelonẽ verbis allocuti fuiſſent, polliciti ſunt
confeſtim ſe auxilia miſſuros, ac præſidio futuros, negantes ſibi Græciã neglectui ha-

bendam

bendam de ſalute periclitantem. Quę ſi cõllaberẽ, nihil aliud ſibi ſupereſſe, quam vt primo quoq; die ſeruirent. Ideoque ſibi quoad poſſent, illã eſſe adiuuandã: Hæc illi aſpectu ſpecioſa reſponderũt. At vbi ferre opẽ oportuit, aliud habẽtes in animo, ſexaginta naues inſtruxêre: ægreque digreſſi, Pelopõneſo applicauêre, ac circa Pylon ac Tęnaron oræ Lacedęmoniorũ naues in ſtatione ſtatuêre: obſeruantes & ipſi bellum quò caderet, deſperantes fore vt Græci ſuperarẽt, ſed opinãtes Xerxem multò ſuperiorem, victæ Græciæ imperaturũ. Itaque curauêre vt hæc verba apud Perſam facerẽt: Adhortantibus nos Græcis ad hoc bellum rex, quod non minimũ & copiarum & nauium, ſed plurimum ſecundum Athenienſes habemus, tamẽ aduerſum te ire noluimus, aut quippiam tibi moleſtię facere. Hæc dicẽdo ſperauerunt ſe plus aliquid quã cæteros allaturos, quod etiã (vt mihi videtur) contigiſſet. Ad Gręcos aũt excuſationẽ parauêre, qua etiã vſi ſunt. Accuſantibus eñ Græcis quod opem nõ attuliſſent, dixêre ſexaginta ſe triremes armauiſſe, ſed per ventos Eteſias ſuperare Maleam nequiſſe. Atque ita ad Salaminem ſe nõ contuliſſe, nec vlla malitia à pugna nauali abfuiſſe: Et illi quidem ita Græcos à ſe ſummouerunt. Cretes poſtquam aditi ſunt ab ijs Græcis quibus hoc negocium datum erat, hoc ſibi faciendum putarunt, vt certos homines publicitus Delphos mitterent deum conſulturos, num ſibi expediret Græciam defendere. Quibus Pythia reſpondit: O ſtulti, imputate vobis quaſcunque lacrymas ob defenſionẽ Menelai vobis Minos iratus immiſit. Quoniam illi quidem non ſunt vlti cædem Minois in Camico factam. Vos autem vlti eſtis illis mulierem è Sparta à viro Barbaro raptam. Hæc Cretes allata vbi audiêre, ab auxilio ferẽdo ſuperſedêre. Siquidem fertur Minoem, cũ Dedalum veſtigans in Sicaniam quæ nunc Sicilia dicitur, peruenisſet, vi eius vitæ allata occubuiſſe. Interiecto deinde tempore, oẽs Cretes præter Polichnitanos & Præſios diuinitus inſtructos, cum magna claſſe in Sicaniam traieciſſe, & quinquennio obſediſſe Camicum, quam (vt mea fert opinio) Acragantini incolunt. Ad extremum cum neque illam expugnare poſſent, neque permanere fame enecti, ea relicta abijſſe: & dum circa Iapygiam curſum tenerẽt, ingẽti eos tempeſtate adortã, in terram fuiſſe eiectos: laceratisque nauibus, cũ nullus in Cretã receptus oſtenderetur, illic ſubſidentes vrbem Hyriam condidiſſe: & mutato nomine pro Cretibus Iapyges Meſſapios eſſe effectos. & pro inſulanis continenticos: & ab vrbe Hyria alias incoluiſſe. Quas diu pòſt Tarentini, cũ euertiſſent magnã in ruinã deuenêre, vt hæc maxima cædes oĩm (quas nouimus) extiterit, tum ipſorum Tarẽtinorum, tum Rheginorum: qui à Micytho Chœri filio ad tria millia ciuium adacti opem ferre Tarẽtinis, interiêre. Ipſorũ verò Tarẽtinorum qui cęſi ſunt, numerus nõ eſt initus. Micythus qui Anaxilei famulus erat, & procurator Rhegij relicto, vbi ex ea vrbe excidit, Tegeã Arcadum incoluit: compluresq; ſtatuas in Olympia conſecrauit. Sed mihi Rheginorum & Tarentinorũ exceſſus, ab oratione factus eſt. In Cretã igit deſolatã Pręſij aiũt còm alios hoĩes, tum præcipuè Gręcos immigraſſe: tertiaq; ab exceſſu Minois ętate, res Troianas geſtas fuiſſe, in quib. nõ deterrimos extitiſſe Cretenſes Menelai defenſores: & ob id eos Troia reuerſos vnà cum ſuis ouib. fame peſtilentiaq; correptos, iterũque deſolatã Cretã cũ reliquis, nũc à tertijs Cretenſib. habitari. Harũ rerũ memoriã refricando, Pythia illos ad ferẽda Græcis auxilia animatos cohibuit. At Theſſali neceſſitate ſubacti, circa initia Medorũ partes fouerunt, cùm expectarẽt nõ placere illis quę Aleuadę excogitaſſent. Nam cùm primùm audiêre Perſam traijcere in Europam, nuncios ad iſthmum mittunt: vbi prouiſores Græciæ delecti è ciuitatibus, coacti erant ad rebus Græcię proſpiciendum. Ad quos poſtquam venêre nuncij Theſſalorum, ita verba fecêre: Viri Græci, Olympiacum ingreſſum cuſtodiri expedit, vt Theſſaliæ pariter atque omni Græciæ ſit belli tutamen. Nos equidẽ ad cuſtodiendũ præparati ſumus, ſed vos quoque debetis multũ illuc mittere copiarũ: quàs niſi mittatis, ſcitote nos pactionem inituros eſſe cum Perſa. Neque eñ oportet nos adeò ante cæterã Græciã poſitos, pro vobis ſolos occumbere. Quibus ferre opẽ ſi recuſatis, nullam poteſtis iniũgere neceſſitatem. Nulla nanque fortior neceſſitas eſt

Corcyręarum oratio ad Xerxem.

Cretenſiũ oraculũ.

Minois cędes.

Theſſali. Aleuadæ.

quàm imbecillitatis. Itaque per noſmet aliqua ratione ſalutem nobis comparare co nabimur. Hæc Theſſali. Ob quæ Græci illuc mittendũ decreuêre exercitũ pedeſtrẽ, ad maris ingreſſum cuſtodiendum. Exercitus vbi coactus eſt, per Euripũ nauigauit. Qui poſtquam ad Algas Achaiæ peruenit, egreſſus illic relictis nauibus, in Theſſaliã contendit, & ad Tempe peruenit, ad ingreſſum qui ab inferiore Macedonia Theſſaliam fert, iuxta amnem Peneum, inter Olympum & Oſſam montes. Ibi caſtra poſuêre Græci, ad decem millia armatorum coacti, quibus aderat Theſſalorum equitatus, du cibus è Lacedæmonijs quidem Eueneto Carini delecto ex polemarchis, quanquam non eſset è regio genere: ex Atheniẽſib. aũt, Themiſtocle Neoclis filio. Verũ paucos illic dies morati ſunt. Aduenerũt em̃ ab Alexandro Amyntæ filio Macedone nuncij, ſuaſum eis, vt illinc decederent, ne in ingreſſu perſtãtes, ab exercitu irrumpente proculcarentur, videlicet multitudinẽ terreſtrem nauticãq; indicando. Horum conſilio Græci (nam & bene ſibi cõſuli, & bono erga ipſos animo Macedo eſse videbatur) ob temperauerunt. Quanquam mihi videntur metu quoque id ſuaſiſſe, quod audierant alium etiam eſse in Theſsaliam ingreſsum per Peræbos, in ſuperiori Macedonia, iuxta vrbem Gonnon, quam & tranſiuit exercitus Xerxis. Ita Græci ad naues regreſſi, rurſus ad iſthmum ſe receperunt. Hęc fuit in Theſsaliam ſumpta expeditio, dum rex in Europam ex Aſia tranſiturus erat, ſed Abydi iam agebat. Theſsali à ſocijs deſerti, iam nihil ambigentes, ita prompti ad Medos tranſiêre, vt in rebus gerendis ſeſe regi præſtiterint vtiliſſimos. Græci ad iſthmum reuerſi, ob ea quæ ab Alexandro dicta erant, conſultabant, & qua ratione bellum gerendum ſtatuerent, & quibus in locis. Euicitque hęc ſententia, vt præſidio aditum Thermopylarum cuſtodirent: quippe qui videbatur & anguſtior quàm ille Theſsaliæ, & ſolus ipſorum terrę propinquior. Nã ſemitam qua Græci intercepti poſtea fuêre apud Thermopylas, haud nouerant prius, quàm ducibus Trichinijs ad Thermopylas hoſtis peruenit. Hunc igitur aditum vt tuerentur decreuêre, ne Barbarus tranſiret in Græciam, vtque claſſis perueheretur Hiſtiæotidem oram ſuper Artemiſium. Hęc enim loca inter ſe vicina ſunt, vt audiri vtrinque poſſint quę apud alteros gerantur: quæ loca ita ſe habent: Artemiſium quidem à pelago Thracio, ex laxitate in arctum cogitur, traiectum, qui eſt inter inſulam Sciathum & cõtinentem Magneſiæ. Ab anguſtijs autem Euboię, iam Artemiſium excipit littus, in quo eſt Artemidis, id eſt, Dianæ, templum. Ingreſsus verò in Græciam per Trichinum, vbi arctiſſimus, dimidij iugeri eſt, quanquam ad dexteram regionem non eſt hic locus arctiſſimus, ſed ante poſtque Thermopylas. Iuxta Alpenos à tergo ſitos, tantummodo ad agendum vehiculum patet: anterius iuxta flumen Phœnicen, prope vrbem Anthelam, ſolùm agendo vehiculo ſufficit. Thermopylarum quod mõtis ad heſperum vergit, inacceſsum eſt, & prærupti præcipitij protentum vſque ad Oetam. Quod autem vię vergit ad auroram, id à mari excipitur ac vadoſis. In hoc ingreſſu ſunt calida lauacra, quę ollas, indigenę vocant: & deſuper ara Herculi extructa. Ad hos ingreſsus murus eſt ædificatus, ſuper quem olim portæ, erant. Eum autem ædificauerant Phocenſes metu Theſsalorum, ex quo illi ex Theſprotis terram Æolidem iëre habitatum, quam nunc poſſident. Et quia Theſsali conabantur eos ſubigere, præſidio impoſito tutabantur: aquãque calidam ingreſsui induxêre, vt eſset lacunoſus locus: omnia excogitantes, ne in ſuam terram Theſsali incurſarent. Hic tamen murus quõdam extructus, maiori ex parte iam vetuſtate erat collapſus: quo rurſus excitato, viſum eſt illis faciendum, vt illic Barbarum arcerent à Græcia. Eſt aũt proxime viam vicus nomine Alpeni, vnde frumẽtari Græci ſtatuerant. Et hęc quidem loca viſa ſunt Græcis opportuna. Cuncta enim rimati atque ratiocinati ſunt, vt vbi Barbari neq; multitudine neq; equitatu vti poſsent, ibi illos Græciã inuadentes excipererẽt. Poſtea verò quã Perſam in Pieria eſse audiêre, ex iſthmo digreſſi ſunt: peditatus ad Thermopylas inſidẽdas, cæteri mare ad Artemiſiũ. Dũ Græci (vt cuiq; præceptum erat) properè ad ſuccurrendũ tẽdunt, interea Delphi deũ conſuluêre, de ſe ipſis pariter & de Græcia ſoliciti. His reſpõſum eſt, vt ventos precarentur: illos enim maximos

Eueneus. Themiſtocles.

Hiſtiæotis ora.

Artemiſiũ

Sciathus inſul.

Thermop.

Herculis ara.

Alpeni vicus.

fore

fore Græciæ auxiliatores. Delphi quod accepêre oraculum,cùm ijs primùm Græcis cõmunicauêre,q̃bus libertas cordi erat:quo nuncio illos,quod Barbarũ magnopere timerẽt,immortali beneficio demeruêre. Deinde ſtatuta ventis ara in Thyia, vbi fanũ eſt Thyiæ Cephiſi filiæ, à qua & locus hic habẽt nomẽ,hoſtias illis immolauêre: ꝓpter quod oraculum etiã nunc Delphi ventos propiciant. Nauticus Xerxis exercitus ex vrbe Therma mouens,decẽ ex oĩbus nauib. velociſſimas rectà admiſit in Sciathum,vbi erant tres p̃ſidiariæ naues Græcorum, Trœzenia, Æginetica, Attica: q̃ p̃uiſis Barbarorum nauibus,in fugam ſe proripuerunt. Sed ex ijs Trœzeniã, cui præerat Praxinus,inſecuti Barbari,continuò excipiunt. Deinde ſtrenuiſſimum quenque pro pugnatorum eius ad portam adductum,deinceps mactant. Eorũ qui capti mactatiq̃; ſunt,& primo & ſtrenuiſſimo nomen erat Leoni, quod nomen nonnihil fortaſſe nocuit. Aeginetica verò,cuius trierarchus erat Aſonides,nõnihil tumultus hoſtibus p̃ſtitit,quod eius epibata erat Pythius Iſchenoi filius,vir eo die præſtantiſſimus: q̃ capta naui tamen eouſq̃ pugnãdo reſtitit,donec totus dilaniatus eſt: quẽ collapſum non mortuum,ſed ſpirantem, Perſæ qui nauim ceperant,admiratione virtutis, magnum operęprecium putauerunt vt ſeruarent,vulnerib. myrra medentes,ſindoneq̃ byſſina & faſcijs obligantes: ac rurſus in caſtra ſua reuerſi,hominem vniuerſo exercitui oſtentabant admirabundi,ac probè obſeruantes: cùm alios quos in eadem iã naui ceperant, tanq̃ mancipia adſeruarent. Duabus nauibus interceptis,tertia, cui præerat Phirmus vir Athenienſis,dũ fugit ad hoſtia Penei,impacta eſt: qua ſine viris Barbari potiti ſunt. Nam Athenienſes ſimulatque nauem impegerunt,ab ea deſilierunt, & iter Theſſaliam intenderunt,ſeq̃; Athenas receperunt. Huius rei per ignes è Sciatho editos,facti certiores Græci qui ad Artemiſium caſtra habebant,& ob id perterriti,illinc Chalcidem conceſſerunt ad Euripum tutandum,relictis per edita Euboiæ loca diurnis ſpeculatoribus. Ex decẽ Barbarorum nauib. tres ad Herma,quod eſt inter Sciathum & Magneſiam nomine Myrmeca, ꝓuectæ ſunt. Quẽ locũ vbi tenuêre Barbari,lapideũ illic titulum impoſuêre. Qui ex Therma ſoluerunt,vbi littus oculos effugit,cum omni claſſe nauigabant vndecim diebus,ex quo rex à Therma diſceſſerat,inter ſe diſſipati: ſed eos Herma ducebat,quod erat in traiectu ferè Scyris Pãmorũ. Hinc totum diem nauigantes Barbari,orã Magneſiã tenuerunt ſuper Sepiadẽ, & littus quod eſt inter vrbem Caſthanæã & orã Sepiadẽ. Ad hunc vſq; locum Thermopylas,exors malorũ Xerxis exercitus fuit: & adhuc claſſis,quẽadmodũ ego ſupputando inuenio,mille ducentarũ ſeptem ex Aſia nauium. In quibus à principio è ſingulis nationibus erant millia ducenta & quadraginta vnum ac quadringenti,ducenos ſupputando viros in ſingulis: & præter indigenas propugnatores,addendo Perſarũ Medorũq̃ ac Sacorũ tricenos epibatas. Reliquus aũt hic exercitus cõſtabat ex triginta ſex millibus,ducentisq̃ ac decem. Adijciã huic & ſuperiori numero eos q̃ ſunt ex biremibus: in quarum ſingulis plures fecerim octoginta potius quàm pauciores viros. Quarum nauium ſumma,vt ſuperius dictum eſt,trium millium fuit. Ita in eis fuerunt virorũ vigintiquatuor myriades,id eſt,ducenta & quadraginta millia. Hæc igit erat claſſis ex Aſia,vnius & quinquaginta myriadum virorum in vniuerſum: & præterea ſeptẽ millia ſexcenti decẽ. Peditatus fuit decies ſepties cẽtena millia: equitatus octoginta millia: q̃bus addo Arabes,q̃ camelos: & Pœnos,qui currus agitabãt, quæ facio viginti millia. Quæ copiæ claſſiariæ & terreſtres in ſummã redactæ, fiunt ter & vicies centena,& præterea decem & ſeptẽ millia,ſexcenti & decẽ. Has copias ex ipſa Aſia fuiſſe cõtractas dictum eſt,præter ſeruitia quæ ſequebantur,& eos qui in frumẽtarijs vehebãtur. Huic omni enumerato exercitui adijciendus eſt ille ductus ex Europa,de quo ex opinione dicere oportet. Ij Græci qui ſunt è Thracia,ex inſulis Thracię obiacentib. adduxerũt naues centumuiginti,quarum viri fiunt triginta quatuor millia. Terreſtres copias adduxerũt Thraces,& Pæones,& Heordi,& Bottiæi, & genus Chalcidicũ,& Brygi,& Pieres,& Macedones,& Peræbi,& Enienſes, & Dolopes,& Magnetes,& Achæi,& qui maritima Thraciæ habitabãt. Harũ nationũ reor trecẽta

Ventorũ ara.

Praxinus.

Aſonides.

Phirmus.

Herma.

Sepias. Caſthanæa.

Xerxiana claſsis.

Copiarũ Xerxianarũm ſumma.

millia hoīm fuiſſe,q̄ myriades illis Aſiaticis adiectæ,fiunt in ſummā virorū pugnantium ducentæ ſexaginta quatuor,& p̄terea mille ſexcenti ac decē. Hoc tanto pugnatorū numero nō pauciora,ſed plura fuiſſe arbitror,q̄ hos comitabant ſeruitia, & eos qui frumentarijs in nauigijs erant,& in alijs nauib⁹ vnà cū militarib⁹ viris vehebant: quos neque plures neq; pauciores facio,ſed totidē. Ita æquati numero pugnatorū, explebunt totidem myriadas: fientq; 528. myriades,& tria millia ducenti & viginti viri,quos Xerxes Darij duxit ad Sepiadē,& vſq; ad Thermopylas. Hic fuit vniuerſus copiarum Xerxis numerus. Nā mulierum pinſentium & pallacum & eunuchorū numerum,nemo pro cōperto queat dicere: at ne impedimentorum quidē,aliorumq̄ iumentorum ſarcinariorū,neq; canum Indicorū exercitū comitantiū,p̄ multitudine quisq̄ inire numerū poſſit. Quo minus miror,proditū eſſe, fluenta q̄dā nō ſuppeditauiſſe: magis miror vnde tot myriadib⁹ cibaria ſuppetierint. Nā ſubducta ratione cōperio,ſi ſinguli quotidie ſingulas frumenti chœnicas. i. ſemodia nō amplius accepiſſent,abſumpta fuiſſe ſingulis dieb⁹ centum millia medimnorum, & trecētos ac quadraginta medimnos,qui ſinguli cōſtant è ſenis modijs,haud annumerando mulieres eunuchosq̄;,& iumenta,atq; canes. In quo exercitu cùm tot virorū millia eſſent,nemo aut ſpecie aut magnitudine corporis erat, qui cū Xerxe ipſo poſſet contendere, tanq̄ dignior qui illud imperium obtineret. Nauales copiæ,poſtq̄ è ſtatiōe ſoluerūt, p̄uectæq; orā terræ Magneſiæ tenuerunt,q̄ eſt inter vrbē Caſthanęā & orā Sepiadē, primæ quæq; naues ad terrā habuēre ſtationē,aliæ deinceps in ancoris ſtetēre, ad octauū vſq; ordinē intra mare procedentes,vtpote anguſtiore littore q̄ vt claſſem caperet: atq; ita per noctē ſtetēre. Sub ipſum verò diluculum,ex ſereno cælo & trāquillo,cùm mare efferueſceret,incidit in eā atrox tēpeſtas,ac vehemens ventus ſubſolanus,quē Helleſpontiā nuncupāt,q̄ circa illa loca habitabant. Eum ventum quicunq; augeſcere aīaduerterunt,& quib⁹ p̄ cōditionē ſtationis licuit,ij tempeſtatem p̄uenerunt,reuulſisq̄; nauib⁹ ſeſe atque illas incolumes p̄ſtiterunt. At quas naues vētus exteriores nactus eſt,earū alias ad loca q̄ dicuntur furni,q̄ ſunt in Pelio extulit, alias in littus,alias in ipſam Sepiadem illiſit,alias in vrbem Caſthanæā,alias in Melibœā expulit: erat enim intoleranda vis eius. Enimuero feruntur Athenienſes Boream inuocaſſe ex oraculo alio,quod eis redditum eſt,vt generum ſuum ad ſibi opitulandū inuocarent. Habet aūt (vt apud Græcos fertur) Boreas in matrimonio Orithyiā Atticā Erichthei filiā. Ex hoc cōiugio,vt fama eſt,Athenienſes inducti ſunt ad coniectādum Boream ſibi generum eſſe: & dum in Chalcide pro Europa excubarent, cùm intelligerent augeri tempeſtatem,inuocauēre Boream,cui prius ſacrificauerant,& Orithyiam,vt ſibi auxilio eſſent,& Barbarorum naues corrumperent, quemadmodū prius fecerant circa Athon. Num ob id Boreas ingruerit in Barbaros apud ſtationem agentes,nō queo dicere: Certè Athenienſes aiunt & antè fuiſſe ſibi auxilio Boreā, & tūc illud effeciſſe. Atque digreſſi illinc,delubrum Boreæ extruxēre ad amnē Iliſſum. In hac tēpeſtate q̄ pauciſſimas naues,ij nō pauciores quadringentis periſſe aiunt, viros quoque innumerabiles, ac vim pecuniarum immenſam: vt Aminocli Cratineo Magneti maiorē in modum fuerit fructuoſum hoc naufragiū: qui aliquātò pòſt,dū circa Sepiadē humū fodit,multa pocula aurea eiecta,multa argētea p̄cepit, theſaurosq̄ Perſarum inuenit,affatimq̄ aliarū ex auro rerū lucratus eſt,& cùm alioqui nō eſſet fortunatus,è rebus repertitijs mirificè eſt ditatus. Nā fuit ei vtilitas q̄dam ingrata,ac doloris cauſa,q̄ erat filijs orbatus. Nauium autem onerariarum,aliorumq̄ nauigiorum q̄ perierunt,numerus iniri nō poteſt. Itaque p̄fecti claſſis veriti,ne ſibi poſt acceptam calamitatē Theſſali incurſarent,excelſum ſibi vallum è naufragijs circundederunt. Triduo enim tēpeſtas perſtitit. Quarto tandem die Magi inciſiones faciendo, & veneficijs incantando ventum,ad hæc Thetі ac Nereidibus ſacrificando, tempeſtatem compeſcuerunt,ſiue alioquin tempeſtas ipſa ſua ſponte ceſſauit. Theti autē ideo Magi ſacrificauēre,q̄ ab Ionibus acceperant Thetim ex eo loco raptā fuiſſe à Peleo, oēmq̄ eam orā Sepiadem illius eſſe,aliarumq̄ Nereidū. Et ventus quidē quarto die

Hunc locū notat Budæus li. 5. de aſſe, quē vide.

Formæ in Xerxe dignitas.

Helleſpōtias vētus.

Furni. i. furni. Melibœa opp.

Boreas. Orithyia.

Iliſſus flu.

Aminoclis fortuna.

Xerxis naues 400. ſubmerſæ.

die cõquieuit. Atq; Græcis diurni ſui ſpeculatores, ex Euboicis verticib⁹ decurrẽtes, altero ab exorta tẽpeſtate die indicarunt oĩa q̃ circa naufragium cõtigerant. Quę illi vbi audiêre, fuſis prius liberatori Neptuno libamẽtis, celerrimè rurſus ad Artemiſium reuehuntur, ſperantes ſibi paucas aliquas naues fore cõtrarias. Ita ad Artemiſiũ prouecti, iterũ ſtationẽ habuêre ad tẽplum Neptuni cognomine Liberatoris: quod nomen ab illis inditũ, ad hoc vſq; tẽpus perdurat. Barbari poſteaq̃ ventus cõquieuit, & fluctus cõſtrati ſunt, reuulſis nauibus ad cõtinentem enauigabant, circũuehentesq́ue promontoriũ Magneſiæ, rectum curſum in ſinum, qui ad Pegaſæa fert, tenebãt. In hoc Magneſiæ ſinu locus quidã eſt, in quo ferũ Hercules, cùm è naui Argo aquatũ miſſus eſſet, derelictus fuiſſe ab Iaſone atq; à ſocijs, dum in terrã Colchidẽ ad vellus nauigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri, eaq́ue de re nomen loco fertur eſſe Aphetæ. i. dimiſſæ. Hoc in loco Xerxianæ naues ſtationẽ habuerunt: quarũ quindecim, q̃ longæ vltimæ appellabanť, proſpectis Græcorũ ad Artemiſium nauibus, ratæ ſuas eſſe, in medium earum & ad hoſtes delatę ſunt, quarum dux erat Sandoces Thaumaſij filius, Cumæ Æolidis p̃fectus: quẽ ante Darius ob hanc cauſam captum cruci affixerat, q̃ cùm è regijs iudicib⁹ eſſet, iniquam ſententiam ob̃ pecuniam tulerat. Sed eius in cruce ſuſpenſi Darius reputãs plura peccatis eſſe beneficia, in domum regiam collata, hoc reperiens, agnoſcensq́ue properantius ſe q̃ prudẽtius egiſſe, hominem ſoluit. Ita regem Darium elapſus ac vitæ reſtitutus, tunc in Græcos delatus, non iterum erat elapſurus. Hos ad ſe curſum tenentes Græci vbi vidêre, cognito hominum terrore, aggreſſi repẽtè cepêre. In quarum nauium vna captus eſt Aridolis, Alabandenſium, qui ſunt in Caria, tyrannus: in altera Penthylus Demonoï, dux Paphius, q̃ è Papho 12. naues cùm duxiſſet, amiſſis earum vndecim tẽpeſtate, q̃ ad Sepiadẽ extiterat, cũ vna quæ ſuperabat, tendens ad Artemiſium, captus eſt. Hos Græci quæ volebant de Xerxis exercitu ſciſcitati, vinctos ad Corinthiorum iſthmũ dimiſerunt. Cætera Barbarorum claſſis, p̃ter quindecim naues, quibus præfuiſſe Sandocem dixi, ad Aphetas peruenit. Xerxes cum terreſtrib⁹ copijs p̃ Theſſaliã & Achaiam iter faciens triduo, euaſit in Melienſes: cùm in Theſſalia certamẽ curule feciſſet, ſuas equas experiẽdi gratia, q̃ illic optimas Græcarum equas eſſe audiebat. In eo certamine multò inferiores fuêre Græcæ. Fluuiorum qui ſunt in Theſſalia, ſolus Onochonus potanti exercitui non ſuffecit. Xerxi ad littoralia Achaię tendenti, perductores ſui cuncta referre cupientes, enarrabant id, quod de templo Iouis Aphlyſtij ab indigenis enarrat: Athamantem Æoli filium, inito cũ Ino cõſilio necẽ Phryxo machinatum. Deinde Achæos ex oraculo tale certamen illius poſteris propoſuiſſe, vt qui eo genere maximus natu eſſet, huic aditu curiæ, id eſt prytanei (quam leitum Achæi vocant) interdiceretur: ipſis excubias agentibus, ſi quis adiſſet, nõ prius exire poſſet, q̃ mactãdus eſſet. Ita multos cùm iam mactandi eſſent, eo metu in aliam p̃fugiſſe regionẽ. Interiecto deinde tẽpore, cùm reuerſi eſſent, & in prytaneũ ingreſſi, ſi eſſent deprehẽſi, toto corpore coronis cooperto, & cũ põpa eductos mactari cõſueſſe. Hoc poſteros Cytiſſori Phryxo geniti ob id pati, q̃ cùm Achæi expiationẽ loci facientes, ex oraculo Athamantẽ Æoli filiũ eſſent immolaturi, Cytiſſorus iſte cùm è terra Colchide veniſſet, illũ liberauit: eoq; facto poſteris eius irã dei fuiſſe iniectã. Hæc cũ audiſſet Xerxes, vbi ad lucũ adfuit, & ipſe ab eo abſtinuit, & idẽ ſuis copijs imperauit: domũq; itẽ p̃pugnatorũ Athamãtis ac fanũ veneratus eſt. Hæc in Theſſalia Achaiaq;, à quib⁹ locis p̃ceſſit Xerxes in Melidẽ iuxta maris ſinũ, vbi totũ diẽ æſtus atq; reciproca tio fluctuũ fit. Huic ſinui circũiectus eſt locus cãpeſter, alibi ſpacioſus, alibi arctus admodũ. Et ipſi cãpo circũiecti mõtes editi atq; inacceſſi, oẽm Meliadẽ cingentes regionẽ, quæ petræ Trechiniæ nominanť. Prima in ſinu vrbs ab Achaia euntibus eſt Anticyra, quã amnis Sperchius p̃terlabẽs, ex Enienſib. in mare defluit. A quo alter amnis 20. fermè ſtadijs abeſt, cui nomẽ inditũ eſt Dyras: quẽ fama eſt emerſiſſe ad ferendã Herculi opẽ. Ab hoc totidẽ ſtadiorũ intercapedine alius amnis eſt, q̃ vocať Melas, id eſt, niger. Vnde vrbs Trechis quinque ſtadia abeſt, ſita ĩ ampliſſimo regionis ſpacio, à monti-

Neptunus liberator.

Hercules ab Iaſone relictus.

Aphetæ.

Sandoces Cumæ.

Theſſalię equæ.

Onochonus defecit Xerxi.

montibus ad mare, vtpote duobus & viginti millibus iugerum planicie montis, qui
Trachis. terram Trechiniam circundat. Ad Trechinis meridiem anfractus eſt, per quem Aſo-
pus circa radices montis defluit: ad cuius meridiem alius non magnus amnis eſt, no-
Aſop' flu. Phœnix fluuius. mine Phœnix, ex his montibus in Aſopum defluens. Iuxta Phœnicem anguſtiſsimũ
viæ eſt: quippe qua muri coartata modo, plauſtrum agi poteſt. A flumine Phœnice
ad Thermopylas quindecim ſtadiorum eſt interuallum, in quo vicus eſt nomine An
Anthela vicus. thela: quem præterfluens Aſopus, in mare inuoluitur: & ei locus ſpacioſus eſt circũ-
Cereris Amphictyonidis fanum. iectus, vbi templum Cereris Amphictyonidis extructum viſitur, & ſedilia Amphi-
ctyonibus, & ipſius Amphictyonis delubrum. Rex Xerxes quidem in Trechinia Me-
Thermopylæ. lidis caſtra habebat, Græci verò in tranſitu, qui locus à pleriſque Græcorum vocatur
Thermopylæ: ab indigenis autem atque accolis Pylæ. Hæc erant vtrorunque caſtro
Amphictyonum ſedilia. rum loca, Xerxe omnibus quæ ad ventum boream ſpectant vſque ad Trechinem po
Pylæ. tito: Græcis, q̃ per hanc continentem ad auſtrũ & meridiẽ ferunt tenentib. Qui hoc
Græcorũ Perſam opperientiũ catalogus. in loco Perſam Græci opperiebantur, hi fuêre, Spartanorum trecenti armati, Tegæi
tarum & Mantienorum mille, totidem ex vtriſque. Ex Orchomeno Arcadiæ cẽtum
viginti, ex reliqua mille. Tot quidem ex Arcadia. A Corinthọ autem quadringenti.
A Phlyunte ducenti, & Mycenæorum octoginta. Hi Peloponneſo aderant à Bœo-
tijs: Theſpienſes ſeptingenti, Thebani quadringenti. Præter hos euocati erant Lo-
crenſes Opuntij cum omni copia, & Phocenſium mille. Ipſi enim Græci eos euoca-
uerunt, miſſis nuncijs, qui dicerent ſe quidẽ præcurſores aliorũ veniſſe, cæteros aũt
ſocios propediem expectari: tutelã verò maris eſſe in Athenienſium præſidio Ægi-
netarumque, & eorũ quibus res naualis iniuncta eſſet: nec ſibi quippiam eſſe formi-
doloſum. Non enim deum eſſe qui bellum Græciæ inferret, ſed hoiem: nec mortalẽ
Mali exors nemo eſſe poteſt. quempiã aut eſſe aut fore, qui ex quo natus eſt, mali exors ſit: & vt quiſq; maximus
eſt, ita ei deberi maxima. Itaq; cùm mortalis ſit qui bellũ inferat, ab opinione eſſe ca-
ſurum. Hæc illi audiẽtes, in Trechinem auxilio iẽre. Erant his cùm alij duces ſuę quiſ
Leonidis regis Spartiatarum genealogia. que ciuitatis, tũ verò penes quẽ ſumma imperij erat quem maximè admirabãtur, La-
cedæmonius Leonides Anaxandridæ filius, qui Leontis, qui Eurycratidæ, qui Ana-
xandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui
Egeſilai, qui Doriagi, qui Leobotis, qui Echeſtrati, qui Hegeſis, qui Euryſthenis, qui
Ariſtodemi, qui Ariſtomachi, qui Cleonidæi, qui Hilli, qui Herculis filius fuit, adep-
tus ex inopinato regnum. Nam cùm duo forent ei fratres natu maiores, Cleomenes
& Dorieus, aberat à cura regni. Verùm Cleomene ſine virili ſobole defuncto, & Do
Cleõbrot. rieo iam non ſuperſtite, ſed & ipſo in Sicilia vita functo, ita regnũ ad Leonidẽ perue-
nit, qui Cleombroto maior natu erat. Is enim nouiſſimus fuit Anaxandridæ libero-
rũ, habebatq; in matrimonio Cleomenis filiã: qui dum ſe ad Thermopylas contulit,
delegerat trecentos è primoribus viros, & quibus filij erant: aſſumpſeratq; eos The-
banos, quorum de numero feci mentionem, quorum dux erat Leontiades Eurymachi
filius. Hac de cauſa Leonides dedit operam vt ex Græcis ſumeret eos ſolos, q̃ eos
maximè inſimulabat, q̃ cum Medis ſentirent. Euocabat igitur eos ad bellum, ſciendi
cupidus, an vnà mitterent auxilia, an manifeſtò renunciarent Græciæ ſocietatẽ. Sed
illi aliud ſentientes, tamen auxilia miſerunt. Eorum qui cum Leonide fuêre, primos
miſerunt Spartiatæ: vt his inſpectis, alij ſocij in militiã proficiſcerent, néue cũ Medis
Carnia feſta. ſentirent, ſi eos ſuperari audirent. Ipſi autem celebratis Carnijs (hæc em̃ ſacra mora-
bant̃ eos) relictis Spartæ cuſtodibus, erãt cũ omni copia illuc celerrimè ituri auxilio.
Reliqui etiam ſocij ad id agendum itidem animati (nam tempus Olympiadis in hæc
negocia inciderat) haud ſuſpicati tam citò apud Thermopylas bello decernendũ, p̃-
curſores miſerant. Ita iſti ſibi faciendum ſtatuerãt. At ij Græci, qui apud Thermopy-
las erant, vbi ad ingreſſum Perſa aduentabat, metu perculſi, de decedẽdo cõſultabãt.
Cæteri Pelopõnẽſes cenſebãt faciendũ, vt reuerſi in Peloponneſum, iſthmi cuſtodiã
agerent. Huic ſententiæ cùm infenſi eſſent Phocenſes & Locrij, Leonides ſuadebat il
lic perſtandum, & nuncios ad accerſendas ſubſidio ciuitates dimittẽdos, tanq̃ ſe pau
cioribus

cioribus q̃ vt Medorum exercitũ arcerent. Hæc iſtis conſultantib⁹, Xerxes equitem quendam ad ſpeculandum, quot illi eſſent, & quid agerent, mittit. Audierat em̃ iam tũ cùm in Theſſalia eſſet, eò loci cõtractam eſſe exiguã copiã, eiusq; duces eſſe Lacedęmonios, atq; Leonidẽ, è genere Herculis. Eques vbi ad ſtationẽ Gręcorũ ſucceſſit, contemplat̃, aſpicitq; nõ ille quidẽ oẽs milites (nã eos qui intra murũ, quẽ excitauerant, excubabãt, intueri nequibat) ſed eos qui extra murũ agebant. Erant autẽ eo tẽpore, exterius manẽdi in Lacedæmoniorũ ſtatione vices. Eos aĩaduertit partim ſe ludo gymnaſtico exercẽtes, partim comã pectentes. Hęc cũ admiratione intuitus, eorũ numero, ac cæteris oĩbus planè cognitis, per ocium ſeſe recipit. Nemo em̃ illorũ inſe quebat̃, ſed hoĩem magno cõtemptui habebant. Regreſſus ad Xerxẽ, cuncta q̃ inſpexerat refert. Quæ Xerxes audiens, non poterat cõiectare eos ad id ſeſe præparare: vt pro virili & perirent & perderent. Sed cùm ridiculam rem ſibi facere viderent̃, accerſit ad ſe Demaratum Ariſtonis filiũ, qui in exercitu erat: quem, vt venit, interrogauit horũ ſingula, cupiens noſſe quid ab Lacedæmonijs ageret̃. Et ille: Audiſti, inquit, an tea me, dum aduerſus Græciã ꝓficiſceremur, de his viris. Et cùm audiſſes loquentem hæc q̃ euentura prouidebã, deriſui habuiſti. Quanq̃ mihi ſummũ diſcrimẽ eſt, aduerſus te rex veritatẽ tuenti, audias tñ nunc quoq; veritatẽ: Hi viri ad nobiſcũ pugnãdũ de ingreſſu venẽre, atq; hoc apparãt. Nã ita ſeſe apud eos habet cõſuetudo: Quoties adituri ſunt animę periculum, capita comunt: ac ſcito, ſi hos, & q̃ Spartæ manſerunt, ſubegeris, nullã hoĩm gentẽ aliã eſſe q̃ cõtra te rex audeat tollere manus. Etem̃ nunc aduerſus regnũ inter Græca pulcherrimũ, atq; viros ꝑſtãtiſſimos tendis. Xerxe, q̃ hęc ei admodũ incredibilia viderent̃, interrogante, quo pacto tãtillæ copiæ cũ ſuis pugnaturæ eſſent: rurſus, inquit, pro vano me ducas, niſi hoc tibi vt ego annuo, vſu venerit. Hæc dicens, tñ Xerxi nõ perſuaſit. Itaque quatriduum Xerxes ſuperſedit, ratus eos illinc fugã eſſe facturos. Quinto die cùm putaret impudentiã illorum atq; temeritatẽ eſſe in permanendo, ira percitus, Medos in eos ac Ciſſios mittit, imperans vt illos caperent viuos, & in conſpectum ſuum abducerent. Medi vbi facto impetu in Græcos impreſſionem fecerunt, multi cadebant, alijsque ſuperuenientib⁹ nihil tñ promouebant, etſi vehemẽter ingruebãt: palã faciẽtes cùm alijs oĩb⁹, tũ verò ipſi regi, ſe quidẽ multos hoĩes eſſe, at paucos viros. Fuit autẽ hic pugnæ congreſſus interdiu. Pòſt vbi Medi ſe ægrè tutabantur, tum verò ipſi ſe ſubduxére: Perſæque ſubeuntes excepẽre ij, quos immortales rex appellabat, quorũ dux erat Hydarnes, tanq̃ facilè hoſtẽ profligaturi. Vbi & hi cum Græcis cõgreſſi, nihilo plus q̃ Medi proficiebant, ſed eodem modo pugnabant, vtpote longioribus haſtis q̃ Græci vtentes, & in locis anguſtis, vbi nullus multitudinis erat vſus. Ibi Lacedæmonij dignã memoratu pugnã edebãt, cùm alijs in rebus oſtentantes ſe peritè inter imperitos pugnare, tum verò q̃ quoties terga vertebant, cõſerti fugiebant. Quos Barbari, dum fugientes cernerent, cum vociferatione & ſtrepitu ingruebãt. At Gręci rurſus ſe cõuertentes, aduerſis pectorib⁹ eos excipiebant: ac tum innumeram Perſarum multitudinem proſtrauerunt, cùm quidẽ ex Spartiatis quoque pauci aliquot occubuẽre. Perſæ, poſteaq̃ & cateruatim & vniuerſis copijs iter occupare conati, nihil tñ promouebãt, iterũ ſeſe receperũt. Ferũt Xerxes cùm ad ſpectaculũ adeſſet, in ipſo cõgreſſu pugnãdi ter è ſolio reſilijſſe, q̃ videlicet exercitui ſuo timeret. Poſtero die nihilo melius Barbari ꝑliati ſunt. Nã ſperantes fore vt illi, qui pauci eſſent & ſaucij, nequirent manus leuare ad pugnandũ, cùm conflixiſſent, eos Græci excepẽre, inſtructis ordinib⁹, & in ſuo quiſq; loco ac per natiões digeſti, ꝑter Phocenſes, q̃ in mõte ad iter obſidẽdũ locati erant. Perſæ vbi nihil aliud quàm pridie agi vident, abſcedunt. Ibi regem ancipitem, quodnam in re præſenti cõſilium capeſſeret, Epialtes Euridemi filius allocuturus adijt, tanquam magna aliqua re ab illo remunerandus, indicauit ei tramitem, qui per montem ad Thermopylas ferebat: qua re Græcos qui illic conſtiterant, euertit. Is poſtea Lacedæmoniorum metu in Theſſaliam profugit: cuius profugi Pylagoræ Amphictyones apud Pylæam con-

Lacedęmoniorũ conſuetudo.

Perſarũ cũ Lacedęmonijs cõgreſſio.

Pylagorę. Athenæus

congregati,caput pecunia proſcripſerunt: qui interiecto deinde tempore, ab Athenade viro Trechineo,Anticyræ(nam illuc redierat)interemptus eſt. Quę etſi ob aliam cauſam quam ego in ſequentibus reddam, Athenades hic interemit, nihilo tamẽ ſecius ab Lacedæmonijs pręmio affectus eſt.Hũc in modum Epialtes poſtea interijt. Eſt & alia quæ fertur fama: Onetem Phanagorę filium Cariſtiũ,& Corydalum Anticyrenſem,fuiſſe q̃ ea dixerint regi, & circa montẽ Perſas deduxerint: quod apud me prorſus fide caret.Nam hinc licet cõiectemus, primùm,quòd Græcorum Pylagoræ, non Onetæ & Corydali,ſed Epialtæ Trechini caput pecunia proſcripſerunt,quod ſcilicet eũ cõpertiſſimũ haberẽt: Deinde quod Epialtẽ ob hãc cauſam ſcim⁹ ſe fuga propripuiſſe: Poſtremò,q̃ Onetes qui nõ erat Melienſis,ita demũ tramitem illũ nouiſſet, ſi in ea regione permultũ diuerſat⁹ fuiſſet:ideoq̃; Epialtæ culpã aſſcribo,q̃ Perſas per montem circumduxerit,& ad tramitem perduxerit. Xerxes ea quæ Epialtes ſe confecturũ ſpondebat probans,maiorem in modũ lætus,ſine mora Hydarnẽ cũ ijs quibus præerat, copijs miſit.Ille circa lucernarũ incenſionem, id eſt ſub crepuſculũ,è caſtris profectus eſt,& tramitẽ ingreſſus,quem tramitem indigenę Melienſes veſtigauerũt: eoq̃; inueſtigato Theſſalos deduxére aduerſus Phocenſes eo tempore,quo Phocenſes intercepto muris trãſitu,ad arcendum bellum in præſidio erant.Extrinſecus nihil admodum præſeptus trãſitus erat,cũ nihil eſſet vtilis Melienſibus. Etenim ſic ſeſe habet ille callis.Ab Aſopo fluuio,q̃ per montis meat⁹ anfractum,incipit,cui mõti ac viæ idem nomen eſt inditum Anopæa. Hæc Anopæa per dorſum mõtis extenta, deſinit iuxta Alpenũ vrbem,quę prima eſt ex Locridib⁹, Melienſes verſus,ac iuxta lapidẽ nomine Melampygum,id eſt,nigrum fontem, ac iuxta Malitioſorum ſedes: vbi anguſtiſſimus callis eſt.Hac via atque ita ſe habente,Peręæ Aſopo traiecto,iter tota nocte fecerunt,à dextra Oetæos montes,ad ſiniſtram terram Trechiniorum habentes:ac ſub exortum auroræ in cacumen montis euaſerunt:quo in loco(ſicut ſuperius oſtenſum eſt)mille Phocenſium armatorum præſidium excubabat, tum ad ſuam terram, tũ ad viam tutandam.Nam tranſitus inferior, à quibus dictum eſt cuſtodiebatur. Illã verò per montem viam Phocenſes ſua ſponte Leonidæ cuſtodiebant:atq; hoc modo Perſas aſcendiſſe animaduerterunt.Cũ eos illi toto monte conſcendẽdo propter frequẽtiam quercuum latuiſſent, tamen edito multo ſtrepitu (vt res poſtulat) frondiũ ſubter pedes conſtratarum (erat enim cœli tranquillitas) Phocenſes recurrerunt: & dũ ſibi arma induunt,confeſtim Barbari adfuêre:qui conſpicati viros arma ſibi circundãtes,obſtupuêre:quippe qui(vt in exercitu aſſeruatum fuerat) neminem ſibi ſperabãt occurſurũ.Ibi Hydarnes perterritus,ne Phocenſes Lacedæmonij forent,Epialtẽ percontatus eſt,quiſnam ille eſſet exercitus.Mox certior rei factus,Perſas tanquã in aciẽ inſtruxit.Quorum miſſilibus multis crebriſq̃; Phocenſes cùm ferirentur, fugam fecerunt in verticem montis,gnari aduerſum ſe ab initio illos veniſſe,& ſe præparabãt tã quam perituri.Ita illi ſentiebant.Verũ eis ſpretis,ij qui circa Epialtẽ & Hydarnẽ erãt Perſæ,rapidi de monte deſcendunt.At ijs Græcis,qui apud Thermopylas erant,primùm vates Megiſtias extis inſpectis,indicauit mortem illis pariter & ſibi impendere. Deinde tranſfugę notum fecêre,Perſas montem circuire:ſed hi adhuc per noctis tẽpus.Tertio loco ſignificauêre ſpeculatores diurni,quia verticibus mõtis decurrerũt iã die illuceſcẽte.Hic inter ſe conſultantes Græci,ſententijs diſcrepabant. Alij em̃ ſtationem non deſerendam ſuadebãt,alij ab eis diſſidebãt. Poſtea ſeparatim partim diſcedunt,dilapſiq̃ue in ſuam quiſq; vrbem ſe recipiunt:partim,qui cum Leonide erãt, ad illic perſtandum ſe accingunt.Fertur autem ipſe Leonides eos qui abſceſſêre dimiſiſſe,de illorum vita ſolicitus.Se verò & Spartiatas,qui adeſſent,nõ facturos è ſua dignitate ſi ſtationem deſererent, ad quam tutandam ab initio veniſſent. Cęterùm ego magis illi opinioni accedo, Leonidem poſteaquam animaduertit ſocios ignauos, & inuitos eſſe ad periculum ſubeundum,veniam eis abeundi dediſſe,ſibi verò decedere inhoneſtũ putaſſe:permanenti aũt illic,ingentẽ gloriã futuram,& Spartæ nunquam

defuturam

Onetes. Coridalus

Lucernarũ incẽſio.

Thermopylarum callis.

Anopæa.

Alpenus.

Melampygus lapis.

Oetęi mõtes.

Megiſtias extiſpicia.

Leonides.

defuturã felicitatem ſperaſſe. Siquidem iam inde ab initio moti belli Spartiatis à Pythia redditũ erat oraculum, fore, vt aut Sparta euerteretur à Barbaris, aut rex eius occumberet: Quod oraculum hexametris illa verſibus reddidit, in hæc verba: Spartiatarum oraculum.

Vobis, ampliuagæ colitis qui mœnia Spartæ,
Aut vrbs clara dabit Perſa victore ruinam,
Aut ſi non erit hoc, oriundus ab Hercule quidam,
Flebitur extinctus rex in Lacedæmonis ora.
Nam neq; taurorum, neque vim feret ille leonum:
Sed Iouis, & cuius reor haud tolerabile robur,
Alterutrum donec paſſim diſcerpſerit horum.

Hæc reputantem Leonidẽ, cupidumq; gloriæ cõparandæ, crediderim ſolũ ex Spartiatis remiſiſſe ſocios potius, q̃ illos qui abierunt in ſententijs diſſidentes tam deformiter abiſſe. Cui rei nõ minimo id mihi teſtimonio eſt, q̃ vatẽ Megiſtiã huius expeditionis comitẽ, qui ferebat Acarnas eſſe, & à Melãpode oriundus, p̃locutum ex extis ea, q̃ erant euẽtura: voluit propalã Leonides dimittere, ne ſecum periret, ſed ille noluit abſcedere, filium modò, qui ei vnicus erat, vnà militantem dimiſit. Ita ſocij quos Leonides remittebat, ei obtẽperantes abiêre. Theſpienſes tantũ atque Thebani perſtitêre cum Lacedæmonijs. Thebani quidem inuiti ac nolẽtes, quippe quos Leonides loco obſidum diſtinebat: Theſpienſes verò libentiſſimi, qui negauerunt ſe Leonide, & qui cum erant deſertis, abſceſſuros: permanentesq; vnà cum illo occubuerunt, quorum dux erat Demophilus Diadromei. Xerxes ſub exortum ſolis libaminibus factis, tantiſper moratus, dum tempus eſſet, quo forum ſolet maximè frequens eſſe hominibus, è caſtris mouit. Etẽ ita ab Epialta erat mandatũ. Nã deſcenſus à monte erat cõpendiarius magis, ac breuioris multò ſpacij, q̃ circuitus mõtis atq; aſcenſus. Barbari q̃ circa Xerxem erãt, ad Leonidem & ad Græcos, qui cũ eo erant, acceſsêre: & illi tanq̃ ad necem iã multò magis, q̃ à principio fecerant, progreſſi ſunt ad fauces introitus laxiores. Nã munitiones muri eos tutabantur. Et cùm ſuperiorib. diebꝰ in loca arctiora prodeuntes dimicaſſent, tunc extra anguſtias facto concurſu permulti Barbarorũ cadebant. Nã duces à tergo ſui quiſq; ãginis, verberibꝰ, q̃ geſtabãt, vnumquenq; cædebant, aſſiduè ad p̃cedendum adhortantes. Multi eorum in mare decidentes, abſumebanẽ, multò plures inuicẽ viui proculcabanẽ, cùm nulla pereuntis ratio haberẽt. Cumq; ſcirent impendere ſibi necem ab ijs qui montem circuirẽt, quod rõboris habebant, id omne in Barbaros oſtendebant, ingruentes ac ſeſe intrudentes. Quorum pleriſque, cùm iam lanceæ diffractæ eſſent, nõnulli gladijs Perſas obtruncarent, tunc Leonides in hoc labore cecidit, nauata ſtrenuiſſimè opera, & cũ eo alij inſignes Spartani: quorum ego tanq̃ ſtrenuorum virorum noĩa audiui, & quidẽ trecentorũ oĩm. Perſarum quoque illic cùm multi alij tam celebres ceciderunt, q̃ incelebres: tum verò duo Darij filij, Abrocomes & Hyperanthes: quos Darius ex Phratagũna Atarnis filia tulerat. Atarnes autẽ erat Darij regis frater, Hyſtaſpiſque Arſamæi filius: qui dũ Dario filiam nuptum dedit, oẽm inſuper ei domum tradidit, vt qui eſſet vnicæ pater. Hi duo Xerxis fratres ſuper cadauer Leonidæ pugnantes occubuêre, adeò vehemẽti Perſarum Lacedæmoniorumq; conflictu, vt Græci ter hoſtibus in fugam verſis, cadauer Leonidæ virtute ſubtraxerint: & eouſque perſtiterint, dum ij qui cum Epialta erant, adſuêre: quos vbi audiêre Græci, tum verò pugnandi ardor immutatus eſt. Nã ad anguſtias viæ ſeſe recepêre: & introgreſſi murum, tumulum quendam occupãtes, addenſati inſedêre cuncti, præter Thebanos. Eſt autem tumulus in ingreſſu, vbi nũc ſuper Leonidem ſtat lapideus leo. Hoc in loco defenſantibus ſeſe gladijs, qui adhuc eis ſupererant, Barbari circunfunduntur, & manibus & vocibus inceſſentes. Alij ex aduerſo vrgentes, & munitionẽ muri ſubruentes, alij vndique circũuenientes ac circunſtantes. Lacedæmoniorum atque Theſpienſium, cùm tales extiterint, præſtantiſſimus tamen extitiſſe fertur Dieneces Spartanus: quem antequam cùm Medis conſligere-

Demophilus.

Spartiatarum ædes ad Thermopylas.

Leonidæ mors.

Abrocomes.
Hyperanthes.
Phratagũna.
Atarnes.

Græcorũ virtus.

Leo lapideus.

Dieneces præſtantia.

fligeretur, hoc dixisse aiunt, cùm à quodã Trichinio audisset Barbaros p̃ multitudine sagittarum quas emitterent solem obducere, tantã eorum esse copiã, adeò non expauefactus est, vt parui faciens Medorum turbam, responderit: Omnia sibi bona Trichinium hospitem nunciare: si Medi solem obducerent, se sub vmbra cum illis, nõ in sole pugnaturos. Hæc & alia huiusmodi dicta memoratu digna, aiunt Dienecem Lacedæmonium reliquisse. Secundum hunc è Lacedæmonijs duo fratres præstãtissimi ferũtur fuisse, Alpheus & Maron, Orsiphanto geniti. E Thespiensibus Dithyrambus Harmatidei. His eo loco vbi ceciderunt sepultis, & ijs qui prius, q̃ socij à Leonide remissi sunt occubuerant, epigrammata his verbis inscripta sunt:

Dieneces. Maron. Alpheus.

Terdecies centum hic certarunt millibus olim
E Peloponneso bis modò mille viri.

Hæc vniuersis superscripta sunt, illa peculiariter Spartiatis:

Epigrammata Spartiatarum.

Nos Lacedæmonijs refer hîc peregrine iacentes,
Exhibito illorum vocibus obsequio.

Hoc epigramma inscriptum est Lacedæmonijs, illud vati:

Magistiæ epigrãma.

Nobilis hoc bustum est (Medi occidêre) Megistæ,
Sperchion ad fluuium, non sed inultus obit.
Qui vates obitum quamuis præsciret adesse,
Spartæ haud sustinuit deseruisse duces.

Qui hos epigrammatis & cippis exornarunt, Amphictyones fuêre, præter epigrãma vatis Megistæ, quod Simonides Leoprepis filius, propter hominis familiaritatem inscripsit. Ex his trecentis duo, Eurytus & Aristodemus, feruntur ob extremam lippitudinẽ è castris ab Leonida remissi, & in Alpenis decubuisse: & cõmunicato inter se cõsilio, cùm liceret aut salutẽ sibi parare Spartã versus, aut si reuerti recusarẽt, vnà cum alijs occũbere, in neutro horũ q̃ licebat eis facere, inter se cõueniisse: sed cùm sententijs discreparent, Aristodemus quidẽ præ ignauia remãsisse: Eurytus verò audita Persarum circuitione, petisse arma: seq; eis indutum iussisse seruum, vt ad pugnantes deduceret. Iste vbi deduxit, fugæ se mandauisse: sic dato in agmen impetu, occubuisse. Quòd si vel Aristodemus solus redire Spartam neglexisset, aut si ambo reduces fuissent, videnẽ mihi Spartiatæ nullã ijs pœnã irrogaturi fuisse. Nunc altero eorum extincto, in hunc, qui habens eandẽ occumbendi occasionẽ, tñ occumbere noluerit, necessariò debuisse magnopere irasci. Quidã hunc in modum, & ob hanc causam Aristodemũ sospitẽ redijsse Spartã aiunt. Alij enim, cùm ab exercitu pro nuncio mittere tur, & posset pugnæ q̃ fiebat adesse, tñ recusasse, sed moratum in via, fuisse superstitẽ: sociumq; eius qui vnà mittebatur, in pugnã profectum oppetisse. Aristodemus Lacedæmonẽ regressus, probro & ignominia notatus est: probro, quòd eum nemo neq; igni neque alloquio impertiuit: ignominia, q̃ Aristodemus fugax appellatus est. Verùm hic oẽm sibi obiectã culpã, in pugna apud Platæas gesta deleuit. Fertur itẽ alius ex eisdem trecentis superfuisse, in Thessaliã pro nuncio missus, cui nomen erat Pantitæ: sed Spartã reuersus, cùm opprobrio esset, sese strangulasse. Thebani, quorũ dux erat Leontides, vi retenti aduersus regis copias, tamen à partibus Græcorum è quibus erant, dimicauerũt. At vbi res Persarum superiores esse animaduerterunt, ibi à Græcis qui cum fuerant, ad tumulum ire properantibus se dissociãtes, manus ad Barbaros protenderũt, ad eosq; propius accesserunt, referentes (quod verissimum erat) sese cum Medis sensisse, terramq; & aquam regi inter primos dedisse, ac vi coactos ad Thermopylas venisse, & à culpa cladis illatæ abesse. Hæc regi allegantes, quorum etiam Thessalos testes habebant, seruati sunt: non tamen vsquequaque fortunati. Nã Barbari qui eos cepêre, aliquot vt accedebant obtruncauerũt: pluribus iussu Xerxis regias notas inusserunt, à duce Leontida exorsi. Cuius filium Eurimachum postea Platæenses quadringentorum Thebanorum ducem, quòd vrbem ipsorum occupasset, interemêre. Hunc quidem in modum Græci ad Thermopylas dimicauerunt.

Pantita. Leõtides.

Thebani manus protendunt.

Thebanis stigmata regia inuruntur.

Eurymachus.

Xerxes

Xerxes autem accitum Demaratũ interrogauit, hinc orſus: Demarate, virũ te bonũ eſſe indicio veritatis experior. Quæ enim dixiſti, ea oĩa perinde euenêre: Nunc hoc mihi pandito, quótnam ſunt Lacedæmonij, quótue eorum tales in re bellicâ, an & vniuerſi ? Cui Demaratus: Multitudo rex, inquit, Lacedæmoniorum omnium magna eſt, & vrbes multę. Quod autem diſcere vis à me, ſcies: Eſt in Lacedæmone vrbs Sparta octo milliũ fermè virorum, qui oẽs his qui hîc pugnauêre ſunt ſimiles: cæteri Lacedęmonij nõ illi quidem ſimiles, ſed tamen viri ſunt ſtrenui. Ad hũc Xerxes: Demarate, inquit, agedum expone quo pacto hos viros minima cum difficultate ſubigamus. Tũ nanq; calles quò tendant eorum conſilia, vtpote quorum rex fuiſti. Cui Demaratus: Cùm tu, inquit, me rex libenter conſulas, æquũ eſt me tibi quod optimũ ſit expromere, Id quod vis hoc pacto fiet, ſi trecentas naues cũ ſuis propugnatoribus in oram Lacedęmonicam miſeris. Adiacet autem illi inſula nomine Cythera: quam ob rui mari quã extare conducibilius eſſe Lacedæmonijs Chilon aiebat, vir apud nos ſapientiſſimus: videlicet expectans ſemper ab ea aliquid tale futurũ, quale nũc ego expono: nõ ille quidẽ tuã claſſem præuidens, ſed quamcunq; ſimiliter extimeſcens. Ex hac igit inſula proficiſcentes tui Lacedæmonios territent. Ita illi domeſtico occupati bello, neq; tibi erũt infeſti: neq; cæteræ Græciæ, cũ à tuis pedeſtribus copijs expugnabit, auxilia ferẽt. Subacta reliqua Græcia, Laconici per ſe reddent inualidi. Quod niſi feceris, hoc fore expecta: Eſt Peloponneſi arctus iſthmus: quo in loco Pelopõnẽ ſib. omnibus coactis, alia tibi plia ſuperioribus atrociora futura proſpicio. At ſi illud feceris, & iſthmus hic citra prælium, & cæteræ ciuitates vltrò tibi ſe dedẽt. Poſt hunc Achæmenes Xerxis frater, claſſis præfectus, cũ ei colloquio intereſſet, veritus ne Xerxes ad id agendum induceretur: Animaduerto, inquit, te rex verba admittere viri, qui tibi proſperè agẽti inuidet, aut etiã res tuas prodit. His enim moribus vti Græci gaudent, vt fortunato inuideant & meliorem oderint. Quod ſi è præſenti conditione, cũ naues quadringentæ naufragium fecerint, trecẽtas alias è cætera claſſe miſeris ad obeundam Peloponneſum, profectò fiẽt nobis aduerſarij pares ad decertandũ. At ſi cõ iuncta claſſis fuerit, inoppugnabilis reddetur, & ante omnia nobis illi impares erunt: ſimulq; omnis exercitus nauticus terreſtri, & inuicem terreſtris vnà iter faciens, nautico erit auxilio. Quos ſi diſtraxeris, neq; tu illis vſui eris, neq; illi tibi. Tu verò tua ipſius bene conſtitueris, ſi aduerſariorũ res apud te nõ agitaueris. Hîc illi bellũ ſiſtent, hæc agẽt, tot numero ſunt. Illi enim per ſeſe ad ſibijpſis proſpiciendũ ſufficiũt, & nos itidẽ ad proſpiciendũ nobis. Quòd ſi Lacedæmonij aduerſus Perſas in pugnã ibunt, impendentẽ ſibi cladem haudquaquam deuitabunt. Ad hæc ſubijciens Xerxes: Rectè, inquit, Achæmenes mihi videris dicere, quod & faciam. Demaratus quod optimũ ille quidem mihi ſperat eſſe, id ſuadet: eius tamen ſentẽtia à tua ſuperat. Neque verò illud admitto, eũ nolle rebus meis bene conſultum, vt ex ijs quæ antea ab hoc dicta ſunt, & ex ipſa re coniecto. Quoniã ciuis qdem ciui in ſecundis eius reb. inuidet, eũq; malè odit: ac ne cõſulenti quidẽ ſe ciui, ciuis ea ſubiecerit, quę putat optima, niſi ſingulari virtute pditus, quales pauci ſunt. Hoſpes aũt hoſpiti proſpera fortuna vtenti, omnium eſt beneuolentiſſimus, eique conſultanti optimè conſulit. Quapropter ab inſectatione, qua in Demaratum vteris hoſpitem meũ, poſthac abſtinere te iubeo. Hæc Xerxes locutus, inter cæſos trãſijt, vbi erat Leonides: quem cùm audiſſet Lacedęmoniorum regem eundemque ducem eſſe, iuſſit abſciſſo capite in crucem tolli: vt mihi cũ alijs multis indicijs, tum hoc pręcipuè manifeſtum ſit, regẽ Xerxem maximè omnium excanduiſſe in Leonidam viuẽtem. Nam alioqui nunquam in defunctũ hoc genere deliquiſſet: cùm ex omnib. (quos ego noui) hominibus Perſę ſoleant viros in re militari præſtantes, honore afficere. Illi quibus imperatum erat, id executi ſunt. Redeo ad eam narrationem, vnde mihi diſceſſum eſt. Lacedæmonij primi regem aduerſus Græciam tendere acceperunt, atque ita Delphos ad oraculũ miſerunt. Vbi reſpõſum eſt id redditum, cuius paulò ante memini. Acceperũt autem mirum in modum:

Lacedęmon. Sparta.

Cythera inſula.

Demarati ſtratage-ma.

Achęmenis conſilium.

Græcorum mores.

Leonides in crucem tollitur.

Demaratus em̃ Ariſtonis,qui profugit ad Medos,nõ ille quidem Lacedæmonijs beneuolus,vt & ego arbitror,& ratio dictat:tñ hoc fecit,ſiue in hoc bene illis cõſultum vellet,vt cõiectare licet,ſiue q̃ inſultaret:Nã poſteaq̃ Xerxes ſtatuit aduerſus Græciã ſumere expeditionẽ,id Demaratus q̃ Suſis erat,cùm accepiſſet, cenſuit Græcis eſſe indicandũ,ſed cùm aliter nequiret,quippe periculoſum erat,ne deprehenderet, hãc rem cõmentus eſt:Sumptis duarũ tabellarũ pugillaribꝰ,cerã illinc eradit. Deinde in eorũ ligno cõſilium regis exarat. Quod literis exaratũ,rurſus cera inducit, ne q̃d negocij apud viarũ cuſtodes exhiberent pugillares qui ferrentur. Qui vbi Lacedæmonẽ allati ſunt,nõ poterãt eos Lacedæmonij interpretari,anteq̃ (vt ego accipio) Cleomenis filia,eademq̃ Leonidæ vxor Gorgo,illos admonuit, ipſam rem interpretata, iubens ceram effringi. Fore enim vt literas in ligno reperirent. Ita ei auſcultantes Lacedæmonij,literas repertas relegerunt,easq̃ deinde ad Græcos dimiſerunt.

Demarati pugillares

Literarum mira occultatio.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER OCTAVVS, QVI INSCRIBITVR VRANIA.

TQVE hæc quidem ita geſta dicuntur eſſe. Græci aũt, quibꝰ res claſſiaria delegata erat, hi fuêre: Athenienſes, qui naues centum viginti ſeptem pbuêre, iunctis ſibi Platæenſibus: qui etſi rei nauticæ inexperti, tamen ſtrenuè alacriterq̃ pro ſe illorum naues armauerant: Corinthij præbuêre naues quadraginta: Megarenſes, viginti: Chalcidenſes totidem ſibi ab Athenienſibus præbitas armauerunt: Æginetę vndeuiginti: Sicyonij duodecim: Lacedæmonij decem: Epidaurij octo: Eretrienſes ſeptẽ: Trœzenij quinque: Styreenſes duas: Chij totidem, cum totidem penteconteris, id eſt nauigijs quinquagenûm remorum, quibus auxiliares erant Locri: Opuntij cum ſeptem penteconteris. Hæ naues ad Artemiſium in ſtatione erant: quarum quot quiq; præbuerint, mihi dictum eſt. Vniuerſarum verò, præter penteconteres, ad Artemiſium coactarum numerus fuit ducẽtarũ ſeptuaginta vnius. His ducem, penes quẽ ſumma imperij eſſet, Spartiatæ præbuerunt Eurybiadem Euryclidæ filiũ. Nã ſocij negauerunt ſe, niſi Lacon eſſet imperator, ſecuturos eſſe Athenienſes ductores, ſed exercitũ qui futurus erat ſoluturos. Etenim iam inde ab initio, antequam in Siciliam ad ſocietatem ineundam mitteretur, agitatum ſermonibus erat, tanquam expediret rem nauticam Athenienſibus permittere. Cæterùm recuſantibus ſocijs, ceſſêre Athenienſes, quòd magnificarent Græciam ſupereſſe, quam intelligebant eſſe periturã, ſi de principatu contenderent, rectè ſentientes. Nam inteſtina ſeditio tanto deterior eſt bello, quod concorditer geritur, quanto bellum deterius eſt pace. Hoc itaq; ipſum intelligentes, non repugnandum putauerunt, ſed tãtiſper concedendum, quoad magnopere illis indigebant, quemadmodum conſtituerant. Siquidem poſteaquam expulſo Perſa iam de illius terra decertabant, ſuperbiam Pauſaniæ cauſati, Lacedæmonios ducatu abdicauerunt. Verùm hæc poſterius geſta ſunt. Tunc autem ij Græci qui ad Artemiſium ſe contulerant, vbi viderunt & multum nauium ad Aphetas eſſe contractum, & omnia plena exercitu hoſtili, perculſi metu, quòd præter opinionem ſuam expectationemq̃ res Barbarorum ſuccederent, conſultabant de facienda fuga ex Artemiſio interiorem in Græciam. Quorum conſultatione cognita, Euboei obſecrabant Eurybiadem, vt aliquantulum temporis præſtolaretur, dum ipſi liberos atque domeſticos ſubducerent. Vbi non perſuadent, ad ducem Athenienſium Themiſtoclem tranſgreſſi, paciſcuntur cum eo triginta talentis, vt tamdiu ante Euboeam perſtarent, donec pugna nauali decerneretur. Themiſtocles hac ratione Græcos retinuit. Eurybiadem ex hac, tanquã ex ſua ipſius pecunia, quinq; talentis impertit. Hoc perſuaſo,

Græcorum claſsis aduerſus Xerxem.

Eurybiades.

Themiſtoclis corruptio.

perſuaſo, Adimantum Ocyti Corinthiorum ducem, qui ſolus reluctabatur, negans ſe permanſurum, ſed ab Artemiſio profecturum, ita allocutus eſt iureiurando interpoſito: Tu verò haudquaquam nos deſeres, quem ego maioribus donabo muneribꝰ, quàm quæ rex Medorum tibi mitteret ſocios deſerendi. Hęc locutus ſtatim ad nauẽ Adimanti tria miſit argenti talẽta. Illis pecunia corruptis, cùm Euboeis gratificatus eſt Themiſtocles, tum reliquum pecuniæ quam acceperat lucrifecit: quã eum interuertiſſe ideo latuit qui acceperant, quòd putabant eum ab Athenienſibus ad hoc ipſum veniſſe. Ita in Eubœa perſtitere, ac prelium fecêre, quod ita geſtum eſt: Barbari cùm ad Aphetas circa diluculum veniſſent, cumque id quod etiam antè audierãt cernerẽt, paucas Græcorum naues ad Artemiſium ſtationem habere, libidine tenebant aggrediendi, ſi fortè eos intercipere poſſent. Cęterùm ex aduerſo inuadendũ non videbatur, ne ſe conſpectis obuiam tendentibus Græci fugam capeſſerent, noxque fugientes exciperet. Sed euenire oportebat, vt hi effugerent, & illorum inſidiantium ne ignifer quidem euaderet. Igitur ad hanc rem tranſigendam hoc ſunt machinati: Ducentas ex omnib. nauibus delectas extra Sciathum circũagunt, iuxta Capharea & Gereſtum ad Euripum, ne circumuchentes Eubœam ab hoſte cernerentur, ſed eum circumvenirẽt: ducentis quidẽ nauibus quæ hàc irent, viam (quę retro ferebat) obſepientibus, reliqua verò claſſe ex aduerſo ingruente. Hoc capto conſilio quas cõſtituerant naues miſerunt, nõ habentes in animo ipſi eo die Græcos adoriri: nec priuſquã ſignũ quod cõuenerat cũ ijs qui circũuehebantur, ab illis ederetur iam de ſuo aduentu. His circũmiſſis nauibus, reliquarum apud Aphetas numerum inibant. In quibus recenſendis dum occupati ſunt, Scyllias quidam Scionæus, qui ijſdem in caſtris erat, oĩm ea tempeſtate hominũ optimus vrinator: qui etiã in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Perſis ſeruauit, multa & ſibi lucratus eſt: hic Scyllias iamprídem in animo habuerat ad Græcos tranſire: ſed cùm ad eam diem non fuiſſet nactus occaſionem, tunc ad Græcos transfugit, ſed incertum quonã modo illinc trãſierit. Demiror tamen, ſi verũ eſt quod refertur. Refertur eñ cũ ex Aphetis mare ſubiſſet, nõ priẽ nerſiſſe, quã ad Artemiſium peruenit, octoginta fermè maris ſtadia emẽſus. De hoc viro & alia memorant, partim mendacijs ſimilia, partim vera: de quo mihi ea probat opinio, eum nauigio ad Artemiſium peruenisſe. Is vbi eò peruenit, Græcos certiores fecit & naufragij facti, & nauium ad circũeundam Eubœam dimiſſarum. Hoc illi audito inter ſe collocuti ſunt: & cùm multæ eſſent ſententiæ dictæ, illa euicit, vt eũ diẽ illic maneretur, & in ſtatione perſtaret: dehinc media nocte ſoluentes proficiſcerent, & claſſi hoſtium quæ circumageret, occurrerẽt. Poſt hęc vbi nemo ſe ex aduerſo fert, obſeruato diei crepuſculo, ipſi feruntur in Barbaros, animo experiundæ fortunę cùm in pugãndo, tum in perrumpẽdo. Quos Xerxiani milites ducesq; paucis cũ nauibus venientes in ſe conſpicati magnæ hoc illis dementiæ dantes, & ipſi naues educũt, ſperantes facilè ſe illos ire interceptum. Meritò ſanè ſperantes quod viderẽt paucas eſſe Græcorũ naues, ſuas verò multò plures atq; velociores. Itaq; præcontemptu illos in medio concludunt. Ex Ionibꝰ verò ij, qui Græcis bene volebant, inuiti militabant magnę calamitatis loco ducentes, quod viderent circũueniri illos, quorũ neminẽ antè maduerterẽt eſſe rediturũ. Adeò eis infirma res Græcorum eſſe videbat. At ij Iones quib. id quod fiebat voluptati erat, pro ſe quiſq; adnitebat, vt ipſe primus aliqua naui Athenienſiũ capta, donũ ab rege acciperet. Nam apud exercitum plurimus erat per hos de Athenienſib. ſermo atq; reſpectus. Græci, vbi eis ſignũ datũ eſt, primũ conuerſis in Barbaros proris, puppes in mediũ coëgerunt. Deinde ſecũdo ſigno dato opus capeſſunt: quanq; in exiguo ſpacio deprehenſi: & à frõte mox triginta Barbarorum naues excipiunt, in quibus & Philaonem Cherſis filium Gorgi Salaminiorum regis germanum, & in eo exercitu virum eximium. Græcorum aũt primus nauem hoſtiũ cepit Athenienſis Lycomenes Æſchrei filius, idemq; palmã rei bene geſtæ retulit. In hac pugna cũ inuicẽ nũc hi, nũc illi ſuperiores eſſent, interuentu noctis direpti ſunt:

Adimãtus.

Prouerbiũ Ne ignifer quidem rẽ liquus eſt factus.

Scyllias vrinator.

Philaon.

Lycomenes.

Græcorum victoria Antidorus

& Græci quidem ad Artemiſiũ reuecti, Barbari verò apud Aphetas, multò maius opinione ſua certamẽ experti. In hoc prælio ſolus è Græcis qui cum rege erant, Antidorus Lemnius ad Græcos transfugit: quem Athenienſes ob eam rẽ tractu ſoli in Salamine donarunt. Vbi nox affuit (erat aũt anni tempus mediæ ætatis) immẽſa vis aquarum extitit per totam noctem, & dira tonitrua à Pelio. Cadauera quoq; ac naufragia ad Aphetas efferebantur, & circa nauiũ proras excipiebantẽ, & remorũ palmulas perturbabant. Hæc audientes qui illic erant milites, metu conſternebantur, credentes ſe eſſe vtique perituros, vt qui in tantum malorum deueniſſent. Quippe quos anteq; reſpiraſſent è naufragio & tempeſtate, quæ ad Pelion extiterat, excepiſſet atrox pugna naualis, ex pugna nauali vehemens imber & validi aquarum in mare diſcurſus, ac dira tonitrua. Et iſtis quidem huiuſmodi nox contigit. At ijs quib. negociũ datũ erat vt Euboeam circumirent, quanquã eadem nox, tamen multo etiã atrocior erat: tanto quidem, quanto maius eſt, quod eos dum in Pelago ferrentur inuaſit, & triſtis exitus fuit. Vt em̃ eos curſum tenẽtes tempeſtas ac pluuia adorta eſt, cùm eſſent ad concaua Euboeæ, ac flatu ferrentur, ignari quò efferebantur, ad petras impingebãtur. Et id omne à deo fiebat, quò Græcæ claſſi par redderetur id nauium quod ſupererat, nec multo plus foret. Atque hi quidem circa Euboeę concaua periẽre. Barbari verò qui apud Aphetas erant, vbi ipſis libentibus dies illuxit, naues ſuas ſtabilierunt, ſatis habentes, cũ malè rem geſſiſſent, quietem agere in præſens. At Græcis auxilio tres & quinquaginta naues Atticę ſuperuenẽre: quæ ſuo aduentu illis tum animũ addiderunt, tũ nũcium attulerunt, eos Barbaros qui Euboeam circũuehebantẽ, tempeſtate illa quæ exti terat, cunctos interiſſe. Itaque Græci eadẽ qua pridie obſeruata hora, profecti, naues Cilicum inuaſẽre. Quas vbi corrupẽre, & nox aduenit, iterum ſe ad Artemiſium rece perunt. Tertio die Barbarorũ duces tum indignè ferentes à tantula ſe claſſe vexari, tum à Xerxe ſupplicium timentes, non expectandum ſibi amplius cẽſuerunt, vt Græci priores pugnam capeſſerent, ſed inſtructas naues circa meridiem eduxerunt. Contigit autem, vt per hos eoſdem dies & hæc naualia prælia, & illa in Thermopylis terre ſtria gererentur. Erat autem omne certamen his in mari de Euripo, quemadmodũ illis qui cum Leonida erant de tranſitu arcendo. Græci quidẽ ſeſe adhortabantẽ, ne Barbaros intrare Græciam ſinerent: Barbari verò, vt Græcorum copijs profligatis, tranſitu potirentur. Procedẽte Xerxianorum claſſe in aciẽ ordinata, dũ Græci ſe apud Artemiſiũ immotos tenerent: tunc eos Barbari vt cõprehenderent, lunata claſſe circũdabant. Ibi Græci ex aduerſo prodeũtes, cõflixẽre. Qua in pugna pari Marte pugnatum eſt. Nam Xerxiana claſſis præ magnitudine & copia ſua in ſe incidebat, perturbatis nauibus & mutuò incurſantibus: reſiſtebat tamẽ, neq; cedebat. Indigna em̃ res videbat̃, à paucis nauib. in fugã cõuerti. Itaque multæ Græcorũ naues interibant, multi etiã viri, ſed multo plures Barbarorũ & naues & viri: atq; ita dimicãtes, vtriq; ab alteris abſceſſẽre. Hoc in prælio Xerxianos inter milites optimã Ægyptij nauauerũt operã, cũ alijs magnis editis operib⁹, tũ hoc quòd quinq; Græcas naues cũ ipſis ꝓpugnatoribus cepẽre. E Græcis eo die prætãtiſſimi extitẽre Athenienſes, & inter Athenienſes Clinias Alcibiadis filius: qui domeſtico ſumptu ac propria naui, cum ducẽtis viris militabat. Vbi vtriq; libẽter in diuerſum abiẽre, ad ſuas ſtationes ſeſe recepẽre. Græci dirempto prælio reuecti, etſi cæſorũ corporib. ac naufragijs potiti erant, tamẽ quòd malè affecti eſſent, præcipueq; Athenienſes, quorum dimidiũ nauiũ vulneratũ erat, de fugiendo in vlteriora Græciæ deliberabant. Themiſtocles, reputans ſi ab amicitia Barbari Iones & Cares abduceret, fieri poſſe vt reliquos ſuperarent: dum Euboei pecora ad mare propellunt, illuc duces contraxit: eiſque dixit ſe aſtutiam quandam habere, qua ſperaret, optimos quoſque ſociorũ ab rege abductum iri. Hactenus rẽ enudauit, addiditque ad eã tranſigendã hoc ab illis agendũ eſſe, vt Euboeicorum pecorũ quantum vellet quiſque mactaret. Satius enim eſſe ſuorum copijs illos potiri quàm hoſtem. Ac monuit, vt ſuis quiſque popularibus præciperet ignem accendere: ſibi autem dę

Perſarum naufragiũ

Euripus.

Aegyptij.

Athenienſes.

Clinias Alcibiadis.

Themiſtoclis commentum.

nem de diſceſſu ſub tempus opportunum curæ fore, vt ſine noxa abirent. Hoc illis ꝓbatum cùm eſſet, accenſis ignibus ad pecora eſt itum. Nam Euboei contẽpto Bacidis oraculo tanquam nihil dicente, neque exportauerant quicquam, neque importauerant, velut impendente eis bello, res ſibi quoque ipſis detrimentoſas effecerant. Ita enim habebat de his oraculum Bacidis:

Dum iuga Barbaricus canabacea iactat in æquor,
Euboea capræ mugientes fac procul abſint.

Bacidis oraculum.

His verſibus cùm nihil illi niterentẽ, tametſi mala tum aderant, tũ impendebãt, fiebat, vt in pleriſq; aduerſa fortuna vterentẽ. Dũ hæc iſti agebãt, aduenit ex Trechine ſpeculator. Nã vt erat apud Artemiſium ſpeculator Polyas, genere Anticyrenſis, cui datũ erat negociũ cũ expedito nauigio actuario, vt renunciaret his qui apud Thermopylas erant, an claſſis diſceſſiſſet. At Abronychus Lyſiclis filius Athenienſis, apud Leonidã, paratus cum lembo ad nunciandum ijs, qui ad Artemiſium agebant, ſi quid noui pedeſtrib. copijs cõtigiſſet: hic inq; Abronychus aduenies indicauit ea, q̃ circa Leonidã & eius exercitũ geſta erant. Qua illi re audita, nõ iã ſibi differendum abitũ putauerunt: ſed vt quiq; locati erãt, abſceſſerunt: primi Corinthij, poſtremi Athenienſes. Quorũ Athenienſiũ velociſſimis nauibus delectis, Themiſtocles ad aquas potabiles ſe cõferens, in lapidib» literas incidit: quas poſtero die Iones ad Artemiſiũ venientes legerũt in hæc verba: Viri Iones, haud iuſtè facitis, militãtes aduerſus patres, & Græciã redigentes in ſeruitutẽ. Sed quod ꝓcipuũ fuerit, ſtate à nobis. Sin hoc facere non poteſtis, ſaltẽ nunc ſitis in medio: quod & ipſi facite, & Cares nunc faciãt obſecrate. Quòd ſi horũ neutrũ agere licet, & maiori neceſſitate eſtis obſtricti, q̃ vt poſſitis deſciſcere, in re gerẽda, dũ pugnã cõſerimus, ſponte agatis inſtrenuè, memores à nobis vos eſſe oriundos, & inimicitiarum nobis cum Barbaro principium à vobis extitiſſe. Hæc Themiſtocles (vt arbitror) ancipiti conſilio ſcripſit: vt ſi literæ regem laterent, Ionas induceret ab rege ad ſe deficiendum: ſin ad eum deferrentur, darenturq; crimini, infidos eidẽ redderet Iones, vt à ꝓlijs naualib» ſummouerentur. Poſtq̃ hęc Themiſtocles inſcripſit, extẽplò vir quidã Hiſtiæus nauigio aduectus, Barbaris nuncium attulit, Græcos ab Artemiſio ꝓfugiſſe. Illi homine ꝙ fidem nõ haberent, ſeruari iuſſo, naues veloces ad rem explorandã miſerunt. Qua per illos renunciata, ita ſimulatque refulſit ſol, oĩs claſſis addenſata ad Artemiſium cõtendit. Vbi ad meridiem vſque immorata, mox ad Hiſtiæã proceſſit. Eò appulſi, vrbe Hiſtiæorum potiti ſunt, & optimã portionẽ agri Hiſtiæi, maritimoſq; vicos omnes percurſauerunt. Dum illi hoc in loco agunt, Xerxes præparatis quæ ad cæſos pertinebant, præconẽ ad claſſiarios mittit. Hæc autem præparauerant: Quicunque è ſuo exercitu apud Thermopylas cæſi (erant autem viginti millia) eorum mille fermè relictis, cæteros depreſſa foſſa humauit: & ne à claſſiario exercitu cerni poſſent, eam humum exagitauit, folijſq; cõſtrauit. Præco vbi ad Hiſtiæã peruenit, facto totius exercitus cœtu hæc dixit: Viri ſocij, rex Xerxes dat veniam cuicunque libet, relictis ordinib» ire viſum, quemadmodum pugnatur cum amentibus hominib», qui ſe ſuperaturos ſperauerãt copias regis. Hæc vbi denunciauit præco, mox nihil infrequentius quàm nauigia fuit, ita multi viſere cupiebant. Profecti eò, omnes Lacedæmonios eſſe ac Theſpienſes credebant, qui ſtrati iacebant, cùm etiam ſeruos cernerent. Neque verò eos qui eò tranſierant, latuit quid Xerxes circa ſuorum cadauera feciſſet. Etenim ridiculum erat quòd mille iacentes extarent, cæteri verò conferti eundem in locum quater milleni comportati ſitiq; eſſent. Atq; hunc quidẽ diem in ſpectaculo cõſumpſerunt. Poſtero aũt claſſiarij Hiſtiæã ad claſſem remeauerunt. Reliqui qui cum Xerxe erant, iter ingreſſi ſunt, ad quos pauci quidã ab Arcadia perfugæ venerunt, victus inopes, & operam ſuam præſtare cupiẽtes: qui in cõſpectu regis adducti, interrogatiq̃ cùm ab alijs Perſis, tum verò à quodam præcipuè de Græcis, quidnã illi agerent? reſponderunt eos agere Olympia, & ſpectare certamen gymnicum atque equeſtre. Rurſus eodẽ percontante,

Literę Themiſtoclis ad Iones lapidibus inciſæ.

Abronychus.

Polyas.

Hiſtiæa vrbs capit.

Xerxis clades ad Thermopylas.

Xerxis ridiculum.

Olympicũ præmium corona oleagina.

quidnã illis p̃mium eſſet propoſitũ, propter quod certarent? Oleaginã coronam, inquiunt, eſſe qua donarent. Ibi Tigranes Artabani filius, generoſiſſimã dixit ſentẽtiã, q̃ apud regẽ pro timida eſt habita. Audiẽs em̃ p̃mium illis coronã eſſe, nõ pecuniam, ſilentiũ tenere nõ potuit, quin corã oĩb⁹ diceret: papæ Mardoni, in quos viros induxiſti nos ad pugnandũ: qui nõ pecuniarũ certamen agitent, ſed virtutis? Hoc ille dixit. Eo interim tẽpore poſt acceptã apud Thermopylas calamitatẽ, cõfeſtim Theſſali caduceatores ad Phocenſes mittũt, vtpote ijs infenſi, cùm ſemper antea, tum p̃cipuè poſt nouiſſimã cladẽ. Etem̃ nõ multis ante hanc regis expeditionem annis, cùm ipſi Theſſali & eorũ ſocij omni cũ copia bellũ Phocenſib. intuliſſent, à Phocenſib. fugati ſunt ac malè mulctati. Nã cùm ad Parnaſſum vſq; p̃ceſſiſſent Phocẽſes, ſecũ habẽtes Telliã vaticinũ illum Helæũ, ibi Tellias hic huiuſmodi rem eis cõmentus eſt: Sexcẽtos viros è Phocenſib. p̃ſtãtiſſimos gypſo, tam ipſos q̃ arma illinit: eosq; ſub noctẽ in Theſſalos dimiſit, dato p̃cepto, vt quemcunq; albicantem nõ cernerent, eum obtruncarent. Hos primũ Theſſalorũ excubitores, aliud quoddã p̃digium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus adeò exhorruerunt, vt trib⁹ millib⁹ cæſorũ atq; ſcutorũ Phocenſes potiti ſint: quorũ ſcutorum dimidium apud Abas, alterum dimidiũ apud Delphos dedicauerunt: & ex decima pecuniarũ huius pugnæ factæ ſunt ſtatuæ grandes, q̃ circa tripodẽ è regione delubri Delphis viſuntur: & alteræ eiuſmodi, in Abis repoſitæ. Hoc Phocenſes in peditatũ Theſſalorum, à quibus obſidebant, egerunt. Equitatum quoq; eorundẽ, qui in ſuũ agrũ incurſauerat, inſanabili clade afflixit. Ad ingreſſum enim qui eſt iuxta vrbem Hyampolim, depreſſa ingenti foſſa, amphoras illic inanes depoſuerunt, humumq; deſ̃per iniecerunt, eamq; reliquo ſolo exæquauerunt: vbi cùm Theſſalos expectarent incurſuros, in eos Theſſali impetu dato, tanquam rapturi in amphoras inciderunt, ibiq; equorum crura confracta ſunt. Ob hæc ambo Phocenſib. infenſi Theſſali, miſſo caduceatore ita dixẽre: Num diſſimulatis amplius Phocenſes agnoſcere nõ eſſe vos nobis pares, qui & antehac inter Græcos, q̃diu partes illorum nobis placuerunt, ſemper vobis antecelluimus, & nunc apud Barbarũ adeò pollemus, vt penes nos ſit & agro vos exuere, &. in ſeruitutem redigere? Quã facultatem etſi obtinemus, tamen iniuriarum non ſumus memores, niſi vt eo nomine quinquaginta talenta rependatis: & nos vobis recipimus, omnia nos ab agro veſtro damna auerſuros. Hęc Theſſali Phocenſibus denunciabant, quòd ſoli Phocenſes inter eius loci homines cum Medis non ſentiebant: idq; nulla alia cauſa, vt ego coniectura comperio, q̃ Theſſalorum odio, partes Medorum, vt mihi videtur, ſecuturi, ſi Theſſali partes Græcorum fouiſſent. Hæc deferentibus Theſſalis, negarunt ſe Phocenſes pecuniã daturos: & ſibi itidem vt Theſſalis facultatem eſſe ſentiendi cum Medis, ſi aliter ſentire vellent: ſed nequaq̃ fore, vt ſponte eſſent proditores Græciæ. His verbis renunciatis, adeò Theſſali ſunt in Phocenſes indignatione perciti, vt Barbaros duces itineris extiterint, & ex Trechina Doridem regionem incurſauerint. Nã eius regionis podion anguſtus illic, octoginta non amplius ſtadia in latum protenditur. Inter Melidẽ ac Phocenſem regiones ſitus vrbis olim Dryopiæ erat. Hæc aũt regio, Dorũ, qui ſunt in Peloponẽſo, metropolis eſt. Hanc igit̃ Doridẽ, regionem ingreſſi Barbari, nihil admodũ læſerunt: cum Medis enim etſi Theſſalis non videbatur, ſentiebant. Poſteaq̃ è Doride in Phocidem ingreſſi ſunt Barbari, ipſos quidẽ Phocẽſes nõ ſunt adepti: quorũ nõnulli cacumina Parnaſſi cõſcenderãt (qui vertex eſt iuxta vrbẽ Neonẽ illic ſitã, noĩe Tithorea) eoq; ſe receperãt: ſed plures ad Locros Ozolas in vrbem Amphiſſam, q̃ ſupra Criſæum ſita eſt campum: omnem tamen agrum Phocenſem incurſauerũt (ſic em̃ ducebant à Theſſalis) & oĩa q̃ nacti ſunt, igni ferroq; vaſtarunt. Vrbes etia ingreſſi, ignes in ſacras ædes iniecerunt. Nã peragrãtes eã iuxta Cephiſſum amnẽ cuncta populati ſunt, & hinc vrbẽ Drymon incenderunt, illinc Charadram, & Erochum, & Tethroniurn, & Amphicæam, & Neonem, & Pedicas, & Triteas & Elatea, & Hyampolim, & Parapotameos, id eſt, fluminis accolas, & Abas, vbi delubrum

Certamen non pecuniarũ, ſed virtutis. Tellias.

Abæ oppi.

Theſſali ad Phocenſes.

Phocenſes ad Theſſalos.

Podiõ Doridis.

Criſæus campus.

delubrum Apollinis erat locuples, & thesauris donarijsque compluribus exornatū: in quo vt tunc, ita nunc redduntur oracula. Hoc delubrum posteaquam diripuêre, incenderunt. Phocensium etiam quosdam per montana insecuti ceperunt, & mulieres aliquot, quas præ multitudine stuprātium extinxerunt. Prætergressi quoque finitimis accolas, peruenêre ad Panopeas. Vnde bifariam copię iam diuisæ fuerūt: quorum plurima pars ac validissima, cum ipso Xerxe Athenas versus tendens in Bœotios, in agrum Orchomeniorum ingressa est. Bœotij cum Medis vniuersi sentiebant: quorum vrbes viri Macedones in eis collocati, qui ab Alexandro missi fuerant, seruauerunt, volētes planum facere Xerxi, Bœotios sentire cum Medis. Et hi quidem Barbari hàc iter intenderunt. Cęteri verò cum suis ducibus Parnassum à dextra prętringentes, ad templum quod est Delphis processerunt, quicquid agri Phocensis nanciscebantur, id omne fœdantes. Nā & Panopiorum oppidum cremauerunt, & Daulio rum, & Æolidensium. Ideo autem hàc ab alijs seiuncti pergebant, vt direpto, quod Delphis est, templo, pecunias repræsentarent Xerxi regi: qui omnia quæ in eo templo erant memoratu digna, melius norat (vt ego audio) quàm quæ in ædibus suis reliquerat, permultis assiduè referentibus cùm alia, tum præcipuè Crœsi Haliattis filij donaria. Hoc Delphi cùm audissent, in extremam prorsus deuenêre formidinem. Qua attoniti, deum de sacra pecunia cōsultarunt, num eam humi defoderent, an aliū in locum transportarent? Eam deus illis interdixit, ne amouerent: se enim suffecturū esse ad res suas tutandas. His auditis, Delphi de semetipsis curandum putauerūt, liberis vxoribusque in Achaiam traiectis. Plerique vertices Parnassi superauerunt, & ad Corycium antrum, quidam ad Amphissam Locridem se subduxerūt: denique omnes Delphi vrbem deseruerunt, pręter sexaginta viros, ac prophetam, id est, vaticinum. Postea verò quàm Barbari subeuntes appropinquabant, templumque cernebant, interim propheta, cui nomen erat Aceratos, inspicit ante delubrum sacra arma prolata è conclaui, quę intus proposita fuerant, quę nefas erat cuiquam mortali contingere: quod ostentum ijs Delphis qui aderant perrexit nunciatū. Vbi Barbari properantes peruenêre ad fanum Mineruæ quod est ante templum, tum verò etiam maiora quàm superius prodigia repræsentata sunt: res profectò hæc valdè mirāda. Nam arma Martia, sua sponte extra delubrum proposita apparuerunt. Quod tamen secundo loco actum est ex omnibus miraculis, maxima est admiratione dignum. Cùm eū Barbari ad sacellum Mineruæ, quod est ante templum, accederent, intereà è cælo fulmina in eos deciderunt: & à Parnasso duo abscissi vertices, magno cum fragore sunt deuoluti, permultosque eorum interceperunt. Atq; ex ipso sacello Mineruę vociferatio iubilatioque extiterunt. Quibus omnibus pariter ingruentibus, terror incussus est Barbaris, vt fugæ se mandarent. Ea re cognita, Delphi descendentes magnam eorum stragem edidêre. Qui superfuêre, rectà ad Bœotios effugerunt: & cū rediissent, referebāt (vt ego accipio) alia se præter ea quā dixi miracula, vidisse duos armatos humana natura augustiores institisse, sibi cædē facientes atq; insequētes. Hos duos Delphi aiunt indigenas heroas esse, Philacō & Autonoū, quorū fana visunt. Philaci quidem, secundū ipsam viā super ędē Mineruę: Autonoi verò prope Castaliā sub Hyampeo vertice. Saxa quę à Parnasso deciderunt, adhuc ad nostram vsq; memoriam integra extant in fano Mineruę protemplaris locata, ad quod per Barbaros deuoluta peruenêre. Atq; hic receptus à templo horum virorū fuit. Græcorum classis ab Artemisio profecta, rogatu Athenienſium ad Salaminē substitit. Quod vt facerent, ideo rogauerant Athenienses, tum vt liberos atque vxores ex Attica subducerent, tū vt consultarēt quid sibi agendū esset. Nā in reb. q̄ cōtigerāt, cōsiliū capiendū habebāt tanq̄ opinione frustrata: quippe q̄ putassent inuēturos se Pelopōnēses, ad excipiendū Barbarū in Eubœa subsidētes: horū nihil inuenerāt, sed audiebāt illos isthmū muro sepire: hoc ante oīa curātes, vt ipsi superessent, & terrā suā obtinētes tutarent, omissis cæteris. Hæc Athenienses cùm audissent, ita socios obsecrarūt, vt ad Salaminem sisterēt classem.

Phocensiū regio à Barbaris vastatur.

Mulieres stuprando extinctæ.

Halyattis donaria.

Apollinis oraculū.

Aceratos propheta.

Ostenta.

Delphorū indigenæ heroes.

Hyampęus vertex.

Protemplaris Mineruæ.

Athenienſe edictum.

claſſem. Quò alijs appulſis, Athenienſes in terrã ſuã profecti, ꝓpoſuêre edictũ, vt qua quiſq; Athenienſiũ ratione poſſet, ſeruaret liberos atq; domeſticos ſuos. Ibi plurimi eorũ ſuos in Trœzenẽ miſerũt, quidã in Æginã, nõnulli in Salaminẽ, pro ſe quiſque properantes ſua pignora exportare, ꝙ vellent oraculo obſequi: & ante oía, qđ Athe-

Serpens Athenienſis cuſtos.

nienſes aiunt, ingentẽ anguẽ arcis cuſtodẽ in tẽplo fuiſſe obſeruatũ. Et tanq̃ re vera eſſent q̃ dicunt, ſerpenti menſtrua nõ ceſſant libamina proponere, q̃ ſint è melle confecta: q̃ cùm ſemper ſuperioribus temporib⁹ depaſcerent, tunc illibata manſerant. Id cùm ipſa templi antiſtes indicaſſet, eò magis Athenienſes eoq; prõptius deſeruêre arcem, tanq̃ à deo etiã deſtitutã. Exportatis itaq; reb⁹ oĩb⁹, ad caſtra nauigauerũt. Poſteaq̃ eos q ab Artemiſio ſoluerãt, ad Salaminẽ ſubſtitiſſe audierãt, reliqui claſſiarij q ad Trœzeniã erãt, eôdem cõfluxêre. Nã vt in Pogonem Trœzeniorũ portum coiere,

Pogõ portus. Eurybiades. Hermioneſes. Doris.

erat edictũ. Pluresq; multo cõtractæ ſunt naues, q̃ ad Artemiſium decertauerant: & à pluribus ciuitatib. eôdem, q̃ ad Artemiſium duce Eurybiade Euryclidis, viro Spartiata, nõ tñ è genere regio: quarum multo plurimas ac maximè veloces obtinebant Athenienſes: q̃ claſſis ex his cõſtabat: Ex Peloponneſo Lacedæmonij ſedecim naues præſtabant: Corinthij totidẽ quot ad Artemiſium ꝓſtiterant: Sicyonij quindecim: Epidaurij decem: Trœzenij quinq;: Hermionenſes tres: Hi Dorici generis ac Macedoniæ gentis, Hermionenſibus exceptis, ex Erineo & Pindo & Driopide nouiſſimè profecti. Nã Hermionenſes Dryopes ſunt, ab Hercule & Melienſib⁹ è regione q̃ Doris nunc vocaẽ, abducti. Hæ copiæ Peloponnenſium erant. Eorũ qui ſunt in exteriore cõtinente, Athenienſes ſupra quàm cæteri naues ꝓſtabant ſoli centum octoginta: quippe quibus nõ affuerunt in pugna ad Salaminem geſta Platæenſes, ob hanc cauſam, ꝙ cùm Græci ab Artemiſio digreſſi ſunt, vbi ad Chalcidem peruenerunt, Platæenſes deſcenderunt vlteriorem regionem Bœotiæ, ad recipiẽdos domeſticos ſuos ſe cõuerterunt. Ita dum in ſuis cõſeruandis occupantur, relicti fuêre Atheniẽſes ſub

Græcia Cranai. Athenien. vnde nomen. Iones vnde. Ampracij. Leucadij. Aeginetæ. Epidaur⁹. Chalcidenſes. Oenone. Eretriẽſes. Naxij. Styreẽſes. Cynthij. Seriphij. Siphnij. Melij. Theſproti. Acheron. Ampraciotæ. Leucadij. Crotoniatæ. Phayllus. Penteconteres. Nauium Græcarum ſumma ad Salaminẽ.

Pelaſgis, eã, quæ nunc Græcia nuncupaẽ, tenentibus. Pelaſgi erant Cranai nominati: ſub rege verò Cecrope, Cecropidę cognominati. Erechtheo aũt adepto imperium, immutato noĩe Athenienſes appellati: deinde Iones, ab Ione Zuthi filio, qui dux extitit Athenienſis exercitus. Megarenſes tantundem copiarum, quantum ad Artemiſium attulerunt. Ampracij ſeptem cum nauib. auxilio venerunt: Leucadij cum trib⁹, Dorica gens, & à Corintho oriunda. Ex inſulanis Aeginetæ triginta naues exhibuerunt, quibus aliæ quoque erant naues inſtructæ, ſed ijs orã ſuã tutabanẽ. Verùm cùm triginta omninò nauibus præcipuæ velocitatis, ad Saliminẽ dimicauerunt. Sunt aũt Ægineta Dores, ab Epidauro. Cui inſulæ nomen antea fuerat Oenone. Poſt Ægine tas eaſdẽ, quas ad Artemiſiũ, viginti naues Chalcidẽſes, & ſeptẽ Eretriẽſes: hi Iones ſunt. Deinde Chij eaſdẽ adduxêre, gens ab Athenienſib. Ionica. Naxij naues adduxêre quatuor, quemadmodum & cęteri inſulani, à popularibus ad Medos dimiſſi: ſed illorum iuſſa aſpernati, tranſiêre ad Græcos, diſceſſu Democriti, viri inter ciues illuſtris, & tunc trierarchi. Naxij Iones ſunt ab Athenienſib. ducentes originem. Styreenſes quoque eaſdem quas in Artemiſio naues ꝓbuêre. Cynthij vnam omninò, & vnũ penteconterem. Horum vtriq; Dryopes ſunt. Seriphij etiam & Siphnij & Melij fuêre in partibus. Hi eñ ſoli ex inſulanis terrã Barbaro & aquam negauerũt. Intra Theſprotos hi oẽs, & amnem Acherontẽ incolunt. Siquidem Theſproti cùm ſint cõtermini Ampraciotis ac Leucadijs, ex vltimis regionibus in militiã venerunt. Eorũ qui extra hos habitant, ſoli fuêre Crotoniatæ, qui Græciæ periclitanti auxilium vna naui tulêre: cui ꝑerat Phayllus, is qui ter Pythico certamine vicerat. Sunt aũt Crotoniatę gñe Achæi. Et cæteri quidẽ ex hac claſſe triremes præbuerũt. Melij aũt & Siphnij & Seriphij pẽteconteres, id eſt, biremes: Melij duas, Siphnij Seriphijq;, biremem vtriq;. Melij ab Lacedæmone genus ducentes: Siphnij & Seriphij ab Athenienſibus Iones. Summa nauiũ, præter biremes, fuit trecentæ quinquagintaocto. Quæ poſteaquã ex ijs quas dixi vrbibus ad Saliminẽ cõuenerũt, inter earum duces cõſultabaẽ, Eurybi-

ade rogante,vt qui vellent,ſententiam dicerent,vbinã ex ijs locis quibus ipſi potirẽtur, commodiſſimum foret pugna nauali decernere. Iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de cæteris deliberabatur. Pleræq; illorum ſententiæ in hoc congruebãt, vt profecti ad iſthmum,ante Pelopõneſum decertarẽt, hac videlicet ratione: quòd ſi male pugnaſſent,ad Salaminẽ quidem ſibi in inſula obſeſſis nullũ ſubſidium oſtendebatur: ad iſthmum verò, dabatur ad ſuos effugium. Hęc ratio cũ à ducibus Peloponnenſium redderetur,aduenit quidam Athenienſis,nunciatũ iam Atticam Barbarum eſſe ingreſſum,eãque oẽm igne vaſtare. Nam copię quæ cum Xerxe erant, Bœotiam peragrantes, incenſa tum Theſpienſium, qui in Pelopõneſum diſceſſerant,tum Platæenſium vrbe,Athenas peruenerant,& oĩa illa peruaſtabant. Ideo autem Theſpiam & Platęam incenderunt,quòd à Thebanis acceperant illas ciuitates nõ conſentire cũ Medis. A traiectu Helleſponti,ex quo iter ingredi cœpêre Barbari,vnum menſem tri uêre tranſeundo in Europã,tres alios dum in Atticam peruenêre,Calliade ſummum Athenis magiſtratum gerente: vrbẽque deſertã cepêre,paucis quibuſdam Athenienſibus in templo repertis,necnon quęſtoribus ęrarijs,& hominibus egenis, qui pręſepta foribus atque lignis arce, ſubeuntes arcebant,qui nõ exierãt illinc ad Salaminem ſimul præ inopia victus,ſimul opinione oraculi cõprobandi,quod reddiderat eis Pythia,murũ ligneũ inexpugnabilem fore: id interpretãtes ex oraculo effugiũ eſſe,non naues. Hos Perſę,caſtris ex aduerſo arcis poſitis in prominenti colle,quem Areiũ pagum Athenienſes vocant, hunc in modum obſederunt: Sagittas ſtupa circũdatas vbi incenderant,emittebant in illorum vallũ. Athenienſes, quanquam obſeſſi,& ad vltimum malorum deducti, etiam conſcenſo vallo tamen reſiſtebant: ac ne verba quidẽ Piſiſtratidarum cõditionem deditionis offerentium,admittebant: & cũ alia ad repugnandum excogitarunt,tum verò hoc, quod in Barbaros portis ſubeuntes deuoluebant ſaxa molaria: adeo,vt Xerxes perdiu inops cõſilij fuerit,quòd eos expugnare nõ poſſet. Tandem ex difficultatibus, acceſſus quidã apparuit Barbaris. Neceſſe eñ erat ſecundum oraculum,omnem Atticam,quæ in cõtinente eſt,ſubijci Perſis. Igiť à frõte arcis,à tergo autem portarum & aſcenſus,qua parte nemo excubabat,quaq; nemo credebat quempiam hominum aſcenſurum,hac parte (etſi loco prærupto) quidam conſcenderunt iuxta templum Aglauriæ filiæ Cecropis: quos vbi iã arcẽ aſcendiſſe viderunt Atheniẽſes,partim è muro ſeſe præcipitauerunt,atque extincti ſunt,partim in ædem refugerunt. At Perſæ qui aſcenderũt,primũ ad portas contendunt,eisq; patefactis ſupplices trucidant. Atque vbi omniũ ſtragem fecerunt,direpto tẽplo arcem incendunt. Athenis omninò Xerxes potitus,equitem quendã Suſa ad Artabanũ mittit,nunciatum res bene geſtas, ac præſentem ſtatum. Poſtero die quàm nunciũ miſerat,conuocatis Athenienſium exulibus expeditionis ſuę comitibus, iuſſit vt conſcenſa arce,hoſtias ſuo ritu immolarẽt: ſiue aliquo in ſomnijs viſo,ſiue ſua ſpõte facti pœnitens, quod templum cõcremaſſet. Exules Athenienſes id quod iuſſi erant, executi ſunt. Cuius rei cur mentionem fecerim,exponã. Eſt in arce hac Erechtheios (qui fertur fuiſſe terrigena) templum, in quo olea eſt & mare,vt apud Athenienſes pdicatur,Neptuno & Mineruæ in teſtimonium poſita,quòd de regione decertaſſent. Hãc igitur oleam vnà cum cętero templo contigit vt Barbari exurerent quã Athenienſes qui ab rege iuſſi erãt rem diuinam facere, altero ab incenſione die cũ in templũ aſcẽdiſſent, aſpexerunt fruticaſſe,edito à ſtipite virgulto,cubiti inſtar. Et hęc quidem illi narrauerunt. At Græci qui apud Salaminem erant,vbi nunciatum eſt,vti res circa Athenienſium arcem haberẽt, eô perturbationis deuenêre, vt nõnulli è ducib. nõ expectarẽt, dum propoſitum negocium conſtitueretur, ſed in naues irruerent, ac vela tollerent tanquam profecturi. Cæteriq́ue qui relinquebantur, ſtatuerent ſibi ante iſthmũ prælio nauali decernendum. Et cum nox adfuiſſet,digreſſi è concilio,naues conſcenderunt. Ibi Themiſtoclem pergentem ad nauem ſciſcitatur Mneſiphilus,vir Atheniẽſis, quidnam ab ipſis decretum eſſet,& cùm ab eo audiſſet decretum eſſe, vt ad iſthmum proficiſce-

Theſpia vrbs vaſtatur.
Platæa vrbs incẽditur.
Callias.
Athe. capţę.
Areius pagus.
Athenienſium virtꝰ in propugnãda arce.
Aglauria filia Cec.
Athenarũ arx incenſa.
Erechtheios tẽplũ.
Olea in arce.
Athenien.
Mneſiphilus.

proficiſcerent̃,& ante Pelopõneſum dimicarent: Si iſti inquit, à Salamine proficiſcã tur, iam tu pro nulla amplius patria dimicabis. Ad ſuam em̃ quiſq; patriã remeabũt: vt nec Eurybiades, nec alius hoim̃ quiſpiam cohibere poſſit, quo minus copiæ dilabã rur: Græciaque peribit conſilij inopia. Quare ſi quid comminiſci potes, age, quod de cretum eſt, conare irritum reddere, & Eurybiadem à ſententia reuocare, vt hĩc perſtet. Themiſtocles, cùm hæc admonita ei admodum probarent̃, nullo reddito reſpõſo, ad Eurybiadis nauem perrexit. Vbi hominem conuenit, ait velle ſe de negocio communi cum eo colloqui. Hũc ille in nauem ingreſſum iubet loqui quę vellet. Cui Themiſtocles aſſidens, quæcunq; à Mneſiphilo acceperat, tanquam à ſemetipſo refert, & alia adijcit multa, donec Eurybiadem à ſententia reuocauit: perſuaſitque vt è naui prodiret, & duces ad conſilium cõtraheret. Ii poſteaquam congregati ſunt, priuſquam ad eos Eurybiades referret id, cuius gratia ipſos coëgerat, Themiſtocles multis agebat verbis, prout magnopere expediebat. Quem interfatus Corinthiorũ dux Adimantus Ocyti: Themiſtocles, inquit, in certaminibus ij, qui ante alios vrgent colaphis cædunt̃. Eum refellens Themiſtocles: Atqui, inquit, reliqui nõ coronantur. Comiter Corinthio cũ reſpondiſſet, ad Eurybiadem conuerſus, nihil eorum dicebat quæ dixerat prius: illos poſteaquam à Salamine profecti fuiſſent, dilapſuros. Præſentibus em̃ ſocijs, non putabat ſibi decorum quempiam accuſare: ſed aliundè oratione ſumpta: In te nunc, inquit, ſitum eſt ſeruare Græciam, ſi mihi accedens, nauale hĩc p̃lium facias, & non horum quibuſdam credens, claſſem ad iſthmum abducas: vtrunq; cũ audieris, inter ſe comparato. Si ante iſthmum confliges, in patenti pelago dimicabis, vbi nobis minimum expedit, nãues habentibus & grauiores & numero inferiores. Ex quo etiamſi in alijs feliciter nobiſcũ agat̃, tamen amittes Salaminem & Megara & Æginam. Nam illos vnà comitabit̃ ſuus pedeſter exercitus. Atq; ita tu eos in Peloponneſum ages, oẽmq; Græciã in diſcrimen adduces. Sin aũt id feceris quod ſuadeo, hæc in eo reperies cummoda: Primùm ſi in arcto conflixerimus nos paucæ naues cũ multis, profectò ſi equa belli contingent, multo ſuperiores erimus: quoniam in arcto pugnare, pro nobis eſt: in ſpacioſo, pro illis. Præterea Salamis ſeruatur, vbi noſtri nunc liberi collocati ſunt & vxores. Eſt & alia hĩc cauſa, propter quã item debes præcipuè hĩc manere, quòd pro Peloponneſo & iſthmo pugnatis: quò caue (ſi ſapis) ne iſtos ducas. Si id quod ſpero continget, vt claſſe vincam⁹, Barbari neq; ad iſthmum nobis aderũt, neq; vſquam longius ab Attica procedent, ſed nullo ordine abibũt: vnde nobis lucrifaciemus quæ ſeruauerimus Megara, Æginamq;, atque Salamiñ̃, apud quã credibile eſt nos hoſtib. fore ſuperiores. Credibilia em̃ ſuadentibus hominibus ferè proſperè cedit. Secus facientibus ne deus quidem vult adeſſe, & humanæ ſententiæ indulgere. Hæc dicentem Themiſtoclem, rurſus interpellans Adimantus, iubebat ſilere eum, cui patria non eſſet: quinetiam Eurybiadem non ſinere virũ extorrem ſentẽtiam dicere: & ita demum id ſinere, cũ vrbem Themiſtocles haberet: videlicet exprobans, quod Athenæ captæ eſſent, tenerenturque ab hoſte. Tũc Themiſtocles, & ille Corinthijs multa ingerens probra, ratione oſtendit, ſibi eſſe & ſolũ, & vrbem multo maiorem quàm illis, vnde naues fermè ducentę eſſent armatæ, quas nulli Græcorum inuadentes poſſent propellere. Hæc cũ ratione ſignificaſſet, ad Eurybiadem tranſiens, maiori cum acrimonia loquebatur, inquiens: Tu verò ſi hĩc manes, vir eris egregius: ſin minus, Græciæ euerſor (totũ enim belli momentũ nobis naues ſuſtinẽt) ſed mihi crede, niſi hoc feceris, nos ſicuti ſumus, vbi domeſticos recepe-rimus, in Sirin quę in Italia eſt profecturos, quę olim iã noſtra eſt: quanq̃ (vt oracula aiunt) à nobis condi oportet. Vos autem talibus ſocijs deſtituti, meorum verborum reminiſcemini. Hęc dicente Themiſtocle, Eurybiades edocebatur: & ob id edocebatur, vt mihi videtur, quod maximè formidabat, ne ſi ad iſthmum claſſem reduxiſſet, ab Athenienſibus deſereretur, quibus deſerentibus iam reliqui non eſſent in pugnãdo hoſtibus pares. Ita ſententiam eam probauit, vt illic permanẽtes, pugna nauali de cernerent.

Adimanti dictum.

Salamis Atheniẽſium profugium.

Credibilia ſuadenti proſperè cedere.

Themiſtocles extortis dictus.

cernerent. Quod vbi Eurybiadi placuit, ij qui altercationibus velitati fuerãt circa Salaminem, cùm illic seſe apparārent tanq̃ plium nauale facturi, dies illuxit: & simul oriente sole, extitit terræ motus & maris: propter quod visum est faciendum, vt Æacidas in auxilium inuocarent. Id vbi fecerunt, & oĩb⁹ qui illinc è Salamine sunt dijs vota fecerunt, & Aiacẽ Telamonis filiũm inuocauerũt: nauemq; ad Æacum & ad alios Æacidas inuocandos, Æginam miserunt. Narrabat autem Dicæus Theocydis, vir Athenienſis, atq; idem exul, & apud Medos factus illustris, per id tẽpus quo Attica regio Athenienſibus desolata, à pedestri Xerxis exercitu vastabat̃, se fortè fuisse vnà cũ Demarato Lacedæmonio apud campum Thriasium, vidisseq; puluerem triginta fermè millium virorum capacẽ ab Eleusine: & cùm demirarẽtur, quorúmnã hoĩm esset ille puluis, statim se audisse vocem, quæ vox ipsi videret Iacchus mysticus: & Demaratum, vt qui esset sacrorum q̃ fierẽt in Eleusine ignarus, interrogasse quídnam esset quod ita sonaret? seq; dixisse: Demarate, non aberit quin grandis aliqua clades cõtingat regis copijs. Hoc autẽ palam est, cùm Attica sit desolata, numen ab Eleusine resonans, venire auxilio Athenienſibus ac socijs. Quòd si in Peloponnesum incumbat, periculum regi erit, eiusq; copijs q̃ sunt in cõtinente: sin ad classem quę ad Salaminẽ est conuertetur, periculũ adibit rex, ne nauticum amittat exercitum. Hæc solẽnia Athenienſes quotannis celebrant Cereri atq; Proserpinæ: & his sacris, quicunque vult & Athenienſium, & aliorum Græcorum, initiatur: & vox quam audis, est in hoc festo Bacchantium. Ei ad hæc dixisse Demaratum, sile: néue alteri cuiq̃ hoc verbum dixeris: quòd si ad regem referatur, capite plectaris, vt nec ego te, nec alius quispiã hominum queat eripere. Quamobrem tene silentium de hac expeditione: dijs curæ erit. Hoc Demaratum admonuisse aiebat. Ex illo autem puluere ac voce factã esse nubem, eamq; in sublime elatã, Salaminem versus ad Græcorum exercitum fuisse delatã. Ita se didicisse, nauticas Xerxis copias esse perituras. Hæc dicens Theocydis filius referebat, Demaratum atq; alios testes citans. Classiariæ autẽ Xerxis copiæ, vbi cõspecta strage Laconicorũ, ex Trechinia in Histiæam traiecerunt, triduum illic moratę, p Euripum nauigabant, totidemq; diebus ad Phalerum præstò fuerunt. Nec eñ minori, vt mihi videt̃, numero, vel pedestres copiæ vel nauticæ Athenas promotæ sunt, q̃ ad Sepiadem atque Thermopylas. Nã in supplementum eorum, qui aut tempestate ad Thermopylas,, aut in naualibus ad Artemisium prælijs interierunt, eos substituam, qui nondum regem assecuti fuerant, Melienſes, Dorienſes, Locros, Bœotios: qui cum omni copia aduenerunt, exceptis Thespienſibus & Platæenſibus: necnõ Caryſtios, Andrios, Tenios, ac cæteros oẽs insulanos, præter quinque ciuitates, quarũ nominum superius habui mentionem. Nã quo magis penetrabat in Græciã Persa, eò plures eum nationes sequebantur. Qui oẽs, exceptis Parijs, postq̃ Athenas venére, & ad Phalerum (Parij autem in Cythno relicti, quò bellum caderet spectabant) ibi Xerxes ipse ad classem descendit, animo cœtum classiariorum faciendi, & eorũ audiendi sententias. Eò profectus vbi præsedit, assidentibus, qui accitu eius aderant, suę quoque gentis tyrannis, ac nauium præfectis, vt cuique rex honorem dederat, quorum primus erat Sidonius rex, tũ Tyrius, deinceps alij gradatim: misit ad eos Mardonium tentandi gratia, sciscitatum singulos, prælium nauale faceret, nec ne. Posteaq̃ Mardonius à Sidonio exorsus, singulos circumiens interrogauit, cæteri quidem eandem dixére sententiã, iubẽtes fieri p̃lium. Artemisia verò: Hæc, inquit, Mardoni quæ dico regi referas, me neque in prælijs ad Eubœã gestis ignauissimã extitisse, neque minima cõtulisse in te domine. Ideo cùm talis sim, æquum esse, ea quæ in rem tuam maximè esse sentio, demõstrare. Itaque hoc tibi suadeo, vt nauibus parcas, nec prælium nauale facias cum ijs viris, qui tanto sunt tuis in mari præstantiores, quanto fœminis viri. Quid enim necesse habes omninò venire in discrimen pugnæ naualis? Nónne Athenas habes, quorum gratia expeditionem sumpsisti? nónne reliquam Græciam? Nemo tibi obstitit. Qui tibi obsistebãt, ita summoti sunt, vt eos decebat. Quò autem

Aiax Telamonius.

Thriasius campus.

Bacchantium vox

Sententiæ rogãtur à Xerxe de classica inunda pugna.

Artemisiæ consiliũ.

ego recaſuras hoſtium res arbitrer,id exponam: Si nō inſtabis pugnæ nauali cōmittendæ,ſed claſſem perges hīc cōtinere ad terrā,ac tendere ipſe in Pelopōneſum, tūc tibi dñe ſuccedēt ea quorum gratia veniſti. Neq; em̄ diu tibi reſiſtere Græci poſſunt, ſed dilabent̄,& abs te ad ſuas quiſq; vrbes diffugient. Quoniā neque cōmeatus eſt eis in hac inſula,vt ego audio,neque eſſe credibile eſt: neque ſi tu in Peloponneſum pedeſtres copias duces,hīc eos perſtituros qui illinc huc aduenerunt, neque de pugna pro Athenienſibus facienda curaturos. Quòd ſi pugnā naualē gerere approperabis, vereor ne copiæ nauticæ malè re geſta,pedeſtribus ſint exitio. Præterea hoc etiā rex in aīm dimitte vſu venire,vt bonis quidē hoīb⁹ mali ſerui ſint,malis aūt boni. Ideoq; tibi(qui virorum es optimus)ſerui ſunt mali,qui numero ſociorū cenſentur: Ægyptij,Cyprij,Cilices,Pamphylij,è quib⁹ nulla vtilitas eſt. Hæc loquēte Artemiſia, quicunque ei bene volebant,noxiā illi rebantur ipſius orationē,tanq̄ aliquid mali paſſuræ ab rege,quē vetaret pugnā facere naualem. At ij quidē qui malè ei conſultū volebant,inuidebantque,vtpote cui inter primos ſociorū oīm honos haberetur,gaudebant eius(quā dixerat)ſentētia,tanq̄ perituræ. Xerxes,poſtq̄ ad eum ſunt relatæ ſententiæ,magnopere delectatus eſt Artemiſiæ ſententia: & cùm iā antea officioſam eſſe ſenſiſſet,tunc multò impenſius collaudauit. Nihilominus vt pluribus ſtaretur, iuſſit, ratus adEubœā ſuos ſponte malè pugnaſſe,q; videlicet ipſe abfuiſſet. Itaque cōſtituit ſpectaculo pugnæ naualis intereſſe. Claſſiarij,vbi nunciatū eſt illinc eſſe ſoluendum, claſſem Salaminem verſus ducunt,& per ocium in aciem ſunt digeſti. Sed cùm eos dies defeciſſet,quo minus prælīū cōmitterent(nox enim interuenit) in poſterū diē ſeſe inſtruebant: cùm interim Græcos metus formidoque cepit,cùm alios,tum verò Peloponnenſes: quod ipſi deſidentes in Salamine,pro Athenienſiū terra eſſent certaturi. Qui ſi ſuperarent̄,in inſula deprehenſi forent obſidēdi,ſua terra ſine præſidio relicta. Per eandē noctem pedeſter exercitus Barbarorum cōtendebat in Peloponneſum: quanq̄ cuncta q̄ poterant excogitata erant,ne Barbari per cōtinentē ingrederentur. Nam vbi Leonidā cum ſuis apud Thermopylas occubuiſſe accepēre Pelopōnenſes,celerrimè ex vrbibus cōcurſu facto,iſthmum inſederunt, duce Cleombroto Anaxandridæ filio,Leonidæ fratre. Ibi cōſidentes,primùm viā Scironidem obſtruxerunt,deinde cōſilio inito iſthmum muro inædificabant,opusque perficiebant: quippe nemine(cùm tot millia virorum eſſent)ceſſante. Nā & lapides,& lateres,& ligna, & ciſtas ſabulo plenas afferebant,nullo temporis momento opus intermittētes, neque diurno,neque nocturno. Qui è Græcis ad iſthmum auxilio cum omni copia venerunt,hi fuēre Lacedæmonij,& Arcades,& Helei,& Corinthij,& Sicyonij, & Epidaurij,& Phliaſij,& Trœzenij,& Hermionenſes. Hi fuerunt qui auxilio venerūt metuentes periclitanti Græciæ. Cæteris enim Peloponnenſib. id nihil admodum curæ erat,& Olympia iam & Carnia p̄terierant. Incolunt autem Peloponneſum gētes ſeptem: quarum duæ indigenæ,eundem quem habitarunt olim locum nunc habitant, Arcades & Cynurij. Vna Achaia,quæ nunquā quidem è Pelopōneſo exceſſit,ſed priſtino loco egreſſa alienum inſolit. Reliquæ quatuor è ſeptem aduentitiæ, Doriēſes, Aetoli,Dryopes,Lemnij. Dorienſium multæ ſunt & inſignes ciuitates: Aetolorum ſola Helis: Dryopum Hermiona & Aſina,quæ ante Cardamylam Laconicā ſita eſt. Lemniorum oēs paroreitani. Cynurij,cùm ſint indigenæ,ſoli putant Iones eſſe, ſed effecti ſunt Dores,ipſa die ſub imperio Argiuorum impoſiti,cùm eſſent Orneatæ & Periœci. Haruṁ igitur ſeptem gentium,cæteræ præter eas quas recenſui,è medio ceſſerunt. Et,ſi ingenuè loqui fas eſt,in medio ſedentes cum Medis ſentiebāt. Apud iſthmum quidem in tali labore iſti occupati erant,vtpote pro omni iam curſu,quòd nulla ſpes è claſſe effulgeret,currentes. Quæ audientes illi qui in Salamine erant,formidine afficiebantur,non tam pro ſeipſis q̄ pro Peloponneſo ſoliciti: adeò, vt alius alium audiens,ſummiſſa voce admiraretur in Eurybiade conſilij inopiam. Tandem res erupit in medium,conciliumque contractum eſt,& multa de hoc ipſo dicebantur,ab

his

Serui boni dominis malis.

Sententiæ plures vincunt melioret.

Cleombrotus.

Scironis via.

Peloponneſi gentes ſeptē. Cynurij.

Helis.
Hermiona.
Aſina vrbs.
Cardamyla.
Orneatæ.
Periœci.

his quidem oportere in Peloponnesum nauigare,& pro illa adire periculum,non autem pro regione captiua manentes pugnâ nauali decernere. Ab Athenienſibus verò & Æginetis & Megarẽſib», ſatius eſſe illic manẽtes dimicare. Ibi Themiſtocles poſtq̃ ſententia Peloponenſium euicit,clãculum è cõcilio egreſſus,miſit ad claſſem Medorum nauigium,cum quodã iuſſo dicere q̃ oporteret,cui nomen erat Sicino,cõtubernali ſuo, atq; eodem pædagogo liberorũ ſuorũ:quẽ poſt has res geſtas ipſe Theſpienſem fecit,(vbi Theſpienſes in ciuitatem ſunt recepti)atque locupletem. Is tunc nauigio ad duces Barbarorum profectus,hæc inquit: Dux Athenienſium,quod partibus regis fauet,præoptatque res veſtras q̃ Græcorum eſſe ſuperiores, miſit me iam clam alijs Græcis indicatum vobis,illos metu perculſos fugam facere velle,& nunc offerri vobis occaſionem exequendi rem omnium præclariſſimam,niſi per negligentiã eos dilabi ſinatis.Nam neque inter ſe cõſentiunt,neque vobis amplius obſiſtẽt, quũ cernatis inter ſe dimicantes eos qui vobiſcum,& eos qui contra vos ſentiunt. Hac re Sicinus indicata,ab illis abſceſſit.Cui fidem habentes Barbari,tum in inſulam paruã nomine Pſyttaleam,quæ inter Salaminem & continentem ſita eſt,multos Perſarum traijciunt: tum mediam circa noctem cornu quod ad veſperam ſpectabat,producunt Salaminem verſus,eam circumituri.Producunt item qui circa Ceon & Cynoſuram inſtructi erant,occupantes omne fretum Munychia tenus.Ideo autem & naues ꝓducebant,ne quà Græcis liceret effugere:ſed circumuenti pœnas darent præliorum ad Artemiſium geſtorum.Ad inſulam verò Pſyttaleam traijciebant aliquot Perſas, vt commiſſo nauali certamine,cùm plurimum & virorum & naufragiorum eò efferretur(erat enim inſula in traiectu pugnæ futuræ ſita)ij Perſæ ſuos ſeruarent, alienos interimerent.Hoc ne hoſtis ſentiret,clanculum egêre, nulla noctis parte conceſſa ſomno.In has ego res intuens,non habeo aduerſari oraculis tanquam non veris,volẽs euidenter loquentia conari refellere:

Themiſtõclis commentum. Sicinus.

Pſyttalea.

Ceos. Cynoſura. Munychia

Auricomæ poſtquam Dianæ littora iungent
Nauales pontes cum littoribus Cynoſuræ,
Spe ſtolida fortes,quod Athenas Marte ſubegit,
Compeſcet iuuenem meritiſſima pœna ſuperbum,
Inſtinctum furijs,ſibi cedere cuncta putantem.
Nam miſcebitur æs æri, Mars ſanguine pontum.
Inficiet: Graijs tunc libera tempora reddet
Saturno genitus,ſimul & victoria pollens.

Bacidis õraculum.

Cùm ita euidenter in his à Bacide dicatur, ꝓfectò neq; ipſe de fide oraculis derogãda auſim dicere,neq; ab alijs dici ſuſtineã.Inter duces qui in Salamine erant, ingens conflatus eſt tumultus nõdum ſcientes à Barbarorum nauib.ſe circũueniri.Vbi autẽ orto ſole inſpexerunt hoſtem inſtructum,cenſuerunt ibidem ſibi manendum. Quibus cõgregatis,applicuit ex Ægina Ariſtides Lyſimachi filius, Athenienſis quidem, ſed in exilium à populo eiectus, quẽ ego(vt eius mores accepi) virũ optimũ Athenis atque iuſtiſſimũ fuiſſe cenſeo. Hic vir cõcilio aſſiſtens,Themiſtoclem euocauit, non amicum ſibi,ſed in primis inimicum.Verùm præ magnitudine ꝑſentium malorum oblitus ſimultatum,euocauit hominem colloquendi gratia:ꝑſenſerat enim Peloponenſes maturare ad iſthmum claſſem reducere.Qui,cùm prodiſſet Themiſtocles, ad eum inquit:Nos & alio tẽpore,& hoc ipſo cõtendere debemus inter nos hac de re, vter noſtrûm de patria præclarius mereatur. Te verò certiorẽ facio,peræquè eſſe Peloponnenſib.multa verba facere,ac pauca de abducẽdis hinc nauibus.Ego tibi quod ipſemet vidi,refero:nunc,ſi velint quidem,Corinthios atque ipſum Eurybiadem enauigare poſſe,quoniam circundati ab hoſtibus vndique ſumus. Quare ingreſſus ad eos,hoc indicato.Cui reſpondens Themiſtocles:Iucunda ſanè,inquit,iubes,bonum afferens nuncium.Nam quod ego precabar vt fieret, id ipſe tu conſpicatus fieri,veniſti nunciatum.Vt enim ſcias,quæ fiunt à Medis,propter me fiunt: quoniam opus

Ariſtides.

Themiſtõclis cum Ariſtide ſimultas & colloquium.

facto fuit, vt Græci qui nolebant ſua ſponte ad pugnã deſcendere, deſcenderent inuiti. Tu verò, quãdoquidem iucunda nunciatum veniſti, per teipſum nunciato. Quæ ſi ego retulero, videbor rem cõmentitiã dicere, nec ipſis perſuadebo, tanq̃ nõ hoc agẽtibus Barbaris. Itaque tute ingreſſus, vti res habet ipſe referas. Quod vbi feceris, ſi tibi fidem habebunt, optimè habet: ſin minus, perinde nobis erit. Neq; enim ſi vndiq; circundati ſumus, vt tu ais, amplius iſti defugient. Ariſtides cõcilium introgreſſus, eadem retulit, dicens ſe ex Ægina veniſſe, & ægrè elapſum, quod latuerit ſtationem hoſtium. Oẽm enim claſſem Græcorum, à Xerxis claſſe circumuentam. Ideoq; hortari ſe, vt ad defenſionem ſui, illi ſeſe præpararent. Hæc locutus Ariſtides, retrò abijt. Rurſus inter duces altercatio orta, pleriſque eorum fidem nuncio non habẽtib»: quibus non credentib», aduenit triremis transfuga Teniorum, cui præerat Panetiꝰ Soſimenis filius, q̃ oẽm veritatem attulit. Cuius facti nomine, Tenij in tripode q̃ Delphis dedicatus eſt, inter eos qui Barbarum debellarunt, ſcripti fuêre. Ex hac naui q̃ ad Salaminem, & altera quæ ad Artemiſium transfugit, expleta eſt Græcorum claſſis trecentarum & octoginta nauium. Duæ nanque prius ad explendum numerum defuerant naues. Græci, vbi eis verba Teniorum fecerunt fidẽ, ſeſe apparauerunt tanq̃ dimicaturi. Et ſub diluculum cùm propugnatorum cœtum feciſſent, Themiſtocles ex oĩb» quæ expedirent, præcipiebat: cuius orationis ſumma erat, meliorum cum peioribus comparatio, quæcunque in hominis natura atque induſtria exiſtunt, exhortatus vt meliora eligerent. Vbi perorauit, iuſſit illos ingredi naues. Quibus ingreſſis, redijt ab Aegina triremis, quæ profecta ad Aeacidas erat. Moxque oẽs naues Græci ſoluerũt. In quos mouentes, continuò Barbari ſunt inuecti. Ibi cæteri quidem Græci cùm inhiberent remos, ceſſimque irent, Aminias Palleneus vir Athenienſis, euectus naui in hoſtilem incurrit: cui implicitus cùm hæreret, nec abſtrahi poſſet, ita cæteri venientes auxilio, cõſerti ſunt. Hunc in modum aiunt Athenienſes extitiſſe initium pugnę, Aeginetæ verò naui, quæ ad Aeacidas abierat, feciſſe initium. Quanq̃ etiam hoc refertur, ſimulacrum mulieris fuiſſe eis oblatum: & cùm apparuiſſet, ita illos exhortatum, vt oĩs Græcorum exercitus exaudierit, ſed prius his verbis conuiciatum: Heus vos, quouſq; remos inhibebitis? Aduerſus Athenienſes inſtructi erant Phœnices. Nã ij cornu tenebant, quod ad Eleuſinam heſperumque vergebat. Aduerſus Lacedæmonios inſtructi erant Iones. Hi cornu tenebant, quod ad auroram ſpectabat & Piræũ: quorũ pauci admonitu Themiſtoclis, de induſtria ignauiter agebant, plerique minimè. Enimuero cõplurium trierarchorum nomina cõmemorare poſſem, qui Græcas naues expugnauêre, ſed neminem nominabo præter Theomeſtorem Androdamantis, & Phylacon Hiſtiæi filiũ, ambos Samios. Quorum duntaxat ideo mentionem facio, quòd Theomeſtor ob hanc nauatã operã à Perſis tyrannus Sami creatus: Phylacus, inter bene de rege meritos aſſcriptus eſt, & multo tractu ſoli donatus. Beneme-riti autem de rege, Perſica lingua Oroſangæ vocant: De his quidẽ ita res habet. Multitudo autem regiarum nauium ad Salaminem expugnabatur, partim ab Athenienſibus corrupta, partim ab Aeginetis, vtpote Græcis ſeruato ordine ac loco certantib», Barbaris & incompoſitè & inconſultè agentibus: vt non mirum fuerit talẽ eis rẽ contingere, qualis cõtigit: quanq̃ eo die fuerunt atque extiterunt longè ſeipſis p̃ſtantiores, & quàm ad Eubœã extiterant, pro ſe quiſque adnitentes, ac Xerxem reformidantes, q; ab eo ſe ſinguli cõſpici arbitrabantur. Et de alijs quidem vel Barbarorũ vel Græcorum ſingulatim, quomodo dimicauerint, nõ poſſum pro cõperto referre: circa Artemiſiam verò hoc rei geſtum: Ex quo impenſius illa regi commẽdata eſt (nã poſteaquàm regiæ res in multũ tumultuationis deuenerant, hoc interim tempore Artemiſia cùm nauem eius Attica inſequeretur, nullum habens effugium, quia ante ipſam naues amicorum, ſua verò proxima hoſti erat) hoc ſibi putauit faciendum, quod & feciſſe profuit. Nam vt fugiebat Atticam nauem, in nauem ſociam, quæ erat virorum Calyndenſium, impegit, quaque rex Calyndenſium Damaſithymus vehebatur.

Panetius. Tenij.
Græcorum claſſis ſumma.
Aminias.
Pugnæ initium ad Salaminem.
Piræea.
Themeſtor. Phylacus.
Beneme-riti. Oroſangę.
Damaſithymus.

batur. Cum quo etsi huic iam inde dū essent in Hellespōto, cōtētio interceſſit, tñ incertū, an cōsultò id fecerit, an fortuitò nauis Calyndensiū oblata fuerit. Eā Artemisia vbi incurrit, pariter demersit, ꝓspero casu vsa, & duplex hinc sibi bonum adepta. Nā trierarchus Atticæ nauis eam cōspicatus, incurrisse Barbarorum nauem existimans, hanc aut Græcam esse nauem, aut è Barbaris profugisse: & à Græcis pugnare, ab hac ad alias se cōuertit. Ita ex hoc facto contigit Artemisiæ tum vt pestem euitaret, tum vt è malo opere p̄cipuè sē probatā apud Xerxem redderet. Siquidem fertur, cùm rex spectans animaduertisset hanc nauem alteri incurrisse, quendā eorum qui aderant dixisse: Cernis Artemisiā dñe, vt bene præliatur, vtq; nauem hostilem depressit. Et regē interrogasse, nunquid verè id opus Artemisiæ esset: & illos q̄ planè nossent insigne nauis Artemisianæ, ita rem haberè adfirmasse, ratos eam nauem q̄ corrupta esset, hostilē fuisse. Nā p̄ter cætera q̄ mulieri (vt dictum) prosperè cesserunt, hoc quoq; accessit, q̄ è naui Calyndensi nemo seruatus est, qui existeret accusator. Vnde Xerxē ferūt ad ea q̄ narrabant̄, dixisse: Viri quidem extiterunt mihi fœminæ, fœminæ autē viri: Hæc aiunt dixisse Xerxē. In eo p̄lio cùm alij multi & illustres viri, tam Persarum Medorumq; q̄ aliorum sociorum occubuēre, tum verò dux Ariabignes Darij filius Xerxisque frater, è Græcis pauci. Quippe gnari natandi, cùm suæ naues corruptæ essent, nec pugna periissent, ad Salaminem enatabant: cuius rei quia imperiti erant Barbarorum pleriq;, in mari periēre. Posteaq̄ eorum primæ naues in fugā versæ sunt, tū verò plurimæ corrumpebant̄. Nam quæ in posterioribꝰ locatæ erant, dum earū ꝓpugnatores conantur præterire, vt & ipsi aliquā operā regi nauarent, vndique in suorū naues incidebant. Quo in tumultu etiā hoc actum est, vt quidā Phœnices quorū naues corruptę fuerant, regem adeuntes, insimulauerint Iones tanq̄ proditores, q̄ propter eos amissæ naues essent. Vnde id cōtigit, nō vt Ionum duces interficerentur, sed vt ij Phœnices qui illos insimulabant, eā acciperēt mercedem. Etenim illic adhuc ea loquentibus, Samothracia nauis Atticæ impacta, eam demersit: & in hanc Æginetica impulsa, ipsam depressit. Verùm Samothraces vt qui iaculatores essent, epibatas nauis q̄ suam depresserat, iaculorum ictibus deturbarunt: eorumque conscensa naui potiti sunt: quod factum Iones liberauit. Nam Xerxes vbi id egregium facinus Ionū aspexit, conuersus ad Phœnices, vt erat supra modum mœstus, & oēs arguens, iussit eorum capita præcidi, ne cùm ipsi imbelles essent, meliores criminarent̄. Quoties autem suorum quempiā aliquod opus edentem cernebat, de eo homine percontabat̄, sedens sub monte qui est è regione Salaminis, nomine Aegaleo, & scribæ trierarchū illum à familia & vrbe scripto annotabant. Et cladi Phœnicum qui aderant, additus est Ariaramnes Persa, quanq̄ amicus regis. Et isti quidem in Phœnices cōuertebant̄. Barbaris autem in fugam versis, & ad Phalerum elabentibus, Aeginetę in freto subsistentes, operā memoratu dignam ediderunt. Nam Athenienses quidem in tumultuatione naues sibi obsistentes fugientesque expugnabant, Aeginetæ verò eas quæ elabebantur: quoties aliqua effugiebat Athenienses, eo ipso cursu in Aeginetas incidebat. Cùm interim conflixerunt naues duæ, vna Themistoclis insequens aliam, altera Polycriti Crio geniti, Aeginetæ, dum nauim Sidoniam inuadit, illam videlicet, quæ speculatoriam in Sciatho Aegineticā ceperat, qua vehebatur Pytheas Ischeni: quem Persæ seminecem plagis, tamen admiratione virtutis seruatum in naui habebant: Sidonia quæ hunc circunferebat nauis, vnà cum Persis est intercepta, vt Pytheas ita sō spes redierit in Aeginetā. Polycritus vbi inspexit Atticā nauem, agnito signo nauis imperatoriæ, inclamans Themistoclem, iocatus est, exprobrans Aeginetis quod cum Medis sentirent. Hoc Polycritus sua naui incurrens, in Themistoclem iaculatus est. Barbari, quorum naues supererant, fuga se proripuerunt in Phalerum ad pedestres copias. In hac pugna nauali è Græcis optimè audierunt Aeginetæ, secundo loco Athenienses: è viris Polycritus Aegineta, Athenienses̄que Eumenes Anagyrasius, & Aminias Palleneus, qui & Artemisiam est insecutus, non prius desiturus, quàm aut illam

Artemisiæ pugna gloriosa.

Fœminæ virili virtute.

Ariabignes.

Ionū præstantia.

Aegaleus.

Ariarānes.

Aeginetarum strenuitas.

Pytheas.

Polycritꝰ.

Eumenes.

Aminias.

illam cepiſſet,aut ipſe captus eſſet,ſi Artemiſiã ea naui vehi animaduertiſſet. Quippe trierarchis Athenienſium p̃ceptum erat,vt eam caperent: propoſitumq; p̃mium decem millium drachmarum ei,qui viuã cepiſſet. Indignè enim ferebant mulierem aduerſus Athenas militare. At illa(vt antea dictum eſt)aufugit. Fuerunt & alij,quorum naues incolumes in Phalerum euaſerunt. Adimantum Corinthiorum ducem,Athenienſes ferunt ſtatim inter initia cõcurſus nauiũ expauefactũ,atq; perterritum ſublatis velis fugæ ſe dediſſe: Corinthiosq; inſpecta fuga nauis imperatoriæ, itidem abiiſſe. Et cùm fugiendo veniſſent ad templum Mineruæ Sciradis,q̃ eſt in Salamine, occurriſſe eis celocẽ diuina cum põpa: quem quiſnã miſiſſet cùm nõ cõſtaret, ſcirentq; neminem ſuæ claſſis ad ipſos miſiſſe,eos ob id cõiectaſſe rem diuinam eſſe: & illos q̃ in celoce erant,vbi propiores fuerunt,ita locutos fuiſſe: Adimante, tu quidẽ cõuerſis in fugam nauib» abſcedere vis Græcorum proditor: at illi quantum votis conceperunt,victores hoſtium cuadent. Et cùm his verbis fidem non haberet Adimantus, hæc iterum dixiſſe: ipſos poſſe pro obſidibus ductos mortem obire,niſi cõſtaret Græcos eſſe victores: ita cõuerſa naui,Adimãtum cum cæteris ad claſſem ſuorum, re iam ab alijs nauata,veniſſe. Hic de illis apud Athenienſes rumor extitit,quod ipſi Corinthij negant,ſeque inter primos pugnatores extitiſſe affirmant, ꝑ quibus teſtimoniũ dicit reliqua Græcia. Ariſtides Lyſimachi Athenienſis,cuius paulò antè vt viri optimi mentionem feci,per eum tumultum,qui circa Salaminẽ fiebat,hoc reigeſſit: Permultis eorum qui ad littus Salaminis locati erant ſumptis,genere Athenienſibus,& in Pſyttaleã inſulam traductis,oẽs Perſas qui in ea inſula erant, interemit. Defuncti nauali pugna Græci,reductis in Salaminem nauibus,potiti ſunt naufragijs,quæ illic ſupererant: parati ad aliam dimicationem,quod ſperarent regem ijs, & quæ ei reliquæ erant,nauibus vſurum. Porrò naufragiorum pleraque ventus zephyrus ex Attica moliens,aſportauit in orã nomine Coliadem: vt impletum ſit oraculum, cùm de cæteris quæ ad pugnam naualem pertinent,faciens mentionem,tum verò de naufragijs illuc euectis,à Bacide & Muſæo multis annis antea prædictum,ac redditum Lyſiſtrato Athenienſi,viro ſortilego,quod omnes Græcos latuerat:

Horrebunt remis mulieres Coliadenſes.

Hoc aũt futurũ erat in expeditione regis. Cognita ſua clade Xerxes veritus,ne q̃s Ionũ à Græcis ſubornatus,aut ſua ſponte ad ſoluendos pontes in Helleſpontũ nauigaret,vnde ipſe in Europa deprehenſus de ſalute periclitaretur,de fugiendo conſultabat: nolens tñ neque à Græcis neque à ſuis detegi,aggerẽ in Salamine tentabat educere, nauesq; Phœnicũ onerarias,vt pro rate ac muro eſſent,innectebat: & ſe tanq̃ aliã pugnã naualem facturus,ad bellum inſtruebat. Quæ agentẽ videntes cæteri,pro certo habebant eum manendi aĩo atque bellandi illa apparare: ſed nihil eorum Mardonium latebat,vt probè gnarum ingenij illius. Xerxes & hæc fecit, & ſimul in Perſidẽ miſit qui præſentem cladem nunciarent. His nuncijs nihil pernicius trãſcurrit in rebus humanis,quod negocium hunc in modũ eſt à Perſis excogitatũ: Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendum,quos neque vis niuiũ,neque imber,neque æſtus,neque nox diſtinet, quin propoſitũ ſibi curſum celerrimè conficiant. Quorũ curſorum primus mandata tradit ſecundo,ſecundus item tertio: & ita deinceps illa mãdata in alium atque aliũ pertranſeunt,quẽadmodũ apud Græcos fax,quam Vulcano per vices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorũ curſitationẽ Perſæ angareion appellant. Et primus quidẽ nuncius Suſa perlatus,Xerxẽ Athenis potitum eſſe,tãta Perſas qui relicti erant,voluptate affecit,vt oẽs vias myrto conſtrauerint,& per eas odores incenderint,& ipſi in ſacrificijs ac gaudijs verſarentur. Secundus autem ita eos cõſternauit, vt vniuerſi veſtes dilaniarent,vociferationeq; & eiulatu irrequieto vterent, culpã in Mardonium refundentes,non tam de claſſe q̃ de ipſo Xerxe ſoliciti: idque tamdiu, dum Xerxes illos ita affectos redeundo ſedauit. Mardonius cùm videret Xerxẽ magnã è pugna naua-

ſi

Præmium capiendæ Artemiſiæ. Adimãtus.

Sciradis Mineruæ templum.

Ariſtidis facinus.

Pſyttalea.

Coliadis oraculum.

Bacidis oraculum.

Tabellionum Perſarum curſus & modus.

Fax Vulcani. Angareios. Perſarum nuncij.

Veſtium diſlaceratio.

uali iacturam feciſſe,ſuſpicans agitare fugã ex Athenis,pro ſeipſo anxius erat, tanquã pœnas daturus,qui rege perſuaſiſſet inferre Græcię bellum: putabatq; ſibi cõducibilius eſſe periclitari,aut ſubigere Græciã, aut magna opera aggreſſum honeſtè vita defungi: quanquã opinio eius de ſubigenda Græcia propẽſior erat. Hoc cùm ſecũ agitaſſet,regem hac oratione eſt allocutus: Domine,noli mœrorẽ ob hanc rem geſtã ca pere,aut pro ita magna hoc iactura ducere. Non em̃ certamen, quo omnia noſtra cõ ſtãt in lignis eſt,ſed in viris & equis. Itaque nemo tibi aut horũ qui tibi videnť omnia confeciſſe,egreſſus è nauibus,conabitur obuiam ſe ferre,aut ex hac continẽte: vnde qui ſe obuios tulẽre,pœnas dedẽre. Quod ſi tibi videť faciendũ,vt Pelopõneſum ten temus,continuò tentemus: ſin videť ſuperſedendũ, ſuperſedeamus licet, nec animo cõſterneris. Neq; em̃ vlla poſſunt ratiõe ſubterfugere Græci,quò minus rationẽ dẽt eorũ q̃ & nũc & antea ppetrarũt, tuiq; ſint ſerui. Et hoc quidẽ p̃cipuè tibi agendum puta. Quod ſi tibi conſtitutũ eſt, vt ipſe cũ exercitu reuertaris, aliud quoq; habeo ex hac re conſiliũ: Rex,ne cõmittas tu,vt Perſę Græcis ludibrio fiant. Nõ em̃ res Perſarum afflictæ ſunt: neq; tu vbinã viri fuerimus ignaui dicere potes: quales ſi Phœnices & Ægyptij & Cyprij & Cilices fuẽre,nihil iſta ad Perſas attinet culpa. Quare quoniam Perſę huiꝰ rei inſontes ſunt,iã mihi credito. Si tibi nõ videbiť permanẽdũ, remea ipſe ad ſolum natale cum pleraq; parte copiarũ. Ego cũ delectis de exercitu trecentis millibus militum,debeo Græciã in tuam redigere ſeruitutẽ. His auditis Xerxes,vt ex malis,gauiſus eſt,voluptatemq́ue cepit: & ad Mardoniũ inquit,ſe,vbi ad conciliũ retuliſſet,reſpõſurum,vtrũ eorum eſſet facturus. Et cũ in cõciliũ vocaſſet delectos Perſarum proceres, placuit ei Artemiſiam quoque ad conſultandũ accerſi: quam ſolam conſtabat antea quæ facienda eſſent intellexiſſe. Quæ vbi aduenit,eam Xerxes ſummotis alijs Perſarum conſiliarijs atque ſatellitibus,hunc in modum allocutus eſt: Iubet me Mardonius hĩc permanere ad tentandum Peloponneſum, negans vllã culpã huius damni eſſe penes Perſas atque pedeſtres copias, ſed eis volẽtibus hoc tẽtari debere. Itaq; aut hoc me facere hortatur,aut ſibi tradere trecẽta millia delectorũ militũ ad ſubigendã mihi Græciã: me verò ad patrias ſedes cũ reliquo exercitu reuerti. Tu igitur,quę de pugna nauali non gerenda probè conſuluiſti, vtrũ mihi ſuades horum, quod eligendo bene mihi conſuluero. Hæc Xerxi conſultanti reſpondẽs Artemiſia: Arduum,inquit,rex,me dicentem tibi optima,proſperũ conſilium dare: tamen à ſtatu rerum præſentium mihi videtur eſſe faciendum,vt tu ipſe domum remees: Mardonium verò hĩc relinquas cum ijs quos vult,ſi modò velit ille,atque recipiat ſe iſta facturũ. Nam ſiue ea quæ ait ſe velle,ſubegerit,& hæc ei ex animi ſentẽtia ſuccedãt,tua res domine agitur, quia id tui ſerui effecerint: ſiue Mardonio contra opinionẽ ſuam contingat, nõ magna ſanè calamitas erit, ſaluo & te & rerum domeſticarũ ſtatu. Etem̃ ſi incolumis es & domus tua, profectò Græci ſæpenumero pro ſeipſis multa certamina curſitabunt. At ſi quid cõtingat Mardonio cladis,id nullius erit momẽti Græciq́ue vincendo non vicerint,ſeruo tuo interempto. Tu verò Athenis incenſis (cuius rei gratia expeditionẽ ſumpſiſti) reuerteris. Delectatus eo conſilio Xerxes, quod idẽ illa ſuaſiſſet quod ipſe haberet in animo: quippe qui (vt ego opinor) nõ remanſiſſet, ſi vel cuncti atq; cunctæ id ei ſuaſiſſent,adeo perterritus erat: Artemiſiam laudatã dimiſit,ducentẽ ſecũ liberos regios Epheſum. Nam aliquot eũ filij nothi comitabanť, cum quibus ad eorum cuſtodiam miſit Hermotimum, genere quidem Pedaſenſem, ſed apud regem inter eunuchos nulli ſecundum. Incolunt aũt Pedaſenſes ſuper Halicarnaſſum: apud quos hoc rei fertur contingere,vt quoties Amphictyẽſibus (qui circa eam vrbem habitant) aliquid aduerſi certũ intra tempus eſt euenturum, tũc Antiſtiti,quæ illic Mineruæ eſt,grãdis barba naſcatur: quæ res bis apud eos accidit. Ex his Pedaſenſibus Hermotimus erat,cui maxima ex omnibus (quos quidẽ ipſi nouimus) vltio contigit acceptę iniuriæ. Siquidẽ eum captũ ab hoſtibus ac venalẽ mercatus eſt Panionius, Chius, ex hoc impuriſſimo quæſtu quem factitabat,vitam ducens. Nam

Mardonius ad Xerxem.

Xerxes ad Artemiſiã.

Artemiſiæ conſilium

Xer. liberi. Hermotimus.

Barba ſacrificæ omi noſa.

Panioni⁹.

quos pueros forma præditos coëmerat,eos caſtrabat: ductoſq; aut Sardis aut Epheſum magna pecunia venũdabat. Apud Barbaros eñ precioſiores eunuchi ſunt quàm qui nõ ſunt caſtrati in omni genere,fidei gratia. Atq; vt alios permultos, ita hũc quo que Panionio exercuit,vt qui ex hac re vitã toleraret. Sed nõ vſquequaq; infelix Hermotimus,è Sardibus ad regẽ cũ alijs muneribus deductus eſt, progreſſuq; tẽporis ex omnibus eunuchis maximo in honore apud regem Xerxem eſt habitus. Cũ autẽ rex aduerſus Athenas moueret è Sardibus, per id tempus Hermotimus cuiuſdã negotij gratia deſcendit in agrũ Myſiũ,qui à Chijs incolitur,ſed Atarneus vocitatur. Ibi inuẽtum Panionium atque agnitũ allocutus eſt, & multis & cõmunibus verbis primùm recenſens ei,quòd per illũ eſſet aſſecutus bona,deinde pollicẽs, quã gratiã illius meriti foret relaturus,ſi homo cum ſuis domeſticis illuc cõmigraſſet. Ea oratione libenter audita,Panionius contulit ſe illuc cũ vxore & liberis. Quem poſteaq; cũ omni re familiari adeptus eſt Hermotimus,his verbis affatus eſt: O omnium poſt hoĩes natos ſceleſtiſſime,qui ex nefandiſſima negociatiõe quęſtũ facis: quid aut ipſe ego,aut meorum quiſpiam vel tuorum cuipiam mali fecit, quod ex viro neutrum me reddidiſti? putabas fore,vt quę tunc machinabaris,laterent deos? qui iuſta lege vtentes,te infandorum opificẽ tradiderunt in manus meas,vt de pœna à me tibi irrogãda queri non poſſis. Hęc vbi exprobrauit homini,filijs in cõſpectũ eius adductis, qui quatuor erãt, coëgit patrem,illorũ genitalia recidere: quod cũ coactus feciſſet,filij eius adacti ſunt eius virilia abſcindere: Ita ſuppliciũ ab Hermotimo in Panionium redijt. Xerxes filio rum Epheſum deducendorum negocio Artemiſię demandato, accitum Mardonium iuſſit è copijs quas liberet eligere,vt cõſentanea verbis facta exequi experiretur. Hactenus eo die eſt actum. Noctu autẽ,regis iuſſu præfecti claſſis è Phalero ſoluẽtes, retrò Helleſpontũ verſus abierunt,pro ſe quiſq; accelerãtes ad cuſtodiẽdas rates quibꝰ rex pertranſiret. Qui cũ ad Zoſterem aduentaret,minuta quædam continentis protenta promontoria Barbari ſuſpicati nauigia eſſe,perdiu illinc aufugerunt. Tempore deinde edocti non nauigia eſſe,ſed promontoria,in agmen ſeſe receperũt. Vt dies illuxit, Græci cernẽtes ibidem pedeſtres copias hoſtiũ perſtare,rati claſſem quoq; circa Phalerum eſſe,ac pugnam naualem committendã,ſe ad reſiſtendũ apparabãt. Sed cognito illam vela feciſſe,conteſtim inſequendã ſibi cenſebãt: itaq; eã inſecuti Andro tenꝰ, cernere cũ nequiſſent,ad Andrũ ꝓfecti conſultabãt. Quibus Themiſtocles ſuadebat vt inſulas verſus protecti, claſſem hoſtiũ inſequẽtes, rectà ad Helleſpontum nauigarẽt,ſoluturi põtes. Huic cõtrariã Eurybiades opponebat ſentẽtiam, quod diceret fore,vt ſi diſſoluerẽt rates,maxĩma ob id calamitate afficerent Græciã. Perſam eñ ſi deprehenſus in Græcia manere cogeretur,nõ quieturũ, quod ſibi ociũ quidẽ agẽti nec vlla res poſſet procedere,nec vlli retrò oſtenderẽt receptus,& exercitus eius fame cõficeretur procedenti: At rebus gerendis operam danti, omnia poſſent per Europam ſuccedere,tum in vrbibus,cùm in nationibus,quæ vel caperentur,vel ante ſeſe dederent: quinetiam rem frumẽtariam habiturum ex annuis ſemper fructibus Græcorũ: nunc autem videri,illum,vtpote victum nauali prẽlio,nõ ꝓſtiturũ in Europa: ideoq; permittẽdum fugere, dũ in terrã ſuam fugiendo perueniat,de qua terra deinde certa men iam fieri iubebat. Huic ſentẽtiæ aliorũ Peloponnenſium duces aſſenſẽre. Themiſtocles poſtq; animaduertit ſe nõ poſſe pleriſq; ꝓſuadere, vt ad Helleſpontũ nauigarẽt,adijt Atheniẽſes,qui ꝑcipuè indignabanꝰ hoſtẽ effugere: animatiq; erãt ad nauigandum in Helleſpontũ,etiam per ſe ipſos,ſi cęteri recuſaſſent. Eoſq; ita eſt allocutus: Et ipſe multis iã huiuſmodi caſibꝰ interfui, & de multò pluribus audiui talia cõtigiſſe,viros ad neceſſitatẽ redactos ꝓlium inſtaurare,& ſuperiorẽ quã acceperiſſent calamitatẽ emẽdaſſe. Itaq; nos,quoniã inuenimus quo pacto & noſipſos & Græciã tueremur,repulſa tãta hoĩm nube nõ inſequamur eos fugientes. Neq; eñ nos hoc efficimus: ſed dij pariter & heroes,qui inuiderunt vnũ eſſe virũ & Aſiæ regẽ & Europæ, qui ſit impiiſſimus atque ſceleſtus: qui ſacra perinde atque prophana habens,vtraq;

incendit,

Eunuchi in precio habiti.

Atarneus.

Deorũ vin dicta.

Xerxis fuga.

Zoſter.

Græcorum de inſequẽ do Perſa conſulta. tio.

incẽdit,deorũq; ſimulacra ſubuertit: qui & mare cecidit flagellis, & cõpedes in illud deiecit. Sed bene nobiſcum in præſens tempus agitur. Ideoque nunc quidẽ, vt & noſtri ipſorum,& noſtrorum domeſticorum curã geramus,& vt ſpacium quis ad reficiendas ædes,faciendamq; ſementẽ habeat,in Græcia maneamus,Barbaro prorſus eiecto. Cùm autem ver appetet,tunc in Helleſpontum & Ioniam nauigemus. Hæc dicebat Themiſtocles,animo ſibi apud Perſam ſubſidiũ comparãdi: vt ſi quid apud Athenienſes accideret aduerſi,ſibi haberet quò ſe conuerteret, prout & contigit. Hæc dicenti Themiſtocli Athenienſes,cùm tamen ab eo deciperentur,aſſenſi ſunt. Nã cùm antea prudens habitus fuiſſet,poſtea verò prudens ac bona conſulens cõpertus eſſet, prorſus ad ei aſſentiendum prompti fuêre. Ille,vbi Athenienſes ipſius ſententiã probauêre,miſit eueſtigio viros quoſdam cum nauigio,ad exponẽda regi mãdata, iuſſos tacere,etſi in omne tormentum deuenirent: quorum vnus erat Sicinus eius cõtubernalis. Hi poſteaquam ad Atticam peruenêre,cęteris apud nauigium remanẽtibus,ipſe ad regẽ aſcẽdit,atq; ita eũ allocutus eſt: Themiſtocles Neoclis filius, dux quidem Athenienſium,ſed inter omnes ſocios vir optimus ac ſapientiſſimus,miſit me tibi de nunciatum,gratia tibi inſeruiendi,ſe retinuiſſe Grẽcos,claſſem tuam inſequendi cupidos,põtesque qui ſunt in Helleſpõto ſoluẽdi. Itaq; nũc magno cũ ſilẽtio te illuc recipias. Hęc renũciata,illi abiêre. Greci poſteaq̃ decreuerunt neque perſequendã ſibi vlterius Barbarorum claſſem, neque nauigandũ in Helleſpõtum ad ſoluendum traiectum,Andrum obſederunt,animo illam delendi. Nam primi ex inſulanis Andrij pecunias poſcẽti Themiſtocli denegauerant, eiq; allegãti Athenienſes illuc ire duobus magnis numinibus fretos,Suadela,& neceſſitate,& ita ſibi dãdas vtiq; eſſe pecunias, reſponderant Athenas proportione magnas eſſe atq; felices,& dijs ꝓpitijs bene proceſſiſſe. Nã ſe ad maximam ſoli tenuitatem redactos, Andriorũque inſulã totidẽ ꝓpicia numina nunq̃ derelinquere,ſed ſemper incolere Inopiã & Impoſſibilitatẽ: quibꝰ dijs obnoxios Andrios pecuniam non daturos. Nunquam em̃ Andriorũ impoſſibilitate validiorem fore Atheniẽſium potentiam. Hæc illi cũ reſpondiſſent, nec pecuniã dediſſent,obſidebãtur. Themiſtocles verò (neque enim vnquã acquirendo ceſſabat) ad cęteras inſulas minacia verba mittens, pecuniã flagitabat, eiſdẽ nuncijs, eiſdemq; verbis vtens, quibus apud Andrios fuerat vſus: niſi pecuniam darent quã poſcerent, exercitum ſe Grẽcorum illuc adducturum,& eam inſulam obſeſſam deleturum. Hęc dicẽdo ingẽtem pecunię vim coëgit à Caryſtijs atque à Parijs: qui audito, tũ Andrũ obſideri,quòd cum Medis ſenſiſſent,tum Themiſtoclem maximo in honore inter duces eſſe,hoc metu pecuniam miſêre. Aliarum autem inſularum aliqua pecuniam dederit nec ne,affirmare nequeo. Reor tamen alias quoque dediſſe,non has ſolũ. Quãquam Caryſtijs ne hac quidem re contigit effugere cladem vt Parijs, qui Themiſtocle pecunia delinito, hoſtem deuitarunt. Ita Themiſtocles ex Andro profectus,clam cæteris ducibus exegit pecunias ab inſulanis. At copię Xerxis illic aliquot poſt pugnã dies immoratæ,mouerunt in Bœotios,eadem qua venerant via. Quippe Mardonio viſum eſt ſimul regem præmittere: intempeſtiuum enim propter anni tempus belligerari,ſimul in Theſſalia ſatius eſſe hybernare,& deinde ineunte vere tentare Peloponneſum. Is vbi in Theſſaliam peruenit, ibi ante omnia decem millia Perſarum (qui immortales vocantur) elegit,excepto eorum duce Hydarne,qui negauit ſe regẽ eſſe relicturum. Item de alijs Perſis toracatos,& mille equites: ad hæc Medorum,Sacarum,Indorum peditatum equitatumq;. Has nationes ſibi totas deſumpſit: ex alijs autem ſocijs paucos,quorum dũtaxat aut ſpeciem animaduertebat,aut aliquod egregium facinus cognouerat: ſed plurimos ex vna gente Perſarum delegit torquatos & armillatos. Secundo loco Medos,q non numero Perſis inferiores erant,ſed robore: ita, vt vniuerſi, trecenta millia vnà cum equitibus eſſent. Hoc interim tempore, quo Mardonius habet delectum copiarum, & Xerxes circa Theſſaliam agit, oraculum è Delphis ad Lacedæmonios venit,vt Xerxẽ pœnas necis Leonidæ repoſcerent,

Xerxis im. pietas.

Themiſtoclis vafriti es.

Sicinus.

Andrus.

Inopia. Impoſsibilitas.

Themiſtoclis exactiones atq; auaritia.

Hydarnes.

& quod

Leonidę cę dis vindicta.

& quod daretur ex eo reciperẽt. Mittunt igitur quàm citiſſimè Spartiatę caduceatorem. Is adhuc in Theſſalia nactus exercitum, vbi in conſpectum Xerxis venit, ita verba fecit: Rex Medorũ, Lacedæmonij te & Heraclidæ (qui è Sparta ſunt) pœnas cædis repoſcunt, quorum regem ipſorum interimiſti, dum Græciam protegit. Ad ea Xerxes cachinnos tollit, ac diu reſponſo nõ reddito. Hic, inquit, monſtrato Mardonio, vt ei aſſiſtebat Mardonius, pœnas tales dabit quales illos decet. Caduceator hoc reſpõſo accepto diſceſſit. Xerxes Mardonio in Theſſalia relicto, ipſe ad Helleſpontũ ire maturabat: intraq; quinq; & quadraginta dies ad traiectũ peruenit, nullã propemodũ partem copiarum ducẽs: quæ quocunq; veniebant, & ad quoſcunq; hoſtes, eorum direptis fructibus veſcebantur. Vbi nihil fructuum reperiebãt, ipſa herba vt è ſolo germinabat, nonnulli delibatis corticibus, & ſtrictis frõdibus arborum, tam agreſtium quàm

Peſtilentia Xerxis copiã excipit

manſuetarum, nihil omninò relinquẽtes, hoc prę fame facere coacti. Quos deinde peſtilentia excipiens ac dyſenteria, id eſt, tormina, inter viã extinguebant. Eorum non multos Xerxes ęgrotos reliquit, iniungens ciuitatibus, vt in quanq; veniebat, vti illos curarẽt & paſcerent: quoſdam etiam in Theſſalia, & aliquot in Siri Pæoniæ, & in Macedonia: vbi ſacrum Iouis currum, quem in Græciam tendẽs reliquerat, reuerſus nõ

Currus aureus Xerxis.

offendit. Eum Pęones Thracibus cùm dediſſent, tamẽ repoſcẽti Xerxi dixêre, vnà cũ equis inter paſcẽdum fuiſſe abactum à Thracibus, qui ſuperiora Strymonis circa fontes incolerent. Quo in loco rex Biſalteorum ac terrę Creſtonicæ Thrax facinus eximium fecit. Hic & ſe volentem negauit Xerxi ſeruiturum: eoq; uc in edita mõtis Rhodopæ abijt: & filijs vetuit, ne aduerſus Græciam militarent. Illi patre contemptui habito, ſiue alioqui belli libidine inſpiciundi, militauêre cum Xerxe. Qui poſtquam incolumes reuerterunt, omnibus pater (erant aũt ſex) ob eam cauſam oculos effodit. Et illi quidem hanc mercedem acceperunt. Perſæ aũt, vbi citato itinere ad traiectum peruenêre, Helleſpõtum nauibus traiecêre ad Abydum. Nõ enim intentas iam rates inuenêre, ſed tempeſtate diſſolutas. Ibi copioſiorem quàm in itinere cõmeatum adepti, nulla modeſtia ſeſe reficiẽtes, ac mutatis aquis permulti interibãt ex ijs qui de exercitu ſuperfuerant. Cęteri cũ Xerxe Sardis peruenêre, Narratur aũt & aliter hęc res:

De Xerxis reditu variè narrat.

Xerxem, poſteaquam Athenis profectus eſt ad oram ſuper Strymonem, illinc nõ amplius iter feciſſe: ſed exercitu Hydarni permiſſo, quem ad Helleſpontum deduceret, ipſum nauim Phœniſsã cõſcẽdiſſe, vt in Aſiã ſe reciperet: & dũ curſum tenet à Strymonia, ingenti vento fuiſſe exceptum: & eò vehementius tempeſtate vexatum, quod nauis referta vectoribus erat, adeò quidem, vt ſuper cõtabulationes eſſent frequẽtes Perſę, qui cũ Xerxe vehebant. Ibi metu perculſum regem cũ clamore interrogaſſe gubernatorem, num qua ſalus ei eſſet? Et cũ ille reſpondiſſet: Here, nulla admodum eſt, niſi horũ tot nauigantiũ fiat aliqua exoneratio, tunc Xerxẽ eo audito ita locutũ: Viri Perſæ, nũc aliquis veſtrũ declaret ſe curã habere regis. In vobis enim videt ſita eſſe ſalus mea. Hæc vbi dixit Xerxes, illos eo adorato deſilijſſe in mare, atq; ita leuata nauí, Xerxem incolumem in Aſiam peruenijſſe. Et vbi primùm in terram egreſſus eſt, hoc egiſſe, gubernatorem, quòd regis quidẽ animã ſeruaſſet, aurea corona donaſſe: quòd

Xerxis factum crudele.

aũt multos Perſarũ pdidiſſet, decollaſſe. Hic alter modus qui narrat reuerſionis Xerxis, haudquaquam apud me fidem habet, cũ propter alia, tum propter obitum Perſarum. Nam ſi id regi à gubernatore dictum eſt, tamẽ ex infinitis rationibus, vel ob hãc vnam, cui repugnari non poteſt, negarim hoc regẽ fuiſſe facturum: quin potius Perſas iuſſurum è tabulatis in ventrem nauis deſcendere, vtiq; primores Perſarum: & remiges Phœnices, nequaquam Perſis numero pares, in mare deiecturũ. Sed eũ (vt dictũ eſt ſuperius) itinere pedeſtri cũ reliquo exercitu in Aſiam reuertiſſe. Cuius rei id quoq; magno eſt teſtimonio, quod cõſtat Xerxẽ cũ rurſus in Aſiam reciperet ſe, Abdera peruenijſſe, adhibuiſſeque cõuiuio Abderitas, & acinace aureo eos, ac tiara auro intertexta donaſſe: & vt ipſi oppidani aiũt, illũ poſtquã ex Athenis retrò fugit (quod apud me fide caret) illic primùm zonam reſoluiſſe: adeò fuerat terrore correptus,

Sunt

Sunt autem ſita Abdera ad Helleſpõtum, vel potius ad Strimonem, atq; ad littus, ex quo nauim ille conſcendiſſe fertur. Græci poſteaquã Andrum expugnare nequeunt, conuerſi in Caryſtum, vaſtato illorum agro rediére Salaminem. Ibi ante oĩa dijs primitias ſelegerunt cùm aliarum rerum, tum Phœniſſarum triremium tres: quarũ vna reponeretur apud iſthmum, quæ ad meã vſque memoriã extabat, altera apud Suniũ, tertia Aiaci illic apud Salaminem. Secundo loco prędã inter ſe diſpertiére, ex quibus primitias Delphos misêre. Vnde ſtatua effecta eſt lõgitudine cubitorũ decẽ, trũcã nauis partẽ manu ſuſtinens: eodem in loco ſtans, vbi Alexander Macedo aureus. Miſſis Delphos primitijs, Græci publicè deum percontati ſunt, nunquid perfectas & acceptas primitias accepiſſet? Quibus ille reſpõdit, habere ſe quidẽ à Græcis alijs, verũ nõ ab Æginetis: ſed repoſcere donum optimè nauatæ ad Salaminẽ operę in pugna nauali. Id cùm audiſſent Æginetæ, aureas ſtellas tres dedicauerunt: quæ ſuper malũ nauis æreum ſtant apud angulum, proxime Crœſi craterem. Poſt diſpartitam prędam, Græci ad iſthmum nauigauerunt, daturi præcipuum præmiũ Græcorũ meritiſſimo, qui in hoc bello præclariſſimè rem geſſiſſet. Eò vbi peruentum eſt, duces Græci in arã Neptuni ſuam quiſq; ſententiam ſcriptam detulêre, quemnã ex omnibus primũ, & quẽ ſecundum iudicarent. In ea aũt ſuũ quiſq; nomẽ inſcripſit, ſe illũ qui præſtantiſſimus extitiſſet, exiſtimãs: ſed in ſecũdis partibus Themiſtocli adiudicãdis, plerique cõgruerunt. Ita cũ ſinguli in primo loco ſingulos calculos haberẽt, in ſecũdo Themiſtocles multo ſuperior extitit. Et licet hanc rem Græci liuore quodã ſuperſederint indicare, in ſuam quiſq; patriã reuecti, tamẽ Themiſtocles & habitus eſt & celebratus per vniuerſam Græciam oĩm Græcorum longè prudẽtiſſimus. Ipſe, quia non fuiſſet honore affectus ab ijs, qui ad Salaminem dimicaſſent, vt honore afficeretur, Lacedæmonẽ ſe contulit. Eum Lacedęmonij & ſplẽdidè exceperũt, & magnificè honorauerũt. Et primas quidẽ partes rei benè geſtæ Euribiadæ, ſolertiæ verò ac dexteritatis Themiſtocli dederunt, & vtriq; oleaginam coronam donarũt. Præterea hũc biga (quæ apud Spartam erat) præſtãtiſſima: laudatumq́ue verbis ampliſſimis, trecẽti ex primoribus Spartiatarũ, qui equites vocanť, diſcedentẽ ad Tegeaticos vſque fines comitati ſunt. Hũc ſolum ex omnib. quos nouimus, hominib» Spartiatę abeuntẽ deduxerũt. Eidẽ, poſt quã ex Lacedęmone Athenas venit, ibi Timodemꝰ, vnus ex inimicis eius, alioq; nõ è claris viris, liuore inſaniẽs, crimini dabat itionẽ in Spartã: dicẽs illum Athenarũ reſpectu, non ſui, ab Lacedæmonijs honores aſſecutum. Et cũ non faceret finẽ talia dicendi, inquit ei Themiſtocles: O homo, ita res habet, neque ego, ſi Belbinitan» forẽ, ſic à Spartanis honorat» fuiſſem: neq; tu, etſi Atheniẽſis. Atq; hæc hacten». Artabaz» Pharnacis, vir inter Perſas cũ antea illuſtris, tũ ex rebus Platęenſibus factus illuſtrior, regẽ deducebat ijs ſexaginta millibus, quæ ſibi Mardonius delegerat: quẽ vbi traiectu tenus comitatus eſt, & iam eſſe in Aſia ſciuit, regreſſus circa Pallenẽ agebat, vtpote Mardonio per Theſſaliã Macedoniãq́ue hybernante, nec alias copias obire curãte. Nec è ſua dignitate æſtimabat non deripere rebelles Potidæatas, in quos caſu incidiſſet. Etenim Potidęatę, poſtq; rex pterijt, & claſſis Perſica à Salamine fugiẽs abijt è cõſpectu, à Barbaris defecerãt: mox alij quoq; ,eis qui Pallenẽ incolebãt rebellãtib. Tunc verò Artabazus Potidæã obſedit: ſuſpicatus etiã Olynthios ab rege defecturos, & ipſos obſedit. Eam aũt vrbem tenebant Bottiæi, qui è ſinu Thermęo fuerãt à Macedonib» eiecti. Hos Artabazus poſtq; obſidione cepit, in paludem deductos trucidauit, vrbẽq́ue adminiſtrandã Critobulo Toronæo tradidit à genere Chalcidenſi. Ita Chalcidenſes Olynthum obtinuêre. Expugnata Olyntho Artabazus Potidęæ obſidẽdæ impẽſius incumbebat. Hoc faciens cũ Timoxeno Scionæorum duce de facienda proditione tranſegit, incertũ mihi quonam modo ab initio. Neque eĩm traditur. Ad extremum ita actum eſt: Quoties exaratum libellũ aut Timoxenus ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum mittere volebat, eum ſagittæ extremo inuoluebat: adaptatisq́ue deſuper pẽnis ad locũ de quo cõuenerat, ſagittã emittebat, Sed Timoxenus qui Potidęam

Sunium.

Alexander aureus.

Se quiſq; virtutis prẽmio digꝰ iudicat.

Eurybiades.

Timodemus.

Artabazus

Potidęatę.

Pallene. Bottiæi.

Critobul⁹. Olynthus. Timoxen⁹

Literarum per ſagittã trãſmiſſio.

dæam prodebat, proditionis compertus est. Nam Artabazus ad cõuentum locum sagittam dirigens, frustrante iactu humerum cuiusdam Potidæatæ percussit. Ad quem saucium turba (vt assolet in bello fieri) cùm cõcurrisset subitò reuulsa sagitta, animad uertens libellum detulit ad magistratus. Aderat autem & cæterorũ Pallenensiũ conmilitium. Perlecto libello magistratus & cognito ꝓditionis auctore, nõ tamẽ cẽsuerunt Timoxenum esse plectendũ, Scionæę ciuitatis gratia: ne in posterũ semper Scionęi pro proditoribus haberentur. Atq; hunc quidem in modũ Timoxenus proditionis manifestus fuit: Artabazum verò tres iam menses obsidentẽ ingens æstus maris excepit, & is diutius. Itaq; Barbari vidẽtes locum factum lacunosum in Pallenẽ concesserunt. Quorum cùm duæ partes permeassent illuuiẽ, tres aliæ supererãt, quas vbi pertransissent, oportebat intrare Pallenen. Sed eas tãta maris æstuatio inuasit, quãta nunquam extiterat, vt indigenæ aiunt, cũ ea frequenter illic accidat. Eorum qui nandi erant ignari interiẽre. Qui erãt gnari, eos Potidæatæ nauigijs adorti trucidauẽre. Huius æstus ac restagnationis & cladis Persarum ferũt Potidęatę hinc causam extitisse ꝙ illi è Persis qui sunt à mari oppressi, in templũ Neptuni & eius simulacrũ, quod sitũ est in suburbijs, impiè gesserant. Hãc fuisse causam illi vidẽtur verè dicere. Eos qui superauẽre Artabazus in Thessaliam ad Mardonium duxit. Et cũ ijs quidem qui regẽ reduxerunt ita est actum. Classiarius autem Xerxis exercitus qui superfuerat, vbi à Salamine fugiens attigit Asiã, rege cum alijs copijs è Chersonneso Abydum traducto, hyemauit apud Cumam. Idem primo statim vere Samum cõuenit, vbi nonnullę naues hyemauerant. Eius classis pleriq; nauigatores erant ex Persis & Medis, ducesq; superuenerãt Mardõtes Bagæi, & Artayntes Artachęi filiꝰ: cuiꝰ patruelis Amitres ab eodẽ ascitus erat istorũ collega. Hi vtpote magnopere percussi nõ audebãt occasum versus procedere, ne vnus quidẽ: sed apud Samũ subsidẽtes Ioniã à rebellãdo prohibebant, trecentas naues cũ Iadibus habentes, neque expectantes fore vt Græci in Ioniam irent: sed vt sua tutari contenti essent, ducta ex hoc coniectura, quòd ipsos è Salamine fugiẽtes non fuissent insecuti, sed libenter abscessissent. Atq; vt se victos mari, ita longè superiorẽ terra Mardonium futurũ arbitrabantur. Qui dum apud Samum erant, simul consultabant, si quid mali possent facere hostibus, simul subauscultabãt quonã res Mardonij caderẽt. At Grẽcos excitabat tum veris aduentus, tum Mardonius in Thessalia agens. Et eorũ quidem exercitus pedestris nondum cogebat: naues autem in Æginam abierãt numero centum ac decem, præfecto atq; nauarcho Leutychide, qui fuit Menaris, qui fuit Gesilei, qui fuit Hippocratidæ, qui fuit Leutychidæ, qui fuit Anaxilei, qui fuit Archidemi, qui fuit Anaxandridæ, qui fuit Theopõpi, qui fuit Nicãdri, qui fuit Charili, qui fuit Eunomi, qui fuit Polydectis, qui fuit Prytanis, qui fuit Euryphõtis, qui fuit Proclis, qui fuit Aristodemi, qui fuit Aristomachi, qui fuit Cleodæi, qui fuid Hylli, qui fuit Herculis filiꝰ, ex altera ab regia familia. Horũ oẽs qui prius commemorati sunt, præter duos post Leutychidem, reges Spartæ fuerunt. Athenienſium autem duce Xantippo Ariphronis filio, hac omni classe Æginam profecta, adueniunt eò nuncij Ionum ijdem, qui nuper ierant ad orãdos Lacedęmonios vt Ioniã liberarẽt, quorum vnus fuit Herodotus Basilidis filius, septem ab initio qui coniuratione inter se facta de trucidando Stratte Chiorum tyranno: postea conspiratione patefacta per vnum eorum qui rẽ detulerat, cæteri qui sex erãt, è Chio se subduxerunt, Spartamq; contulerunt, & tunc Æginam oraturi Græcos, vt in Ioniam nauigarent: ęgreq; exoratos Delon vsque ꝓduxẽre. Nã vlteriora omnia Græcis formidolosa erant, cùm locorum ignaris, tum plena hostium esse credentibus, & tantundem abesse Samum, quantum Herculis columnas. Cõtigitque id rei vt neque Barbari supra Samũ Hesperum versus nauigare auderẽt, metu ꝓterriti: neque Grẽci Chiorum rogatu auroram versus vltra Delon. Ita timor medium eorum tuebatur. Dum Græci nauigauẽre in Delũ, Mardonius qui in hybernis apud Thessaliã erat, inde mouẽs misit ad oraculum quendam genere Europeum, nomine Murem, iubẽs vt quãtumcunq;

Artabazi mors.

Neptuni templum apud Potidæatas.

Mardõtes. Artayntes. Amitres.

Leutychidis genealogia.

Ariphrõ.

Herodotus Basilidis.

Stratte Chius.

cunq; ſibi liceret perſuaderet ad oraculũ cõſultandũ: edotuitq; qd vellet ab oraculis ſcire. Quod aũt fuerit, haud cõpertum habeo, nõ em̃ memorat̃. Opinor nihil aliud, q̃ de rebus p̃ſentibus fuiſſe. Cõſtat hunc Murem in Lebadiã veniſſe: & mercede corrupto quodã indigena ad Trophoniũ deſcẽdiſſe, & ad Abas Phocenſiũ, & illinc ad oraculũ, quinetiã prius Thebas adiſſe. Ibiq́ue tum Apollinẽ Iſmeniũ cõſuluiſſe, q̃ illic quẽadmodum in Olympia, fas eſt in tẽplis ſciſcitari oracula: tum quodã non Thebano, ſed hoſpite pecunia corrupto in delubro Amphiarai obdormiſſe. Ideo aũt nemini Thebano licet eo in loco vaticinum eſſe, quòd cùm Amphiaraus optionẽ eis dediſſet, vtrum mallent vate vti ſe, an auxiliatore, Thebani ſibi auxiliatorẽ eũ maluerunt. Ea propter nefas eſt vlli Thebano illic obdormiſcere. Tunc aũt maximum extitiſſe miraculum, vt à Thebanis mihi narrat̃: Murem Europeum perueſtigatis oĩb⁹ oraculis, iſſe etiã ad fanũ Apollinis Ptoï. Vocat̃ aũt id fanum ita: ſed ipſorũ Thebanorũ eſt, ſitum ſupra paludẽ Copaidem, ante montẽ, p̃xime vrbem Acræphiã. Ad hoc templum poſt q̃ peruenit is qui Mus appellaretur, ſecutos eum tres viros publicè delectos ad deſcribenda ea, q̃ homini reſpõderent̃. Et ſtatim antiſtitem Barbara lingua vſum: & qui eos ſubſequebant̃ ſtupuiſſe, audientes Barbarã linguã pro Græca. Cumq́ue neſcirent quid in præſenti negocio agerent, Murem Europeum pugillares ab eis quos ferebãt abſtuliſſe, & in illis ea, q̃ dicerent̃ à propheta exaraſſe, eumq́ue vt dicebant lingua Caria: & vbi illa ſcripſiſſet, digreſſum in Theſſaliã abijſſe. Ea Mardonius intelligens quid dicerent, nuncium dehinc Athenas mittit Alexandrum Macedonẽ Amyntæ filium: tum quia in eum propenſi erant Perſæ, (quippe cuius ſororem Gygæã Amyntæ filiã in matrimonio habebat Bubares Perſa: ex qua genuit Amyntã in Aſia, aui materni ferentem nomen, cui ab rege Phrygiæ data eſt incolenda vrbs Alabanda) tum quia Alexandrũ Mardonius audiebat ipſorum eſſe hoſpitẽ, ac, de ipſis bene meritum mittendum duxit, hac p̃cipuè ratione arbitratus ſe cõciliaturũ ſibi Athenienſes, populum & multum & ſtrenuum eſſe audiens, & qui cladis Perſicæ in mari acceptæ præcipuus auctor extitiſſet. Quibus ſibi cõciliatis ſpem cõcipiebat facile potiundi maris, prout etiã cõtigiſſet. Nã terreſtribus copijs lõgè ſibi ſuperior eſſe videbatur. Ita colligebat ſuas res fore ſuperiores rebus Græcorũ. Cui fortaſſis oracula illa reddita ſuadebant, vt Athenienſem ſibi ſocium aſciſceret. His obtemperans, Alexandrum hunc mittebat ſeptimum à Perdicca: qui Perdiccas Macedonum tyrannidem obtinuit hunc in modũ: Tres fratres à Temeno oriundi, Gauanes, Aëropus, Perdiccas ex Argo in Illyrios profugerunt: & ex Illyris trãſgreſſi ſuperiorem Macedoniam, peruenerunt ad vrbem Lebæã. Ibi ſe ad mercenariã operã regi locauerunt, vnus q̃dẽ equis, alter verò bobus, minimus aũt natu minutis pecoribus paſcendis. Erãt aũt priſcorum hoĩm tyrãnides in re nummaria exiles, non ſolùm populares facultates, adeò ipſi regi ſua vxor coquebat cibaria. Hæc cùm animaduertiſſet panem pueri Perdiccę mercenarij dum coqueretur, effici duplũ q̃ erat, idq́; ſemper cõtingere, indicauit marito. Ille re audita ilicò ingreſſus eſt, vt oſtentum cerneret, quonã modo quid maius excreſceret. Moxq́; accitis mercenarijs, vt à ſua domo diſcederent, imperauit. Et cùm illi dicerent, ita demum ſe abſcedere iuſtum eſſe, vbi mercedem accepiſſent, tunc rex mercedẽ nominari audiens: hunc, inquit, ſolem oſtendens, in deum cõtumelioſus, dignã vobis mercedem reddo. Immeabat aũt in ędes per fumarium ſol. Hoc audientes maiores natu Gauanes & Aëropus, ſtetêre attoniti. At adoleſcẽs, accipimus rex quæ das, p̃locutus, gladioq́ue (nã gladiũ gerebat) circunſcripſit in pauimẽto domus ſolẽ: circunſcriptumq́ue cùm ter in ſinũ ſuũ hauſiſſet, abijt cum cæteris. Quale autẽ eſſet, id quod faciebat puer, & q̃ data cum illorum aſſenſu accipiebat minimus natu, renũciauit quidã aſſeſſorum regi. Hoc audito rex ira percitus equites ad eos interimendos mittit. Eſt autem in ea regione amnis, cui tanq̃ liberatori immolant poſteri illorum, qui ab Argo erãt. Hic amnis poſteaquam eum Temenidæ tranſierant, ita vehemens effectus eſt, vt ab equitibus tranſiri nequierit. Temenidæ in aliam Macedoniæ

Mus Europeus. Abæ. Iſmenius. Apollo. Amphiarai oraculũ. Ptoon. Acræphiã oppidum. Alexandri Amyntæ. Gygæa. Bubares. Alabandã. Alexandri tyrãnidis origo. Panes Perdiccæ dupli effecti. Sol pro mercede.

plagam transgressi, habitarunt prope hortos qui ferebant esse Midæ Gordio geniti.
Rosæ sexagenũ foliorum. Quibus in hortis sua sponte nascunt rosæ sexagenûm foliorum fragrantiori odore q̃ cæteræ: & in quibus (vt fertur à Macedonib⁹) Silenus fuit exceptus. Super eos situs est mons noie Bermius, per hyemẽ inaccessus. Hinc egressi postq̃ eam plagã obtinuerunt Temenidæ, cæterã Macedoniã subegerunt. Ab hoc Perdicca hunc in modũ Alexandri progenies. Alexander oriundus est: Amyntæ filius fuit Alexander, Amyntas Alcetæ: pater Alcetæ fuit Aëropus, Aëropi Philippus, Philippi Argæus, huius Perdiccas, qui parauit imperium. Ita Amyntæ fuit Alexander filius: qui vbi Athenas venit à Mardonio missus,
Mardonij postulata. ita verba fecit: Viri Athenienses, Mardonius hæc inquit: Nuncius mihi ab rege venit in hæc verba: Athenienſibus iniurias, quas mihi intulerunt, oẽs remitto. Nunc autẽ Mardoni ita facito: Suã eis regionẽ reddito: p̃terea aliam pro suo arbitratu eligant, suaq́; libertate potiant. Quinetiam eorum templa, si mecum fœdus inire volent, oĩa q̃ ego incendi, restituito. Hic nuncius cùm mihi allatus sit, necesse habeo ista exequi, nisi per vos steterit. Ego verò hæc vobis duco dicenda: quid insanitis bellũ regi inferentes, quem nec vnq̃ superare, nec semper resipere poteritis? Nostis enim Xerxis & copias, & facta: auditis quoque nunc de exercitu qui mecũ est, quem si superaueritis atq; viceritis, cui⁹ quidem nulla vobis si sapitis, spes est, alius multò maior exercitus aderit. Nolite igitur æquiparando vos regi, priuari solo vestro, & pro vobis ipsis assiduè discurrere: imò potius his molestijs vos explicate, cùm adsit vobis pulcherrima explicandi facultas, quòd ab rege ꝓuocati vt societatẽ belli nobiscũ ineatis, citra dolum & fraudem liberati eritis. Hæc me iussit Athenienses apud vos Mardonius dicere. Ego verò de mea in vos beneuolentia nihil cõmemorabo. Neq; eñ nunc primùm
Alexandri adhortatio. eã cognouistis. Obsecro tñ vt Mardonio morem geratis, quos animaduerto nõ semper validos fore ad gerendum cum Xerxe bellum: quales si animaduerterem esse, ne-
Lõgæ regũ manus. quaq̃ huc cum his mãdatis venissem. Quippe regis vires supra hominem sunt, & manus prælonga. Quod nisi ꝓperè assentiamini magna pollicentib⁹, qppe ex æquo fœdus facere volentibus, timeo vestrã vicẽ, qui ex oĩb⁹ socijs & maximè in via habitatis, & soli semper p̃cipuam cladem accipitis, possidentes terrã inter diuersas acies positã. Itaque inducite in hoc aĩm quod magnopere est è vestra dignitate, cùm rex magnus vobis Græcorum solis iniurias remittens, cupiat effici amicus: Hæc Alexander: Quẽ Athenas euntem ad inducendos in Barbari societatẽ Athenienses, cùm audissent Lacedæmonij, id ne fieret vehementer extimuerunt, reminiscentes oraculorum, fatale esse vt ipsi cum cæteris Dorienſibus è Peloponneso eijcerẽtur à Medis pariter & Athenienſibus. Ideoq́ue sine mora mittendos illuc censuêre legatos. Et sanè contigit, vt cõcioni adessent Lacedæmonij. Extraxerunt enim Athenienses tempus, probè scientes fore vt Lacedæmonij audirent venientem à Barbaro nuncium ad societatẽ cõtrahendã. Quare de industria id fecêre ad declarandã Lacedęmonijs sententiã suam. Vbi dicendi finem fecit Alexander, excipientes nuncij Spartanorum ita locuti sunt:
Lacedęmonij ad Athenienſes. Nos verò misêre Lacedæmonij oratum vos, ne quid noui in Græciã agatis: neq; verba quæ afferuntur à Barbaro admittatis, quod neque iustum sit vllo modo, neq; decorum cùm alijs Græcis, tum præcipuè vobis, idq́ue multis de causis. Vos enim hoc bellum excitastis etiam nobis inuitis, & propter imperium vestrum est decertatum, quod certamen nunc in vniuersam Græciam emanauit: cuius totius vos p̃cipui auctores fuistis, & Græcis causa seruitutis, res nullo pacto toleranda: cùm p̃sertim constet Athenienses semper & iam inde à priscis temporib. vindicasse permultos homines in libertatem: & tristem quidem conditionem vestram dolemus, quòd iam bis prouentu frugum fraudati estis, & iam domibus quæ dirutæ sunt caretis. Quo nomine Lacedæmonij vobis ac cæteri socij spondent se vxores vestras, & oĩa ad bellum in-
Tyrannus tyranno operã præstat. utilia ꝓximè domesticos suos, quoad bellum hoc steterit, alituros. Neque verò vos Alexander Macedo seducat, cõmendans Mardonij orationem. Facit quod ei faciendũ est: quippe qui tyrannus tyranno operam præstat. Sed non idem vestra facere interest,

tereſt,ſi rectè ſapitis,qui ſcitis nihil Barbaris eſſe neque fidum neq; verum.Hæc cùm nuncij dixiſſent,Athenienſes Alexandro ita reſponderunt:Et ipſi cognitũ habemus hoc,vires Medorum etiã atque etiã maiores eſſe q̃ noſtras,vt id nihil interſit exprobrare nobis.Attamen in tutanda libertate eatenus reſiſtemus, quatenus valebimus. Vt autem ſocietatem cum Barbaro contrahamus, neq; tu perſuadere tentes, neque nos,ſi tu tentaueris,perſuadebimur.Tu verõ renuncia Mardonio,Athenienſes dicere,quoad ſol eodem itinere meabit,quo nunc meat,couſq; ſe nunq̃ cum Xerxe ſocietatẽ inituros,ſed ſe protegendo propulſaturos eum,fretos ope deorum atque heroũ, quorum ille nihil penſi habẽs,& tẽpla & ſimulacra incendit. Tu quoque poſthac cũ iſtiuſmodi oratione ne cõmittas vt Athenis videaris,néue per ſpeciem emolumento rum infanda nos facere ſuadeas.Nolumus enim te ingratum quippiã ab Atheniẽſibus pati, quibus & hoſpes & amicus es:Hæc Alexandro reſpõderunt: nuncijs aũt Spartiatarum illa:Lacedæmonios vereri ne fœdus ineamus cum Barbaro, ſanè humanũ eſt,neq; hoc verentes eos turpe eſt veniſſe,quibus mens Athenienſium inexplorata eſſet:quoniam neque tantum auri vſquã gentium eſt,neque regio vlla ſpecie & boni tate ita præſtans,vt nos velimus eius adipiſcendæ gratia, cum Medis ſentiendo Græciam in ſeruitutẽ redigere. Quod ne faciamus,etſi velimus,multa & magna nos adhortantur.Primum atque idem maximum,quòd deorum ædes effigieſque incẽſæ pariter & obrutę ſunt,quas nos in primis vltum ire neceſſe eſt potius,quàm cum ijs fœderari qui iſta fecerunt.Deinde,quòd ſumus Græci eiuſdem & ſanguinis & linguæ, quorum & fana & ſacrificia communia ſunt,& mores aſſimiles, quorũ ꝓditores fieri Athenienſes,non bene haberet.Itaque ſi antea neſciebatis,nunc ita accipiatis, dũ vel vnus Athenienſium ſupererit,nunquam nos cõuenturos eſſe cum Xerxe. Veſtrã autem erga nos prouidentiã,quòd conſulitis nobis domo carentibus,ita vt domeſti cos noſtros alere velitis,gratã habemus:& veſtrum quidem beneficium cumulatum eſt:nos tamen ita tolerabimus,vt nihil vobis moleſtiæ afferamus. Quod cùm ita ſit, copias primo quoque tempore emittendas curate. Nam vt nos coniectamus, non diu differet Barbarus ingredi regionem noſtram:ſed ſimulatque acceperit nuncium, nos nihil eorum eſſe facturos quæ orauit,aderit. Qui antequam adſit in Attica,tempus eſt nos in Bœotiam auxilio ire.

Barbari. Athenienſium reſponſum.

Græci & ſanguinis eiuſdem & linguæ.

HERODOTI HALICARNASSEI HISTORIARVM LIBER NONVS, QVI INSCRIBITVR CALLIOPE.

HOC ab Athenienſibus reddito reſponſo, Lacedæmonij Spartam reuerterunt.Mardonius poſteaquam regreſſus ad eum Alexander Athenienſium reſponſa indicauit, profectus è Theſſalia citato agmine Athenas ire contendit,quacunque iter faciebat, illinc viros ad bellum ſumens,Theſſalis ducibus: quos adeò non pœnitebat eorum quæ hactenus egerant, vt etiam multò ſtudioſius Perſam inducerent.E quibus Thorax Lariſſæus & Xerxem effugientẽ deduxerat, & tunc Mardonium propalàm deducebat in Græciam. Mardonium,vbi cum exercitu Thebas peruenit,Thebani cùm offendiſſent:ſuadẽdo non ſinebant progredi longius,quòd negarent vllum locum ponendis caſtris oppor tuniorem eſſe,quàm illum, vbi ſubſidens conſequeretur vt omnem Græciam ſine prælio ſubigeret.Arduum enim eſſe etiam vniuerſis hominibus,vi ſubigere Græcos inter ſe conuenientes:quod & antea cognouiſſent. Si verò feceris (dicebant) quod nos ſuademus,occupabis nullo negocio validiſſima quæque illorum conſilia. Mitte pecuniam ad eos qui præpotentes ſunt in ciuitatibus.Miſſa pecunia Græciam ad fa-

Theſſali.

Thorax.

ctionem rediges. Hinc eos qui tecum nõ ſentient, admotis copijs facilè expugnabis. Hæc Thebani ſuadebant: quibus ille obtemperandum non putauit, partim animi faſtu, partim acri quadam libidine Athenas iterum occupandi, præſertim ſperãs inceſſis per inſulas ignibus declaraturum ſe regi Sardibus agenti, Athenas ab ipſo teneri. Igitur in Atticam profectus, cùm illic Athenienſes ne tunc quidẽ inueniſſet, ſed pleroſq; eorum in claſſe ad Salaminem eſſe audiret, vrbem cepit deſertã decimo menſe q̃ fuerat iterum ab rege capta. Eò poſtq̃ venit, mittit ad Salaminem Murichidẽ quendam Helleſpontium, cum eiſdem mandatis quæ Alexander Macedo pertuliſſet. Mittebat autem eadem mandata, gnarus ille quidem non beneuolo erga ipſum aĩo eſſe Athenienſes: ſed ſperans contumaciam depoſituros, tanquã ſubacta omni Attica regione, & ſub ipſius imperio poſita. Hac de cauſa Murichidem miſit in Salaminem. Is vbi in ſenatũ venit, Mardonij mandata expoſuit. E ſenatoribus Lycidas ſentẽtiam dixit, ſatius videri ſibi eſſe, vt ea quæ Murichides apud ſenatum diceret, ipſi accepta ad populum referrẽt. Hæc ille dicebat, ſiue quòd pecuniam à Mardonio accepiſſet, ſiue quod id ei probaretur. Quod ſimulatq; audiêre Atheniẽſes tã ij qui ex concilio, quã qui extra concilium erant indignè ferentes, Lycidam circunſteterunt, lapidibusq́ue interemerunt: Helleſpontium verò Murichidem dimiſerunt illæſum. Excitato de Lycida apud Salaminem rumore, & cognito quod geſtum erat, Athenienſiũ vxores alia aliam exhortantes, atque prehendẽtes vltrò domum Lycidæ adiêre, hominisq́ue vxorem ac liberos lapidauerũt. Hunc in modum Atheniẽſes in Salaminem tranſierũt. Quàm diu ipſi copias é Peloponneſo venturas ſibi auxilio expectabãt, tamdiu hoſtes in Attica habuêre ſtatiua. At vbi & ſocij tardius ſegniusq́ue agunt, & Mardonius aduentãs iam eſſe in Bœotia audiebatur, ita ſupportatis omnibus rebus, & ipſi in Salaminem traiecerunt, nunciosq́; in Lacedæmonem miſerunt conqueſtum de Lacedæmonijs, qui neglectui haberent Barbarum eſſe Atticã ingreſſum, neq; cum ipſis ei in Bœotiam occurriſſent: tum admonitum eorũ quæ ſibi, ſi ad eũ deficere vellẽt Mardonius ſpopondiſſet: tum prædictum, niſi præſidio ipſis eſſent, ſe aliquod per ſemet remedium inuenturos. Agebant aũt per id tempus Lacedæmonij ſolẽnia quæ vocãtur Hyacinthia, quæ feſta dei celebrare plurimi faciebãt. Ad hæc, murum ſibi in iſthmo extruebant, qui iã pinnas acceperat. Ad hos poſteaquam nuncij Athenienſiũ Lacedæmonem venerũt, ducetes ſecum Megarenſium ac Plataenſium legatos, Ephoris aditis, ita locuti ſunt: Athenienſes ad hęc nos referẽda miſerũt: Regẽ Medorũ tũ noſtram nobis regionẽ reddere velle, tum ſocietatẽ nobiſcum æquis cõditionibus inire citra fraudẽ & dolum, tum aliam regionem noſtrę addere, quã ipſi noſtro arbitrio optauerimus. Nos tamen pudore Græci nominis, & pro magno flagitio ducẽtes prodere Græciã, annuere nolle, ſed recuſare, quãuis iniuria affectos à Græcis ac ꝓditos. Qui, etſi nõ ignoremus cõducibilius eſſe nobis ſocietatẽ inire cũ Perſa, quã bellũ gerere: tamẽ ſpõte noſtra ſocietatẽ nõ inibimus. Et hæc quidẽ noſtra ſunt (quæ in Græcos præſtamus) officia. At vos qui tũc in oẽm metum deueneratis ne paciſceremur cũ Perſa, poſteaq̃ compertam habuiſtis ſententiam noſtrã, nequaquã prodẽdi Græciã, & murum quẽ in iſthmo inædificabatis abſoluiſtis, nullam habetis Athenienſium rationem. Et cũ cõueneritis nobiſcũ de occurrẽdo Perſæ ad Bœotiam, deſertores extitiſtis, ꝓ nihilo ducentes Barbarũ Atticã eſſe ingreſſum. Itaq; vobis Atheniẽſes in præſens vſq; ſuccẽſent, quod nõ eſtis officio functi. Quod ſupereſt, vt primo quoq; tẽpore nobiſcũ copias mittatis, iubẽt: quò Barbarũ in Attica, quoniã in Bœotia defecimus, excipiamꝰ noſtra in terra: vbi cãpus Thriaſius appoſitiſſimus erit ad dimicãdũ. Hæc vbi accepêre Ephori, reſpõſum in diẽ poſterũ diſtulerũt. Poſtero die in alterũ, idq; in decem dies fecerunt, diem de die extrahẽtes: intra quod tempus vniuerſi Pelopõnenſes magno ſtudio incũbentes, iſthmũ muro interclusêre, ad finẽq; ꝓduxêre: nec poſſum dicere cauſam, cur illi tantopere ſoliciti fuerint, cùm Alexander Macedo Athenas pergebat, ne Athenienſes Medorum partes ſequerentur: nunc autem nihil

Murichides.

Lycidas lapidatus.

Hyacinth. ſolẽnia.

Thriaſius campus.

aliud

aliud curarint, quàm vt ſibi iſthmus inędificaretur, putantes ſe non amplius quicquã Athenienſibus indigere. At ſub aduentum Alexandri in Atticam muro (quẽ extruebant) nondum perfecto, Perſas vehementer extimeſcebant. Tãdem & reſponſum & exitus fuit huiuſmodi: Pridie quàm iam vltimum concilium fieret, quidam Tegeata nomine Chileus, apud Lacedæmonios maximæ inter hoſpites potentiæ, cùm audiſſet ab Ephoris omnia quæ Atheniẽſes dixiſſent, his verbis eos allocutus eſt: Ita ſe habet viri Ephori, ſi Athenienſes non ſentiunt nobiſcum, ſed cum Barbaro, quamuis valido muro ſit iſthmos inædificatus, tamen magnæ fores patefactæ ſunt Barbaro in Peloponneſum. Quare prius eos audiatis, quàm aliquid decernant quod cladem Græciæ adferat. Hoc Chileus conſilium dedit. Quod in animum admittentes Ephori, cõfeſtim nihil collocuti cum nuncijs, qui à ciuitatibus venerant, quinq; millia Spartiatarum cùm adhuc nox eſſet, dimiſerunt, præpoſito eis Pauſania Embroti filio. Quæ præfectura erat quidem Pliſtarchi Leonida geniti. Sed cùm is puer eſſet, Pauſanias præfectus eſt: qui eius patruelis erat & idem tutor. Nam Cleombrotus Anaxãdridæ, pater Pauſaniæ iam non ſupererat, non diu pòſt, quàm copias quæ murum extruebant in iſthmo reduxerat, vita functus. Reduxerat autem ab iſthmo copias Cleõbrotus ob eam cauſam, quòd ſibi inter ſacrificandum aduerſus Perſam, ſol in cælo obſcuratus eſſet. Elegit autem Pauſanias ſibi collegam Euryanactem Doris filium, ſuũ gentilem. His copijs è Sparta cum Pauſania profectis nuncij de illarum profectione ignari, vbi dies illuxit, Ephoros adeunt, habentes in animo abire in ſuam quique ciuitatem. Vbi adierunt, ita verba fecêre: Vos quidem Lacedæmonij deſidentes hîc Hyacinthia agitis, ac luditis ſocijs proditis. Athenienſes verò vt à vobis læſi ob penuriam ſociorum, ita vt poterunt cum Perſa tranſigent. Soluta autem ſocietate vobiſcum, palam eſt nos, ſi regis fuerimus ſocij, militiæ comites futuros, in quamcunque regionẽ nos illi educent. Inde vos diſcetis quídnam vobis ex ea re ſit euenturum. Hæc locutis nuncijs, Ephori iureiurando interpoſito dixêre ſuas ſe copias putare in Oreſtio eſſe, tendentes aduerſum peregrinos. Peregrinos enim Barbaros appellabant. Hoc illi non intelligentes, quid diceretur, ſciſcitabantẽ. Sciſcitati, & rem omnem edocti atque ſtupefacti, quàm celerrimè abire ad illos inſequẽdos, & cum ijs quinque millia finiti morum Lacedæmoniorum delecta. His iſthmum verſus ire maturantibꝰ, Argiui, vbi primùm audiêre copias è Sparta cum Pauſania profectas, præconem quem optimũ è diurnis curſoribus inuenerunt, in Atticam mittunt ad Mardonium: qui videlicet antea receperant ſe futuros impedimento, quò minus Spartiata egrederetur. Præco vbi Athenas peruenit, Mardoni, inquit, miſerunt me Argiui nunciatum tibi iuuentutem è Lacedæmone eſſe progreſſam, ſeque ne illa progrederetur præſtare nequiſſe. Ad hæc tu bonum conſilium adhibe. Hoc ille locutus, retrò abſceſſit. Quo audito, Mardonius iam non fidebat amplius perſtare in Attica: vbi ideo hactenus immoratus fuerat, quod audire cuperet ac ſcire, ab Athenienſibus quid ageretur, neque populans, neque lædens Atticum agrum, aſſiduè ſperans fore vt ſecum illi paciſcerent. Quod vbi deſperauit re comperta, priuſquam Pauſanias cum copijs iſthmum egrederetur, ſubduxit exercitum incenſis Athenis, ſi quid aut murorum aut ædium priuatarum ſacrarumque extabat, eo omni diruto, atque obruto. Ideo autem excedendum ſibi putauit, q; neque adequitabilis eſſet Attica regio: neque, ſi ipſe malè pugnaſſet euadi poterat niſi per anguſtias, vbi à paucis tranſitu prohiberi poſſet. Statuit igitur recedere illinc Thebas tum vrbem amicam, tum regionem equitibus opportunam. Profecto illinc Mardonio & iam iter facienti, perfertur nuncius properans, alium exercitum mille Lacedæmoniorum Megara iter habere. Eo audito, conſultabat ſi quo pacto hos primùm poſſet excipere. Itaque conuerſum exercitum ducebat Megara, præmiſſo equitatu, qui omnem oram Megaridem incurſaret. Hucuſque Europæ ad ſolem occidentem verſus longiſſimè proceſſit hæc Perſica expeditio: Poſt hęc nuncius ad Mardonium venit, Græcos in iſthmo coactos eſſe, ita retroceſſit per De-

Chileus.

Pauſanias Pliſtarchus.

Sol obſcuratus. Euryanactes.

Peregrini.

Athenarũ incẽdium.

Decelea. Sphédal. Tanagra. Scolos.

celeam. Magiſtratus enim Thebani accolas Aſopiorũ accerſierant, qui Mardonium in Sphendaleas, & illinc in Tanagram duces itineris deduxerũt. In Tanagra noctem moratus Mardonius, poſtero die in agri Thebani Scolon trãſuerſis tramitibus peruenit. Ibi Thebanorum rura tametſi Medicas partes fouẽtium vaſtauit: nõ illorũ odio, ſed ingenti neceſſitate adactus, quòd vellet tum caſtra communire, tum ſi ſibi in acie nõ cederet, ex ſententia effugiũ cõparare. Exporrexit aũt caſtra ſua ab Erythræis ſecundum Hyſias Platæenſi tenus agro, iuxta flumen Aſopum muro communita: ſed non pro magnitudine caſtrorum, verùm per ſingulas frontes dena ſtadia habenti. Hoc in opere Barbaris occupatis, Attaginus Phrynonis filius vir Thebanus, cõuiuio magnificè apparato, Mardonium ipſum & Perſarum honoratiſſimos quinquaginta inuitauit. Fiebat autem cœna Thebis. Inuitati illi hominem ſunt ſecuti. Cætera quæ referam, ex Therſandro accepi, viro quidem Orchomenio, ſed Orchomeni inter primos honeſto: qui ſe quoque aiebat ad hanc cœnam ab Attagino inuitatum cum quinquaginta Thebanis: nec vtroſque ſeorſum diſcubuiſſe, ſed in ſingulis lectis alternos, Perſam & Thebanum. Secundum cœnam cùm potioni daretur opera, Perſam qui eodẽ toro recumbebat, græcè ipſum interrogaſſe cuias eſſet: ſe verò reſpondiſſe Orchomenium eſſe: tum illum dixiſſe: quoniam tu mihi menſę conſors & libaminum effectus es, volo tibi relinquere ſententiæ meæ monumentum, vt ipſe quoque pręſcius huius rei, quẽas tibi conſulere. Cernis hos Perſas in conuiuium acceptos, & copias quæ ad flumen in caſtris relictæ ſunt. Horum omnium paruo pòſt tempore pauculos cernes ſuperſtites. Et inter dicendum multas lacrymas Perſam effudiſſe: admiratumq; ſe ea oratione, ad illum dixiſſe: Nõne hæc Mardonio expedit dicere, & ijs Perſis qui ſecũdum eum in honore ſunt? Et illum ſubieciſſe, Hoſpes, quicquid ex deo fieri oportet, id homini ineuitabile eſt. Nam ne credibilia quidem dicẽtibus credere quiſquã vult. Hoc permulti Perſarum cùm ſciamus, tamen Mardonium ſequimur illigati neceſſitate. Eſt enim hoc in hominibus acerbiſſimũ, eũ qui multũ ſapit, minimè potentẽ eſſe. Hęc ego ex Orchomenio Therſandro audiebam, & ideo ipſum hæc ſtatim alijs enarraſſe prius, quàm prælium ad Platæas factum eſt. Mardonio in Bœotio ſtatiua habenti, adduxerũt copias cæteri circà Græci, qui cum Medis ſentiebãt, & ad Athenas congregati ſunt, pręter Phocenſes. Nam & illi vehementer partibus Medorũ ſtudebant, non tamen voluntarij, ſed coacti. Iidem non multis pòſt diebus quàm Thebas itum eſt, & ipſi aduenêre mille armati, duce Harmocyde inter populares ſpectatiſſimo. Eos Mardonius vbi Thebas peruenêre, miſſis equitibus iuſſit ſeorſum in campo ſubſidere: quod cùm feciſſent, protinus affuit vniuerſus equitatus. Vnde poſtea rumor exercitui Græcorum, qui cum Medis erant, perſuaſit Phocenſes ab equitatu iaculis confodi, quinetiam per ipſos Phocenſes idem diuulgatum eſt, quos tunc dux ſuus Harmocydes his verbis adhortabatur: O Phocenſes, palàm eſt hos homines certè nos neci deſtinaſſe, accuſatos (vt opinor) à Theſſalis. Quare vnumquẽque veſtrûm oportet egregium virũ eſſe, potius quã dedentes nos fœdiſſima morte trucidari. Ipſi quoque intelligant ſe Barbaros eſſe inter Græcos, quibus mortem intulerunt: His ſuos Harmocydes hortabatur. Quos vbi conclusêre equites, inuehebãtur tanquã ad eos occidẽdos, telis intentis veluti emiſſuri: nõnullique emiſerũt. Phocẽſes ex aduerſo ſtãtes facto orbe quoquò verſus cũ ſeſe opponerẽt, ibi equites digreſſi retrò abiêre, incertum an ad hos interficiendos rogatu Theſſalorum ierint equites: & poſteaquam animaduerterunt eos ad defendendum ſe conuertere, veriti ne ipſi vulnerarẽtur, ita retrò abſceſſerunt, tanquã à Mardonio iuſſi experiri voluerint nũ quid illi præſtantię haberent. Poſt abſceſſum equitatus miſſo ad eos præcone, Mardonius ita inquit: Bono eſtote Phocenſes animo: viros enim vos eſſe dediſtis ſpecimen, non tales quales ego audierã. Quo magis alacri animo tolerate hoc bellum. Nõ emi aut me beneficijs, aut regẽ vincetis. Hactenus quæ circa Phocenſes ſunt geſta. Lacedæmonij vbi ad iſthmum venêre, illic caſtra communiêre. Quod audientes cæteri Peloponnenſes vti-

Hyſię.

Attaginus

Therſãdr.

Quicquid ex deo fieri oportet, eſt ineuitabile.

Sapientes nõ eſſe potentes acerbum eſt.

Harmocydes.

que

que ij,quibus meliora cordi erant, cernentesq; Spartiatas egredi volẽtes, indignum ſe putauerunt à Lacedæmonijs ſe in exeundo ſuperari. Itaque cũ pulchrè litatum eſſet,cuncti ex iſthmo profecti ſunt,& in Eleuſinem peruenerunt. Vbi cùm pulchra etiam fuiſſent exta,ire perrexerunt. Quib. Athenienſes è Salamine profecti,in Eleuſine admixti ſunt. Illi poſtquam ad Erythras Bœotiæ venêre, cognito Barbaros ad Aſopum caſtra habere: inito de hac re concilio, è regione tetenderunt ſub Cithæronis radicibus. In quos Mardonius quod in campum non deſcenderent, omnem immittit equitatum,cui præerat Maſiſtius,à Græcis Maciſius dictus,vir apud Perſas inclytus,Nyſæo equo inſidens,aureo freno & alijs inſignibus eximiè ornato. Equites,vbi promouêre ad Græcos,per turmas egreſſi, multum detrimenti inferebant, fœminas eos compellando. Erant fortè Megarenſes ea parte collocati, qua parte nulla alia magis oppugnari,nullaq; magis ab equis adiri poterat. Hac impreſſione equitum Megarenſes quia premebantur, mittunt ad duces Græcorum præconem, qui ita cũ venit, verba fecit: Megarenſes aiunt viri ſocij,nos ſoli excipiendis hoſtibus impares ſumus: qui tenemus eandem in qua collocati ſumus à principio ſtationem. Ibi hactenus tametſi ęgrè, tamen ſtrenuè fortiterque reſiſtimus. Nunc niſi alios nobis ſubſtituatis, ſcitote nos ab acie diſceſſuros. Hæc vbi præco renunciauit, Pauſanias expediri fecit Græcos,ſi qui alij vltrò ad locum irent, vt Megarenſibus ſuccederent. Recuſantibus cæteris,Athenienſes ſuſcepêre hoc munus, videlicet eorum trecenti delecti: quibus præerat Olympiodorus Lamponis filius. Hi fuêre qui præ omnibus Græcis ad Erythras caſtra habentibus inſtructi ſucceſsêre,ſagittarijs ſibi aſſumptis. Qui cùm aliquã diu pugnaſſent, hic fuit pugnæ exitus: impreſſionem faciente per turmas equitatu, equus Maſiſtij vt erat prę alijs eminens, ſagitta per latus ictus eſt: quo dolore in pedes erectus,Maſiſtium excuſſit. Collapſum confeſtim Atheniẽſes circũſiſtunt: equo prehenſo,hominẽq; ſeſe defenſantem interimunt, cùm aliquandiu non potuiſſent. Ita em̃ fuerat armatus, quod ſcilicet intus gerebat thoracem aureis ſquamis conſertum,deſuper Phœniceum paludamentum. Eius thoracem cũ ferirent, non prius aliquid profecerunt,quàm quidam re animaduerſa illum percuſſit in oculo. Ita Maſiſtius collapſus interijt,quæ res latebat alios equites. Non enim eum aut ab equo cadẽtem viderant aut occumbentem. At ne tum quidem cũ ſe recipiebant quod actum erat cognouêre: ſed poſtquam conſtitêre, quia nemo ipſis imperabat, ſtatim deſiderauerunt ducem: cognitoque (quo geſtũ erat) mutuò ſe adhortati, omnes in hoſtem equos admiſêre vt mortuum eriperẽt. Eos conſpicati non iam turmatim, ſed vniuerſos pariter irruere,cæterum exercitum inclamauerũt. Dum omnis peditatus auxilio veniebat,interea cietur acre prelium de cadauere. At vbi pręſidio venêre copiæ, non amplius perſtitêre equites: ita nec mortuum eripere potuerunt, & alios ſuper illum è ſuis amiſêre. Digreſſi illinc duo circiter ſtadia, conſultantes quid facto opus eſſet, decreuêre ſibi carentibus præfecto eundum ad Mardonium. Vbi in caſtra rediêre,ingens luctus cùm omnem exercitum,tum verò Mardonium cepit extincti Maſiſtij viri ſecundum Mardonium honoratiſſimi tam apud Perſas, quàm apud regem: ita vt eiulatus eorum omnem Bœotiam peruaſerit,& ſeipſos & equos & iumẽta totonderint. Et Barbari quidem ſuo more Maſiſtium defunctum honorabant. Græci autem poſtquam equitatum inuadẽtium excepêre, & exceptum repulêre, multò ſunt audaciores effecti, & ante omnia cadauer plauſtro impoſitum per ſtationes circũtulerũt. Erat autem ſpectaculo digna proceritatis ac formę gratia. Quod ideo faciebant,quia cuncti relictis ſtationibus ad intuendum Maſiſtium pergebant. Dehinc cenſuerunt ad Platęas deſcendẽdũ, quòd ſibi Platęẽſis ager multò eſſet opportunior habẽdis caſtris quàm Erythræus, cùm propter alia,tum propter aquandi commoditatem. Vbi viſum eſt in eum locum & ad fontem Gargaphium,qui ibidem eſt,ſatius abire,& diſpoſitis ſtationibus illic habere caſtra, ſumptis armis abierunt per radices Cithæronis ſecundum Hyſias in agrum Platęenſem. Eò cùm peruenêre,ſtationes nationatim cõ

Erythræ. Cithęron inf. Maciſius. Olympiodorus. Maſiſtij cædes. Prælium circa Maſiſtij cadauer. Maſiſtij amiſsi deploratio. Mos tondendi. Gargaphius. Hyſiæ.

munierunt,proxime fontem Gargaphium,& fanũ Androcratis herois, per non edi-
Androcratis fanum. tos tumulos & locum planum. Ibi in diſtinguẽdis nationibus magna ſanè altercatio
extitit inter Tegeatas & Athenienſes,vtroſq; ſe dignos qui alterũ cornu tenerent ar-
bitrantes: & ſua facinora plæclara tum recentia tum priſca referentes. Dicebant his
verbis Tegeatæ:Hoc nos ſemper digni honore à ſocijs omnibus habiti ſumus, quo-
Heraclidę. tieſcunque à Peloponnẽſibus communiter in externas peregrinationes itum eſt, &
proximè,& quondam iam inde,ex quo Heraclidę poſt mortem Euryſthei ſunt cona
ti in Peloponneſum redire: quo tempore hanc dignitatẽ aſſecuti ſumus ob hanc rẽ
Athe.& Tegeatarũ de loci dignitate altercatio. geſtam: Poſteaquã cum Achæis & Ionibus,qui tũc Peloponneſum incolebant,nos
auxiliarij in iſthmum profecti conſedimus aduerſus eos,qui redire conabantur,tunc
Hyllus orationem habuit,nõ expedire vt vterq; exercitus cõfligendo periclitaretur:
ſed vt alijs acquieſcentibus ſecum ſingulari certamine dimicaret is,quem Peloponnẽſes iudicarent è ſuo exercitu præſtantiſſimũ. Accepta cõditione Pelopõnenſes fœ
Monomachia. dus in hæc verba percuſſerunt: Si vincet Hyllus Peloponnẽſium ducem, vt Heraclidæ in paterna reuertanrur: ſin victus fuerit,retrò Heraclidæ cedant,& exercitum abducant,néue per annos centum de redeundo in Peloponneſum agitẽt. Omnibus ſocijs ad eam rem voluntarijs, electus eſt dux atq; idẽ rex noſter Echenus Eropi filius,
Hyllus. Phegeos nepos,qui ſingulari congreſſus certamine Hyllum interemit. Ex quo facto
nos cùm alia decora inter Peloponnẽſes aſſecuti ſumus,quæ adhuc obtinemus: tum
hoc vt alteri cornu præeſſemus,quoties communiter itur in expeditionem. Et vobis
quidẽ Lacedæmonij non aduerſamur, ſed optionem cedimus vtri cornu pẽſſe malitis. Alteri verò cornu vt præſimus nobis vendicamus, quemadmodũ fecimus,ad hoc
tempus etiam citra hoc factum,quod narrauimus,Athenienſibus digniores, qui hãc
dignitatem obtineamus: quippe qui proſperè & multa vobiſcum viri Spartiatæ cer-
tamina decertauimus, & multa cũ alijs. Quo fit vt æquius ſit nos alterum cornu te-
nere,quã Atheniẽſes,à quibus nõ tales geſtæ res ſunt,quales à nobis neq; recẽtes ne
que vetuſtæ. Hæc Tegeatæ. Ad quæ hũc in modũ reſpõdẽre Atheniẽſes: Et ſi ſcimus
has copias pugnãdi cũ Barbaro nõ altercandi gratia eſſe cõtractas,tamen quoniã Te-
geata referre cõſtituit præclara facinora tum vetuſta,tũ noua,quæ per omne tempus
vtrique fecerũt: neceſſe habemus & nos exponere apud vos, vnde nobis patriũ ſit, q
ſemper egregij fuimus,eſſe primos potius,quàm Arcadibus Heraclidas,quorum du-
cẽ iſti apud iſthmũ ſe prędicant interfeciſſe,nos ſoli excepimus,eiectos prius ab om-
nibus Græcis,quos illi Mycenæorum ſeruitutẽ fugientes adibant: et Euryſthei iniu
Polynices. riam vnà cũ eiſdem pugnãdo propulſauimus, victoriaque potiti ſumus de ijs, qui tũ
Pelopõneſum tenebant. Præterea Argiuos, qui aduerſus Thebas cũ Polynice milita
uerãt vita defunctos & inſepultos ducta in Cadmeos expeditione à nobis receptos
fuiſſe dicimus,& in noſtra terra apud Eleuſinem humatos. Iã verò noſtrũ prędarum
facinus extat in Amazonidas: quæ à flumine Thermodonte aliquãdo in noſtram ter
rã excurrêre. At ne in heroum quidem laboribus, qui ad Troiã bellauerunt,fuimus
in poſtremis. Sed nihil admodum pertinet horum facere mentionẽ. Etenim ſiue qui
tunc egregij fuêre,nunc inſtrenui ſunt,ſiue tũc inſtrenui,nunc egegij ſunt,ſatis ſit de
Athe.in Marathone victoria. rebus priſcis hæc dixiſſe. Vt nullæ res aliæ à nobis geſtæ ſint, quæ multæ & pclariſſimę ſunt,ſi ab vllis alijs Græcis,certè ob rẽ in Marathone à nobis geſtam digni ſumus,
qui hoc decus & alia inſuper obtineamus: qui ſoli Græcorum per nos cum Perſa di-
micauimus,& rem tantam aggreſſi victores euaſimus, ſex & quadraginta nationibus
ſuperatis. Quo ſolo nomine digni ſumus vt hunc loci honorem cõſequamur. Verũ
non decet hac rerum conditione de loci dignitate contendere: vbicunque & iuxta
quoſcunque vobis Lacedæmonij videbitur,appoſitiſſimum nos ſtare,illuc eũtes ob-
temperabimus. Vbicunque loci nos collocati fuerimus, conabimur ſtrenui exiſtere:
itaq; educite nos tanquam obtemperaturos. Hæc cũ pro ſua parte dixiſſent Atenien
ſes,cũctus Lacedęmoniorũ exercitus ſuccłamauit digniores qui cornu tenerẽt Athe

nien-

nienſes,quàm Arcades.Ita Atheniēſes Tegeatis ſuperiores habuêre cornu, mox hūc in modum inſtructi ſunt & qui ſuperuenére Greçorum,& qui à principio venerant. Dextrum cornu tenebant Lacedæmoniorū decem millia,quorū quinq; millia erant Spartiatarum,quos cuſtodiebant leuiter armata triginta quinque millia ſeruorū, ſeptenis ſeruis circa ſingulos Spartiatas collocatis. Applicauerant ſibi Spartiatæ, & honoris & virtutis ergô, Tegeatas numero mille & quingentos armatos. Secundū hos ſtabant Corinthiorum quinque millia,prçter hos inueniebantur apud Pauſaniā ſtātes trecenti Potidæatæ eorum, qui erant ex Pallene. Iuxta hos ſtabant Arcadū Orchomeniorum ſexcenti:Iuxta hos Sicyonum tria millia.Hos ſequebantur Epidauriorū octingenti,ſuper hos locati erant Trœzenij mille.Iuxta Trœzenios totidem Lepreetæ.Poſt hos Mycenæorum,& Tyrinthiorum quadringenti.Secundum hos mille Phliaſij: dehinc Hermionenſes trecenti.Iuxta Hermionenſes Eretrienſium & Styreorum ſexcenti.Iuxta hos Chalcidenſium quadringenti. Poſt hos Ampraciatarum quingenti. Poſt eos Leucadiorū & Anactoriorū octingēti. Hos ſequebātur Pallenēſiū,qui ſunt ex Cephallenia,ducēti.Poſt hos inſtructi Æginetarū quingēti.Iuxta hos Megarenſiū tria millia, quos ſequebanē Platçenſium ſexcenti. Vltimi & ijdem primi ſtabant Athenienſes, læuum tenentes cornu, octo millia, duce Ariſtide Lyſimachi. Hi omnes,prçter eos qui ſeptem circa ſingulos Spartanos ſtabāt, fuerūt numero triginta octo millia & ſeptingenti,omnes grauis armaturę aduerſus Barbarum cōtracti: Leuiter verò armati,triginta quinque millia, ſeptem circa ſingulos Spartiatas collocati,vnuſquiſq; ad pugnādū inſtructus.Circa cçteros Lacedæmonios ac Greços ſinguli fermè leuiter armati numero triginta quatuor millia quingēti.Summa totius leuis armaturæ,quæ pugnare poſſet, ſexaginta millia quingēti. Totus aūt Greçus exercitus qui ad Platças conuenit pugnę aptus,tam leuis quàm grauis armaturæ,fuit cētū,octo millia ducēti.Sed numerum centum decem expleuêre Theſpienſes, qui aderant ad mille & octingentos,qui nec ipſi arma habebant.Et hi quidem Græci ad flumen Aſopum caſtra diſtributi communierant. Barbari verò qui cum Mardonio erāt poſteaquam Maſiſtium luxerunt,cognito Græcos apud Platæas eſſe, & ipſi ad Aſopum qui illac fluit è regione ſunt à Mardonio collocati,aduerſus Lacedçmonios Perſæ, qui numero antecedebant, eorum acies quæ multæ erant vſque ad Tegeatas opponebantur: ita vt quod robuſtiſſimum in exercitu erat,id omne contra Lacedæmonios:quod infirmius,id contra Tegeatas eſſet. Hæc faciebat Mardonius Thebanorū indicio atq; admonitu.Iuxta Perſas idem collocauit Medos,vt ex aduerſo eſſent Corinthijs & Potidæatis,& Orchomenijs,& Sicyonis. Poſt Medos collocauit Bactrios ex aduerſo Epidauriorum & Trœzeniorum & Lepræatarum ac Tyrinthiorum, Mycenęorumque,& Phliaſiorum.Secundum Bactrios collocauit Indos ex aduerſo Hermionenſium & Eretricorum Styreorumque & Chalcidenſium. Poſt Indos ſtatuit Sacas oppoſitos Ampraciatis,& Anactorijs, & Leucadijs,& Pallenenſibus & Æginetis.Poſt Sacas poſuit,ex aduerſo Athenienſium Platçenſiumque ac Megarenſiū, Bœotios,& Locros,& Meliēſes,& Theſſalos,& mille Phocenſiū.Non em Phocēſes omnes à partibus Medorū ſtabant, ſed eorum nōnulli cū Græcis ſentiebant apud Parnaſſum deprehenſi,& illinc vexabant vaſtabantque Mardonij copias pariter & Græcorum qui cū illo erant.Contra Athenienſes item poſuit Macedonas, Theſſaliçq; accolas. Hę nationes à Mardonio in aciem inſtructæ erāt maximè celebres, maximeq; inſignes, & præcipuè mētione dignæ, necnō cæterarū quoque gentiū viri memoratu digni cū aliarū,tū Phrygū,Myſorū, Thracum, Pæonū. Quinetiā Æthiopū & Ægyptiorū qui Hermotybies,& Calaſiries nominātur gladio cincti:qui ſoli ſunt ex Ægyptijs pugnaces,à Mardonio, cū adhuc eſſet in Phalero,è nauib» in quib. hi nauigātes erant,in terrā trāſlati. Nō em cū pedeſtribus copijs, quæ cū Xerxe Athenas ierāt, Ægyptij cenſi fuerant.Barbarorū,vt etiā ſuperius oſtenſum eſt trecenta millia fuêre. Græcorū verò Mardonij auxiliariorū nemo numerū, (neq; enim numerati fuerant) nouit.

Arcades. Orchomenij. Trœzenij. Lepræte. Phliaſij. Ampraciatæ. Leucadij.

Græcorū ad Platças exercitus ſumma.

Mardonis.

Per. ad Platçam copiarū ordo.

Hermotybies. Calaſiries.

nouit. Vt autem coniectura colligi licet, ad quinq; myriades fuisse cõiecto. Tot fuêre ex aduerso instructi pedites. Equitatus verò seorsum erat collocatꝰ: ita dispositi nationatim, manipulatimq;, vtriq; postero die sacrificauerũt. Apud Grecos haruspex erat Clytiades. Tisamenus Antiochi filius. Is eñ hunc exercitum vates comitabatur, Heleus quidé & ex genere Iamideorum Clytiades, sed à Lacedæmonijs ciuitate donatus. Nam consultanti vaticinium apud Delphos de prole, respondit Pythia quinq; ipsum maximas palmas è certaminibus reportaturũ. Oraculo non intellecto, Tisamenus gymnasijs operam dabat, tanquam gymnicas victorias adepturus. Cumq; se exerceret ad quinque certamina in vno dũ currit Olympia, venit in contentionẽ victoriæ cũ Hieronymo Andrio. Hieronymus Andrius. Lacedæmonij interpretantes non ad gymnica certamina spectare Tisameni oraculum, sed ad bellica, conabantur eum mercede conducere, vt vnà cum Heraclidis bellorum dux regibus foret. Hic animaduertẽs Spartiatas plurimi facere ipsius amicitiam, abnuebat: quod negaret se alio p̃cio id facturũ, quàm si Spartiatã se ciuem facerent, omnia iura ciuitatis impertiẽtes. Id Spartiatæ cũ audissent ab initio ferentes indignè, oraculũ missum omninò fecerũt. Tandẽ imminente hoc ingẽti Persici exercitus metu annuebant, impertireq; homini volebãt. Eos ille immutatos intelligẽs, negare iam se eo solo esse contentũ: sed oportere fratrẽ suũ Hegiam etiam fieri Hegias. Spartiatam, eadem conditione, qua & ipse fieret. Hoc dicẽs imitabatur, vt cõiectare licet, Melampodem regnum pariter & ciuitatem deposcens. Melãpũs cũ ab Argiuis mercede conduceretur è Pylo, ad compescendũ morbum furoris mulierum Argiuarũ, deposcebat ꝑ mercede dimidium regni. Recusantibus id Argiuis atq; digressis, cũ plures è mulieribus insanirent, ita obtemperãtes quod Melampũs poposcerat daturi, reuerterũt. Ibi ille cernẽs hos esse immutatos plura optauit, negãs se indulturum quæ vellẽt: nisi & fratri suo Bianti tertiam partẽ regni donassent. Argiui in actũ redacti, hoc quoq; annuerunt. Ita Spartiatæ Tisameno, quo maiorẽ in modũ egebant, prorsus assenserũt: & cõcessu istorũ Tisamenus Heleus, Spartiata effectus quinque maxima certamina ex oraculo illis obtinuit. Hi duo ex omnibus hominibus soli sunt à Spartiatis ciuitate donati. Quinq; aũt certamina hęc fuêre. Vnũ & id primũ, hoc, quod pugnatum est ad Platęas. Alterum, quod in Tegea cũ Tegeatis atque Argiuis. Tertiũ, quod in Dipęensibus cũ vniuersis Arcadibus, pręter Mantineos. Quartum, quod cũ Messenijs ad isthmũ. Vltimum, quod in Tanagra cum Athenienſibus & Argiuis. Hoc vltimum cõsummauit quinq; certamina. Tisamenus igitur Spartiatarum tunc ductor, vaticinatus est Græcis in agro Platęensi. Et apud Grecos quidem pulchrè litatum est, si se defenderẽt, non si Asopũ transgressi pugnam inciperẽt. Mardonio autem capessendę pugnę auido nõ extitêre pulchra exta, nisi & ipse sese defenderet. Nam is quoque Græcis sacrificijs vtebatur, haruspicem habens Hegesistratum Hegesistratus. virum Heleum, & Telliadeorum præstantissimum. Hunc ante ea tempora Spartiatæ cùm cepissent, in vincula coniecerant morte affecturi, vt à quo multa intolerãda perpessi fuissent. Hegesistratus Telliadæ. in calamitate positus, vt pro anima solicitus, & qui ante mortem multa ac tristia foret passurus, rem perpetrauit fide maiorem. Nam vt erat ligneis atq; ferratis soleis vinctus, ferramento quodam potitus, confestim excogitauit opus omnium (quæ nos nouimus) animosissimum. Commensus qua ratione reliquum pedis educeretur, præcidit sibi calcem. Hoc acto cùm ab excubitoribus obseruaretur, tamen subruto muro profugit Tegeam versus, noctu iter faciens, interdiu syluis se abdens atque immorans, vt trinoctio Tegeam peruenerit, Lacedæmonijs eũ passim perscrutantibus admirantibusque magnopere hominis audaciam: cuius dimidiatum pedem iacentem cernebant, ipsum non inuenire possent. Ita Hegesistratus Lacedæmonijs elapsus, in Tegeam, quæ per id tempus nõ erat pacata Lacedæmonijs, transfugit. Sanato vulnere & ligneo pede affecto, ex professo Lacedæmonijs hostis extitit. Sed non ad postremum ei protractum in Lacedæmonios odium profuit. Nam in Zacyntho cùm vaticinaretur, ab his captus atque interemptus est. Verùm

hic

hic Hegesistrati interitus posterior rebus Platæensibus fuit. Tunc autem is à Mardonio non exigua summa cõductus, cupidè sacrificabat, tũ in Lacedæmonios odio, tum lucri gratia. Cùm igitur exta non essent pulchra ad pugnam committendam, neq; ipsis Persis neque Græcis, qui cũ illis erãt (habebant eñ & Greci suum haruspicẽ quendam Leucadium Hippomachum) cumque diliberarentur multi Greci, suasit Mardonio Timogenides Herpyi filius Thebanus, vt exitus Citheronis custodiẽdos curaret, quòd diceret assiduè Græcos ad hostem quotidie transire, seq; cõplures deprehẽdisse. Iam dies octo abierãt positis è regione castris, cũ ille Mardonio hoc consiliũ dedit. Mardonius admoneri se probè intelligẽs, primis tenebris equitatũ mittit ad ingressus Cithæronis, qui Platęas ferũt: quæ Bœotij tria capita, Atheniẽses capita quercus appellant. Equites missi non frustrà peruenêre. Nacti eñ ingrediẽtia campũ quingẽta iumenta, quę commeatũ è Peloponeso ad exercitũ subuehebant, diripiunt: & eos qui iumẽta sequebantur immisericorditer trucidant, neq; iumentis neq; hominibus parcentes. In quibus occidendis posteaq̃ satis sunt grassati, cum cęteris quæ eripuerant, ad Mardonium sunt & ad exercitum reuersi. Post hanc rem gestam biduũ assumptum est, neutris pugnã lacessere volentibus. Nam etsi Asopo tenus Barbari processerant irritandi Græcos gratia, neutri tamẽ sibi transeundũ statuebãt. Equitatus modo Mardonij progrediebaẽ, & Græcos molestia afficiebat: quia Thebani in amorem Medorum vehementer propensi, ferebant alacriter bellũ, & assiduè prouchebantur vsque ad prælium. Deinde excipientes Persæ pariter ac Medi præcipuè præclara faci nora edebãt. His amplius ad decẽ vsq; dies nihil est actũ. Vbi vndecimus dies illuxit, cũ & Græci multò plures efficerentur ad Platæas castris è regione positis, & Mardonius stationem grauaretur, ibi venêre in colloquiũ Mardonius Gobryis, Artabazus Pharnacis filius vir apud Xerxem inter paucos Persarum virtutis expertę. Quorum consultãtũ hę fuêre sententię: Artabazi quidẽ expediens esse contractis quamprimũ copijs ire ad mœnia Thebana, quo multum rei frumentarię ipsis, multumque pabuli iumentis compararent: atque ibi considentes per ocium rem conficerent, videlicet cũ multum auri tum signati, tum non signati haberent, multum etiã argenti ac pocu lorum, ne parcerent illis, sed ea ad Græcos mitterent, eos p̃cipuè qui ciuitatibus præsiderent. Fore enim vt illi suam traderẽt libertatem, neq; oportere pugnãdi adire discrimẽ. Eadem Thebanorũ q̃ illius sententia erat, tanquã aliquid vltra hoc prospicientis. Mardonij aut sentẽtia ferocior pertinaciorq̃; & nullo modo cedens: quippe opinãtis meliorem suum esse, quàm Græcorum exercitum: satius primo quoque tempore confligere, quàm committere vt plures, quàm coacti erant Greci, cogerentur. Hegesistrati verò auspicia valere sinere, nec eis vim afferre: quinimo Persarum more seruato debere confligere. Mardonio ita opus facto esse censenti nemo contradicebat. Qui vbi sententia sua vicit, accitis cohortiũ præfectis & qui secum erãt ducibus Græcorum (penes eum nanque erat summa imperij, non penes Artabazum) percontabatur num quod oraculum scirent de Persis tanquam perituris in Græcia. Silentibus euocatis, partim quod ignorarent oracula, partim quod haud tutum putarent proferre quod scirent, inquit ipse Mardonius: Quoniam vos aut nihil nostis, aut promere non audetis ego rem proferam, tanquam bene cognitam habens: Est oraculũ Persis fatale esse, vt in Greciam profecti diripiant templum, quod Delphis est, vtque direpto templo omnes intereant. Quocirca cùm hoc sciamus, neque diripere conabimur, neque adibimus templum, ob hãc causam interitum deuitabimus. Quo nomine quicunque vestrûm bene Persis volunt, voluptatẽ capiant, tanquam Persis Græcos superaturis. Hæc locutus secundo loco signũ dedit vt omnia appararent, & corpora curarent, veluti sub lucis exortum prelio futuro. Oraculum, quod ad Persas aiebat spectare Mardonius, id ego scio non Persis redditum esse, sed Illyrijs & Encheleorum copijs. Quod autem de hoc prælio redditum est à Bacide, id verò hoc fuit:

Hegesistrati interitus.

Leucadius Hippomachus.

Timogenides.

Tria capita.

Capita quercus.

Artabazus Mardonij de ineũdo prælio sententię.

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis,

Oraculum Persis redditum.

Barbaricę

Barbaricæ Graijs acies clamore coibunt.
Hic multi occumbent defuncti munere vitæ,
Quando ſagittiferis aderit lux vltima Medis.

Thermodon. Tanagra. Gliſantes.

Hęc ego atq; alia his ſimilia è Muſæo noui ad Perſas ſpectauiſſe. Fluuius aũt Thermodon Tanagran & Gliſantem interfluit. In ſequenti nocte, quàm Mardonius de oraculis interrogauit, exhortatusq; ſuos eſt, excubitores diſpoſiti fuêre. Eius noctis cũ multum proceſſiſſet conticiniumq; in exercitu eſſet & tempus concubium, tũc Alexander Amyntæ filius, dux & idem rex Macedonum ad excubias Athenienſium adequitauit, petijtq; vt cum ducibus colloqueretur. Id audientes excubitores plerique remanſerunt: nonnulli ad duces concurrerunt: quibus aditis, inquiũt quendam equo aduectum eſſe è caſtris Medorum: qui nihil aliud proloqueretur, niſi nominatim appellans Athenienſium duces velle ſe in colloquium illorum venire. Duces hoc audito, confeſtim ad locum excubiarum ſecuti ſunt. Quos Alexander vbi venêre, his verbis allocutus eſt: Viri Athenienſes, hęc ego vobis verba depoſito trado, ne cui efferatis niſi Pauſaniæ: ne ob id me perditum eatis. Quod haudquaquã dicerẽ, niſi cũ vniuerſa Græcia ſolicitus eſſem: quippe qui vetuſta origine Græcus ſum, nec vellem videre Græciam pro libera ſeruientẽ. Itaq; vos certiores facio, Mardonium atq; exercitũ litare non poſſe, alioqui olim iam conflicturum. Is nunc ſacrificia valere ſinere cõſtituit: & vbi primùm illuxerit vobiſcũ confligere, extimeſcens admodũ (quantum ego conijcio) ne plures ad copias veſtras accedant. Ad hęc vos parati eſtote. Quod ſi differet Mardonius, nec cõmittet certamen, vos pſeuerate hic manere: paucos em̃ dies eis ſuppeditat cõmeatus. Sin hoc bellum vobis ex ſententia finietur, debebit aliquis veſtrũ reminiſci mei meæq; libertatis: qui Græcorum cauſa, rem adeò temerariam, libenter tamen feci, vt ad vos conſilium Mardonij deferrem: ne Barbari ex improuiſo vos adorirentur. Ego autem ſum Alexander Macedo. Hæc locutus Alexander, ad exercitum ſe recepit ad ſuamq; ſtationẽ. Duces Athenienſium ad cornu dextrũ pfecti, quę ab Alexandro audierant, Pauſaniæ retulêre. Hac ratione Pauſanias in metum Perſarum adductus: Quoniam, inquit, ſub auroram prœliũ fiet, expedit vos Athenienſes ſtare in acie aduerſus Perſas vobis cognitos, vt qui cũ Medis in Marathone pugnaſtis: nos verò qui eorum ſumus inexperti atq; ignari (nemo em̃ Spartiata Medorũ periculũ fecit) contra vobis oppoſitos Bœotios & Theſſalos: quorũ ſumus experti, horum Græcorum gratia. Itaq; opus eſt ſumptis armis vos in hoc dextrũ, nos in ſiniſtrum cornu tranſire. Ad hęc ita reſpondêre Athenienſes: Nobis quoq; olim iã inde ab initio poſteaquã aſpeximus Perſas aduerſus nos eſſe inſtructos, fuit in animo iſtud dicere, quod vos dicere occupaſtis: ſed verebamur ne non grata eſſet vobis oratio. Nunc quandoquidem ipſi feciſtis huius rei mentionem & nobis iucunda oratio eſt, parati ſumus iſtud exequi. Vbi hoc vtriſque cõplacitum eſt, & loca pmutauerũt, ſub auroram rem aduertentes Bœotij ad Mardoniũ detulerũt. Ea audita Mardonius extẽplo & ipſe conatus eſt Perſas cõtra Lacedæmonios trãsferre. Pauſanias hoc fieri intelligens, nec latêre factum ſuum, rurſus in dextrũ conu Spartiatas reducit. At vbi Mardonius & ipſe ſuos in ſiniſtrũ duxit: & acies priſtino in loco ſtetêre, miſſo caduceatore ad Spartiatas, Mardonius ita inquit: Lacedæmonij, vos verò fama fert omnium (qui iſtic ſunt) eſſe præſtantiſſimos: qui neque è bellò fugiatis, neque ordines deſeratis: pręſtantes aut interficiatis hoſtes, aut ipſi occumbatis. Horum nihil admodũ veri eſt. Quippe antequam manus conſerantur, vos cernimus fugientes, aciemq; deſerentes: & relegato Athenienſibus periculo, conſiſtentes ex aduerſo noſtrorum ſeruorum: quod neutiquam eſt factum præſtantium virorum. Ex quo plurimum de vobis nos fefellit opinio, quos expectabamus ex nominis gloria miſſuros veſtra ſponte caduceatorem nos puocatum, quòd cũ ſolis Perſis tanq; huic rei ſufficiẽtes pugnare velletis. At nihil tale inuenimus quale ferebaẽ: ſed potius eſſe vos metu perterritos. Nunc igitur quoniã ipſi nõ occupaſtis hoc dicere, occupamus. Vt quãdo quidẽ vos

Pauſaniæ exercitus ordo.

Mardonij in Lacedæ. obiurgatio.

inter

inter Græcos præstantissimi esse existimamini, & nos inter Barbaros, dimicemus totidem vtriq; numero. Etsi videatur vt cęteri quoq; itidē, & illi postmodū pugnent. Sin hoc non videatur, sed satis esse nos solos decernere, nos soli decernamus, & vtri è nobis vicerint, ij totum exercitū vicisse censeātur. Hęc fatus caduceator, cū aliquan diu expectassent, nemine quippiam respondēte, retrò abijt, & rem Mardonio retulit. Ille maiorem in modum lætatus & frigida victoria elatus, equitatū in Græcos immisit. Equites in Græcos inuecti, oēm illorū exercitū perturbabāt, iaculis sagittisq; incessentes. Qui cùm essent equites sagittarij, cominus pugnare insueti, fontem Gargaphium, vnde cunctus Græcorum aquabatur exercitus, confuderunt obstruxerūtque. Eum iuxta fontem soli Lacedæmonij stationem habebant: cæteri Græci vt quique stationes habebant, procul illinc aberāt. Erat quidem Asopus in propinquo: sed aquari ex eo ab equitibus missilibusq; prohibiti, ita ad fontē itabant. Hunc in modū aqua exercitus exutus cū esset, & ab equitatu perturbaretur, duces Græcorū tū his, tum alijs de causis frequentes ad Pausaniam in dextrum cornu veniunt. Qui etsi tales essent rerum status, tamē ob id præcipuè angebant, quòd iā re frumentaria deficiebantur, cùm ipsorum serui in Peloponnesum missi frumentatum intercluderētur ab equitatu, quò minus ad castra reuerterent. De hoc deliberantibus ducibus visum est, si Persæ eo die supersederent committere prælium, esse eundum in insulam, quæ ab Asopo & à fonte Gargaphio, vbi castra habebant, decem stadijs abest, ante oppidum Platæense sita in continente, hunc in modum: Fluuius supernè è Cythærone delabens in campum diuortia facit: rursusq; intercapedine trium fermè stadiorū sua fluenta commiscet. Huic insulæ nomen est Oeroe: quam Asopi filiā esse indigenæ aiūt. In hunc locum Græci transire decreuerant, vt & affatim aquæ vsum haberent, neque ab equitatu sicuti cùm ex aduerso erant, infestarentur. Et decreuerunt transire nocte secunda vigilia, ne ipsos proficiscentes conspicatis Persis, insequente equitatu, in tumultum venirent. Quin etiam cùm ad eum locum ventum esset, vbi Asopi filia Oeroe diuortio aquarum è Cithęrone cingitur, mitterent sub noctem dimidiū copiarū in Cithæronem ad recipienda seruitia, quæ frumentatum conceſserant. Erant enim illa in Cithærone intercluſa. Hęc vbi statuerunt, totum illum diem incessente equitatu immensum laborem pertulerunt. Sub exitum diei digressis equitibus ea noctis hora, qua de abeundo conuenerat, plerique sumptis vtensilibus abscesserūt, non habētes in animo quem ad locum vt irent, conuenerant. Nonnulli vt moueri cœptū est, iter Platæensem ad vrbem intendunt, cupidi equitatum effugere, in templūque Iunonis fugiendo perueniunt, quod situm est ante vrbem, à fonte Gargaphio viginti stadijs distās. Quò vbi peruenēre, positis pro templo armis, circa templum ipsum castra posuēre. Hos Pausanias cernens ab exercitu digressos, præcipit & ipse Lacedæmonijs, vt sumptis armis irēt quà cæteri præcederēt, ratus illos tendere ad locum constitutū. Ibi ad obtemperandum Pausaniæ cæteri præfecti parati cū essent, Amōpharetus Poliadę tribunus cohortis Pitanetorum negare se fugiturum peregrinos, neq; vltrò dedecoraturū esse Spartam: quinetiam mirari id quod fieri cerneret, quippe qui colloquio superiori interfuisset. Pausanias autem & Euryanax cū indignè ferentes non parēre sibi illum, tum indignius cohortem Pitanetam relictum iri tribuno repugnante, quod erat futurum si ipsi eos missos facerent, gratia exequendi ea, quæ cum alijs Græcis cō stituissent: hoc reputantes substiterunt cū Laconicis copijs, conabanturq; persuadere homini non id facto opus esse: & alij quidem hortabantur solum Amompharetū à Lacedæmonijs ac Tegeatis relinqui. Athenienses auten hoc sibi faciendū putarūt, vt vbi collocati erant, ibi persisterent, intelligentes Lacedæmoniorum ingenia aliud sentientium, aliud dicentium. Itaq; vbi exercitus moueri cœpit, equitē è suis misērūt speculatum nunquid Spartiatæ tentarent abire: & abire prorsus in animo haberent, scisciatumq; à Pausania quidnā facere oporteret. Præco vbi peruenit ad Lacedæmonios, cernit in loco instructos, eorumq; primores tendere ad rixas. Hortātibus enim

Equites sagittarij.

Gargaphius fons.

Oeroe insula.

Iunonis templum.

Amōpharetus Pitaneti.

Euryanax.

enim Amompharetũ Euryanacte & Pauſania, ne Lacedęmonios qui ſoli remanebãt, in periculum traheret: necdum perſuadentibus, donec ventũ eſt ad iurgia, interuenit pręco Athenienſis, Amompharetо inter altercandum ſumẽte ambabus manibus ſaxũ, & illud ante pedes Pauſaniæ ponente ac dicente, ſe illo calculo ſententiæ ſuæ calculum dare, non fugiendos eſſe peregrinos, appellãs Barbaros. Eum Pauſanias inſanum nec potentem mentis vocãs, ad præconem Athenienſium, quæ iuſſus erat percontantem reſpondit, ut illis referret præſentem rerum ſuarum ſtatum, obſectãs eos ad ſeſe venirent, & de diſceſſu eadem quę ipſi agerent. Præcone ad Athenienſes reuerſo, hos inter ſe altercãtes aurora deprehẽdit. Ad id tẽpus Pauſanias moratus, dato ſigno cęteros omnes Lacedęmonios Tegeatis ſequẽtibꝰ per edita abduxit, ratus Amõpharetum non deſerturum alios, prout & contigit. Horũ itinere rurſus inſtructa acie Athenienſes iêre: & quia Lacedæmonij prærupta occupauerant & Cithæronis radices, metu equitatus ipſi deorſũ ad cãpũ deflexêre. Amompharetus nõ credẽs ſuturũ ipſos relinquere Pauſaniam, circuire eos qui manebãt, ne deſereret ordinem. At vbi ij qui cũ Pauſania erant iam abibant, tunc ratus è diſciplina militari ſe deſeri, ſumptis armis cohortem ſuam lento gradu ducere ad agmen, quod decem circiter ſtadia progreſſum ad amnem Meloentem, in loco qui dicitur Argiopius, vbi ſitum eſt templũ Cereris Eleuſinæ, ſubſtiterat: opperiẽs Amõphareti cohortẽ, eo conſilio vt ſi Amompharetus cũ ſua cohorte non diſcederet loco, in quo inſtructa erat, ſed in eo perſiſteret, retro ad hominem ſuppetias iret. Itaq; & Amompharetus cũ ſuis ad cæteros peruenit, & omnis Barbarorum equitatus ingruebat, agens pro ſua conſuetudine. Nam cùm inſpexiſſet locum, vbi ſuperioribus diebus habuerãt Græci caſtra, vacuũ, admiſſis equis aſſiduè inſequi pergẽs, illos aſſecutꝰ vrgebat: Mardonius quoq; cognito hoſtiũ nocturno abitu, inſpectóque loco deſerto, accitis Thorace Lariſſæo & fratribus eius Eurypylo & Traſydio, inquit: Filij Aleuei, quidnam dicetis adhuc, cum hæc deſerta cernatis à Lacedæmonijs, quos negabatis vos finitimi exacie fugere, ſed viros ſummos eſſe in re bellica, qui & primi, vt omnes vidimꝰ, locũ in acie immutauerunt, & nunc proxima nocte ſe fuga proripuerũt? Proripuerunt autẽ, quia neceſſe eis erat cũ his prælio decernere, qui non falsò ſunt hominũ præſtantiſſimi: quo facto nullius eſſe ſe precij inter Græcos & ipſos nulliꝰ precij viros, oſtẽderũt. Cæterũ vobis Perſarum inexpertis, ſanè quàm ignoſcebã laudantibus iſtos vobis expertos. Artabazum autem uehementius admirabar formidare Lacedæmonios, & præ formidine ſentẽti am dicere ignauiſſimã, expedire ex his caſtris nos in vrbem Thebanorum concedere obſidendos. Quam ſententiã rex antea aliundè quàm ex me audiet. Sed de hoc aliâs dicetur. Nunc autem iſtis ita facientibus non eſt remittendũ, ſed inſtandũ, donec intercepti nobis dent pœnas eorum, quæ in Perſas perpetrarunt. Hæc locutus, Perſas Aſopo tranſmiſſo curſim ducit cõtra Græcorum agmen tanquam fugam capeſſentium, Lacedæmoniosq; ſolos ac Tegeatas animaduertebat. Nã Athenienſes tranſuerſis tramitibꝰ ſubter prærupta in planũ digreſſos non cernebat. Cæteri Barbarorũ agminum præfecti Perſas mouentes ad Græcos inſequendos conſpicati, ſublatis & ipſi ſignis cuncti inſequuntur, pro ſe quiſq; maturantes nulla diligẽtia, nullo ordine uiam ingreſſi. Et illi quidem vociferatione ac tumultu inſtabant Græcis, tanquã excepturi. Pauſanias autẽ, vbi equitatu premi cæpit, equitẽ ad Athenienſes mittit, qui hæc diceret: Viri Athenienſes, propoſita dimicatione maxima, vt aut libera Græcia ſit, aut ſeruituti obnoxia, proditi ſumus à ſocijs noctu elapſis, & nos Lacedęmonij & vos Athenienſes. Quod reliquũ eſt, ita nobis videtur eſſe faciendũ, vt quàm ſtrenuiſſimè poſſumus noſmetipſos defenſantes, mutuo ſimus auxilio. Si in vos priores impetum dediſſet equitatus, è noſtra dignitate erat & Tegeatarum qui nobiſcũ Græciã non prodiderunt, ſubſidio vobis venire. Nunc, quoniam totus in nos equitatus contẽdit, debetis vos ad partem maxime laborãtem ſuppetias ferre. Quod ſi vobis aliquo diſcrimine occupatis, fas nõ eſt ſubſidio venire, ſaltem hoc gratificamini nobis, vt ſagittarios

Peregrini.

Melois flu. Argiopius

Thorax Lariſſeus. Eurypylus Thraſydius.

Barbarorũ vociferatio.

Sagittarij Athenienſium.

rios mittatis, qui vos agnoſcimus longè omnium (qui in hoc bello ſunt) promptiſſimos eſſe ad nos exaudiendos. Hæc vbi audiêre Athenienſes, cũ mouerent ad ferendã ſtrenuè opem, & iam aduentarent, ibi in eos ij Græci qui partes regias ſequebantur, ex aduerſo inſtructi inuadũt. Quo factum eſt, vt Athenienſes ab ijs vrgentibus auxilium ferre non poſſent, ægrè admodum id ferentes. Ita deſtituti Lacedæmonij, numero cũ leui armatura quinquaginta millia, & Tegeatæ numero tria millia (hi enim nuſquam ab Lacedęmonijs dirimebantur) ſacrificauerunt tanquã conflicturi cũ Mardonio præſentibuſq; copijs: & cũ litare non potuiſſent, multi eorum interea cadebant, multò plures vulnerabantur. Confertis enim gerris Perſæ ingentem vim ſagittarum emiſerunt, adeò inſtanter, vt laborantibus Spartiatis, & quia litare non poterant, reſpiciens ad templum Iunonis Platęenſium Pauſanias, implorauit deam, obſecrauitq; ne ſpes ſua ipſos omninò fruſtaretur. Adhuc eo deam his verbis inuocãte, Tegeatæ prius exurgentes in Barbaros tendunt: ſtatimq; poſt Pauſaniæ preces ſacrificantibus Lacedæmonijs exta pulchra extitêre, qui aliquanto pòſt & ipſi in Perſas eunt. Perſæ omiſſis arcubus ex aduerſo ſtetêre. Ad quorũ gerra, primũ pugna atrox commiſſa eſt iuxta ipſum Cereris templũ, eaq; pertinax, donec ad propulſionẽ ventũ eſt. Siquidẽ Barbari pręhẽſantes lãceas cõfringebant, nec audacia nec robore inferiores: ſed inermes erant & imperiti, nec hoſtibus prudentia pares: qui etſi deni pluréſue aut pauciores in ſingulos irruebãt, tamẽ quia cõfuſi incidebant, à Spartiatis cõficiebantur. Mardonius qua parte ipſe ex equo albo ciebat pugnã, mille delectis Perſarum pręſtãtiſſimis ſtipatus, ea maximè parte hoſtem vrgebat, qui quandiu ſuperfuit, tãdiu Perſæ reſiſtentes ſeſeq; defenſantes, ſtrauêre multos Lacedæmoniorum. Poſtea verò quã Mardonius & agmen, quod circa illum robuſtiſſimũ erat, occubuit, tũ demum alij quoq; terga vertentes ceſsêre Lacedæmonijs. plurimũ enim eis officiebat veſtis, armis vacans. Inermes emẽ cũ armatis prælium faciebant. Ibi & vltio necis Leonidę de Mardonio peracta eſt, ſecundum oraculũ Spartiatis redditum: & victoria omniũ (quas vnq; nouimus) ſpecioſiſſima potitus eſt Pauſanias, Cleombroti filius, Anaxãdridę nepos. Horũ ſuperiorũ maiorũ noſa in Leonida recẽſui, q & Pauſanię maiores fuêre. Oppetijt aũtẽ Mardonius ſub Aimneſto, viro inter Spartiatas eximio: qui aliquãdiu poſt bellum Medicum trecentos viros ſecum habens, apud Stenyclerum cum omnibus Meſſenijs quibus cũ erat bellum, conflixit, vbi ipſe & trecenti occubuêre. Ad Platæas aũt Perſæ poſtquam à Lacedæmonijs in fugã verſi ſunt, nullo ordine ad caſtra ſua contendunt, & ad murum ligneum quem fecerãt in parte quadam agri Thebani. Tenet me admiratio cũ iuxta lucum Cereris dimicaretur, ne vnum quidẽ Perſarum viſum eſſe intraſſe fanum, neq; circa templũ occubuiſſe, ſed pleroſque in profano: opinor (ſi quid de rebus diuinis opinari oportet) deam ipſam eos nõ recepiſſe, quia templũ quod eſt in Eleuſine, Anactorium cõcremauerant. Hactenus pugna hęc geſta eſt. Artabazus Pharnacis filius, cui iam inde ab initio diſplicuerat Mardoniũ relinqui ab rege in Græcia, quiq; multis verbis pugnam diſſuadẽs nihil profecerat, hoc ſibi agẽdum putauit: Is quòd ſibi non placerent, quæ à Mardonio fiebãt, eos quibus pręerat (præerat aũt nõ paruis copijs) ad quadraginta millia hominũ ducebat inſtructos, dũ pręlium fiebat, quid futurum è pręlio eſſet probè intelligens, iuſſeratque oẽs ire confertos quacunq; ipſe duceret, & quà viderẽt ipſum feſtinantẽ. Sic iuſſas tanquã ad pugnam copias ducebat, cernit Perſas fugientes. Ita nõ ſeruato amplius eodẽ ducendi ordine, ſed repentè effuſo curſu fugæ ſe dedit, non ligneum murũ verſus, aut Thebana mœnia, ſed ad Phocenſes, animo celerrimè perueniẽdi ad Helleſpõtum. Et ij quidem horſum iter intenderunt. Cæteris autem Græcis qui ſtabant à regis partibus, ignauiter de induſtria agentibus, Bœotij tamen perdiu cum Athenienſibus decertauerunt. Nam ex Thebanis (qui cum Medis ſentiebant) hi non parũ ſtrenuos ſe præſtiterũt: qui nolentes vltro ignauiter agere ita dimicarunt, vt trecẽti primores eorũ ac fortiſſimus quiſq; illic ſub Atheniẽſibus occubuerint. Vbi & iſti terga dederũt nõ quò

Gerra perſica.
Iunonis templum.
Pauſaniæ victoria.
Mardonij cædes.
Aimneſtus Stenyclerus.
Anactorium. Artabazus.
Murus ligneus Perſarum.
Bœotij. Thebani.

Perſæ & alia multitudo,quæ aut cum nemine pugnauerat,aut non expectauerat,ſed Thebas verſus fugerunt. Omnem rem pependiſſe è Perſis, quanquam & ipſorũ quidam antè quàm cum hoſte congrederentur,fugæ ſe mandauerunt,apud me fidem facit,quòd ad Perſas intuebantur:atque ita cuncti illis victis fugam capeſſerunt,præter equitatum tum alium,tum Bœotiorum:qui hactenus profuit fugientibus,vt aſſiduè adhærẽs hoſti,arceret eũ ab amicis quos Græci inſequebantur. Inſequebantur enim Græci victores,vrgendo Xerxianos atq; interficiendo. Inter hunc tumultum nunciatur Græcis,qui circa templum Iunonis inſtructi à prælio aberant,geri prælium & Pauſanianos vincere. Ea re audita,Corinthij,Megarẽſes,& Phliaſij nullo ordine eũt. Corinthij rectà per colles,quà itur ad Cereris templum:alij per campũ, quæ planiſſima viarum eſt. Quos iã hoſti propinquos nullo ordine irruere conſpicati Thebani equites,quorum præfectus erat Aſopodorus Timandri,equos in illos incitauerunt, eosq; adorti ſexcentos ſtrauerunt. Cæteros ad Cithęronem vſque perſecuti,terga ce ciderũt. Et iſti quidem Megarenſes atq; Phliaſij nulla cum laude perierunt. At Perſæ cæteraq; multitudo poſtquam ad ligneum murum effugerunt,turres antequam Lacedęmonij aduenirent,aſcendere occupant. Illis cõſcenſis,quàm commodiſſimè poſſunt murum præſtruunt. Ex quo ſubeuntibus mox Lacedæmonijs,acrior extitit muri oppugnatio. Nã quoad Athenienſes abfuêre,nõ modò ſeſe Barbari defenſabãt,ſed etiam Lacedæmonijs antecellebant,vtpote ignaris murorum oppugnandorũ. Vt verò Atheniẽſes ſuperuenêre, tum atrox muri oppugnatio propugnatioq; extitit:eaq; permagno temporis ſpatio, tandem virtute & pertinacia Atheniẽſes murum tranſcẽderunt,ſubrueruntq;,atque ea parte ſe Græci infuderunt,quorum Tegeatæ introiêre principes:ijdem tentorium Mardonij diripuerunt,et ex eo cùm alia,tũ verò equorum præſepe Mardonij ex ęre totum ſpectatu dignum,quod præſepe Mardonii Tegeatæ in templo Aleæ Mineruæ repoſuerunt. Nam cętera quæ cepêre,in vnum cum cæterorum Grecorum præda contulerunt. Proruto muro, Barbari non amplius cateruam cogere, nemo ſtrenuitatis memor eſſe, videlicet oppreſſi intra exiguum tẽpus, & tot hoĩm millibus interceptis exterriti. Quos tanto ſtudio Græci trucidabãt,vt ex trecentis millib⁹,exceptis quadraginta millibus cũ quib⁹ Artabazus aufugit, ne tria quidem millia hoĩm cædi ſuperfuerint. E Lacedæmoijs qui Spartani eſſent, vnus & triginta ſunt omnino deſiderati. Tegeatarum ſedecim,Atheniẽſium duo & quinquaginta. Inter Barbaros ſtrenuiſſimi extiterũt, è peditibus quidem Perſæ, ex equitibus Sacæ,è viris verò Mardonius. Inter Græcos cũ Tegeatæ Athenienſesq; multum emi nuerunt,tũ multò plus Lacedæmonij. Quod nulla alia re poſſum oſtẽdere,niſi quod omnes ij,eos qui ſibi oblati ſunt vicerũt. Lacedęmonij verò (quod rębuſtiſſimũ fuit) hoſtileis exercitus ſuperauerũt. Quorum longè præſtantiſſimus extitit mea ſententia Ariſtodemus,is qui ſolus trecentorum ex Thermopilis quod euaſiſſet dedecus,ignominiamq; acceperat. Secundum hunc nauauêre operã Poſidonius, & Philocyon, & Amompharetus Spartiata. Quanquam cũ ſermo haberetur,quiſnam præſtantiſſimus extiſſet,ii Spartiatę qui adfuêre,cenſuerunt Ariſtodemum,etſi præclara facinora edidit,tamen ad eluendam eam quam contraxerat inuidiam,ordinem deſeruiſſe,& propalam mori voluiſſe:Poſidonium verò qui perire noluiſſet,ob id extitiſſe tanto præſtabiliorem virum. Verùm id fortaſſè liuore dixerunt. Qui hac in pugna mortem oppetiêre,omnes honore affecti ſunt,præter Ariſtodemũ:qui ideo caruit honore,quod ob cauſam p̃dictã ſibi occũbendũ putauit. Hi ſunt p ſunt qui ad Platæas nobiliſſimi extitêre. Nam Callicrates extra pręliũ occubuit:quo nemo tunc in caſtra Grecorum præſtantior venerat, non modò Lacedæmoniorum, ſed etiam aliorum Græcorum. Hic,cùm Pauſanias ſacrificaſſet,ſedens in ordine,ſagitta per latera ictus eſt:& cũ aliis pugnantibus ipſe exportaretur, ſeſe morientem miſerabatur, ad Aimneſtum virum Platæẽſem inquiens,non ſibi dolere quod pro Græcia periret, ſed quod nihil manu vſus eſſet,nullamq; operam nauaſſet dignã ſe & ſua cupiditate nauandi. Ex Athenien-

ſibus

Corinthij. Megarenſ. Phliaſij.

Muri Perſarum expugnatio.

Præſepe Mardonij. Alea Min.

In tradẽda hac Barbarorũ cęde, diſſentiũt nõnulli auctores.

Ariſtodemus.

Poſidoni⁹.

Amõpharetus.

Callicrates.

Aimneſt⁹.

sibus eminuisse fertur Sophanes Eutychidis filius, è tribu Decelēsi. Decelenses autē rē aliquando gesserūt, vt ipsi Athenienses aiunt, in omne æuū fructuosam. Siquidē cùm olim ad inuestigandam Helenam Tyndaridę cum magnis copijs oram Atticam inuasissent, & populos è sedibus suis eijcerent, ignari quonam loci subducta Helena esset, tunc Decelenses feruntur, & vt quidam volunt, ipse Decceleus tum dolore contumeliæ quæ Theseo fieret, tum metu totius Atheniēsium soli, ne vastaretur, exposuisse illis omnem rem gestā: eosq; deduxisse ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex facto Decelensibus permansit ad hanc vsq; memoriam in Sparta immunitas vectigalium, & dignitas præsidendi: adeò quidem, vt bello quod multis postea annis inter Athenienses atq; Pelopōnenses gestum est, Lacedæmonij cùm cæteram Atticā popularentur, à Decela temperauerint. Ex hoc populo ortus Sophanes, & præclarissimè inter Athenienses nauata opera, ancipiti sermone celebrat. Vno fertur gestasse ferream ancoram è balteo thoracis catena alligatam: quam quoties aduentantibus hostibus propinquus erat, obijciebat: ne illi irruentes ipsum ex ordine summouere possent. Rursus eisdem in fugam reuertētibus, resumpta ancora ita fugientes insequebatur. Altero sermone à superiori differente fertur gestasse ancorā non ferream ex balteo alligatam, sed insignitam in scuto, quod nunquam acquiescens assiduè rotabatur. Extat & alterum Sophanis præclarum facinus, quod obsidētibus Aeginam Atheniēsibus, Eurybiadem virum Argiuum quinq; certaminum victorem ex prouocatione interemit. Sed aliquanto pòst hoc bellum, in quo vir egregius extitit, dum Atheniēsium vnà cum Leagro Glauconis dux esset, & de metallis aureis decertaret, contigit vt sub Hedonibus apud Daton occumbuerit. Post Barbarorum stragem ad Platęas editam, transfugit illuc ad Græcos mulier quædam, quæ erat pallaca Pharandatis filij Theaspis Persæ. Hæc cùm accepisset Persas fusos esse, Græcos victores, tum multo auro ornata inter ancillas & ipsas ornatas cum veste speciosissima carpēto aduenit: ex eoq; descendēs, pergit ad Lacedæmonios adhuc in cæde occupatos: & intuita Pausaniam illa omnia administrantem, agnouit hominem: cuius & nomen iampridem & patriam didicerat. Eius genua amplectens, Spartę rex, inquit, libera me supplicem captiuitatis seruitute, quā etiam hoc facto demeritus es, quòd istos extinxisti, neq; dæmonum neque deorum respectum habētes. Equidem genere sum Coa. Hagetoridę Antagoræ filia: vi raptā ex Co Persa quidā habuit. Huic respondēs Pausanias: Bono, inquit, animo esto, tum quia supplex, tū quia multa loqueris vera. Nam filia es Hagetoridę Coï, mihi inter omnes (qui illa circa loca incolunt) hospitis summi. Hęc locutus, eam in præsentiarum Ephoris qui aderant, commendauit. Postmodum in Aeginā, quò illa voluit, ducendam curauit. Post huius mulieris digressum continuò Mantinei superuenerūt re iā confecta, qui se animaduertentes venisse serò ad pugnā, magnę iacturæ loco id sibi esse putauerūt, sed idoneos se esse ad sumendas de se pœnas dixēre. Itaq; cognito Medos qui cum Artabazo erāt, fugæ se mandasse, eos in Thessaliam vsq; persecuti sunt, etsi vetantibus Lacedęmonijs insequi fugiētes. Illidem postea domum reuersi, duces suos exilio mulctauerunt. Post Mantineos aduenēre Helei, qui itidem vt Mantinei magno id sibi detrimento existimātes, domū regressi sunt, suosq; & ipsi duces exilio mulctauerunt. Hactenus de Mātineis & Heleis. Erat ad Platæas in exercitu Aeginetarū è primoribus Lāpon Pythei filius: q; Pausaniam adiēs, infandissima vsus est oratione, inquiēs: Fili Cleombroti, rem tu mirifi cā & magnitudine & fulgore gessisti, cui dij tribuerunt, vt liberata Græcia omnes quos nouimus, Græcos gloria supergredereris. Quod superest in hac re agas ita, vt & tu maiore fama celebreris, & aliquis Barbarorū posthac caueat nefanda facinora perpetrare in Græcos. Etem Leonidæ apud Thermopylas interempti reciso capite, Mardonius ac Xerxes truncum in crucem sustulerunt. Quibus si vicem reddes, laudē nāciscēris primum ab omnibus Spartiatis, secundo loco ab vniuersis Græcis. Siquidē suffixo Mardonio, Leonidam patruū tuum fueris vltus. Hæc Lampō gratiam se initurum

Sophanes. Decceleus. Aphidnæ. Titacus. Decelensium immunitas. Ancora Sophanis. Eurybiades. Leagrus. Metallorū aureorum certamen. Pallaca. Pharandates. Mantinei. Helei. Lampōnis consiliū.

Pausaniæ responsum ad Lamponem.

turum ratus apud Pausaniã dicebat. Cui respondẽs Pausanias: Tuam, inquit, hospes Aegineta beneuolentiam atq; prouidẽtiã amplector, tamẽ ab æquitate iudicandi de erras. Nam & me & patriam quos in altum extulisti, ob hæc gesta ad nihilũ redigis, cùm suades mihi sequire in mortuũ, aisq; me auditurũ melius, si istud fecero, quod Barbaros decet potiꝰ facere quã Græcos, quodq; in illis & exprobramꝰ. Quare ego neq; Aeginetis, neq; ijs quibꝰ ista probãtur assentior: cõtẽtusq; sum Spartis placere vt pie agam, pieque dicam. Leonidæ verò, cui me iubes parentare, affirmo & ipsi & cæteris qui apud Thermopylas occubuerunt, magnificè esse parentatũ innumerabilibus horum funeribus. Tu verò posthac ad istud consulẽdũ ne me adieris, quod tibi impune esse, loco beneficij ponas. Hoc cũ ille audisset, abijt. Pausanias edicto ꝓposito, ne qs de præda quid tangeret, iussit seruos oẽm cõportare pecuniã. Illi ꝓ castra dispersi inueniũt tẽtoria auro & argẽto referta, lectosq; auro & argẽto cõstratos: crateras etiã aureos, phialasq;, & alia vasa potoria, necnõ saccos sup plaustra interlucẽtibꝰ intꝰ inclusis ex auro & argẽto lebetibꝰ. Quinetiã è cęsorũ cadaueribus exuebãt armillas, & torques & acinaces aureos. Nã varij gñis vestimẽta nullius momẽti habebãtur. Earũ rerũ multũ furto subtrahẽtes serui Aeginetis venũdabãt, multũ quod occultare non poterãt, repræsentabãt. Vnde principiũ extitit ingẽtiũ diuitiarũ Aeginetis, vtpote aurũ à seruis pro ære mercantibus: ac collata pecunia decimã selegerunt, ex qua tũ deo qui Delphis est, tripes aureus ibi repositus est, insistẽs super tricipiti ex ære colubro, proxime arã, tũ deo qui est in Olympia Iupiter æreus decẽ cubitorũ, tum deo qui est apud isthmũ Neptunus æreus septem cubitorũ. Hac parte selecta, cæteras inter se distribuerunt, pro suo quisq; merito accipientes. Itemq; pallaeas Persarũ, & aurũ, & argentum, & reliquã pecuniã cum iumentis. Quæ autẽ peculiariter data sunt, qui optimã operã nauauerũt ad Platæas, refertur à nemine, data tamen fuisse arbitror. Certè Pausaniæ sunt ex omnibus dena & ea delecta dono data, ex mulieribꝰ, equis, talẽtis, camelis, & item ex cęteris rebus. Ferũtur autem hęc quoq; acta esse, & Xerxem dum è Græcia fugit, omnẽ apparatũ suum ex auro argentoq; & peripetasmatis Mardonio reliquisse, & Pausaniam dum eũ apparatum vidit, iussisse pistores & coquos cœnã sibi quasi Mardonio instruere. Quod cùm illi fecissent, tũ Pausanias lectos intuentem aureos, argenteosq; probè instratos: mẽsas etiã aureas ac argẽteas, magnificumq; cœnæ apparatũ, propositis bonis stupefactum, imperasse per iocum suis ministris vt Laconicam instruerent cœnam. Id cùm illi fecissent, & multum interesset, ibi eundẽ cachinnantẽ accersisse Græcorũ duces, eisq; vbi conuenerunt inter ostendendũ vtriusq; cœnæ apparatũ dixisse: Viri Græci, hac ego vos de causa cõuocaui, quòd volebam vobis amentiam Medorũ ducis ostendere: qui cum talẽ vitã duceret, ad nos subigendos venit, qui tã miserè victitamus. Hæc Pausanias apud Græcorũ duces dixisse fertur. Interiecto deinde tempore complures Plataeẽsium reperierunt loculos auri, argentiq;, & aliarum pecuniarũ. Hoc quoq; rei apparuit postmodũ in his mortuis carne nudatis, vt cũ eorũ ossa comportarent vnum in locũ Platæenses, inuentũ sit caput nullã suturã habẽs, sed ex vno osse solidũ. Item maxilla cum eo quod super maxillam est, habens dentes etsi distinctos, tamen ex vno osse vniuersos tam molares quàm cæteros. Quinetiã ossa viri quinq; cubitorũ. Postero die cum Mardonij cadauer non exaret, incertũ à quibus hominibus subtractum. Audiui tamẽ iam diuersos illum sepelisse: & ob id permultos scio ingẽtia dona ab Artonte Mardonij filio accepisse. Quis curã susceperit cadaueris Mardonij humandi, pro cõperto nõ potui audire: habet tamen huius rei nõnihil famæ Dionysiophanes vir Ephesius. Mardonius quidem hoc modo tumulatus est. Græci verò posteaquã prędã dispertierũt, cęsos separatim quisq; suos tumularunt. Lacedæmonij tribus sepulcris effectis, in eorũ vno, sacerdotes, è quibꝰ fuere Posidonꝰ & Amõpharetꝰ & Philocyõ & Callicrates: in altero reliquos Spartiatas, in tertio seruos humauerũt: Hũc in modũ Lacedæmonij sepulti sunt. Tegeatæ vero & Athenienses suos vtriq; promiscuè condiderunt: necnon Megarenses

Præda Græcorũ è Persarũ clade.

Tripes aureus.

Pausaniæ præda.

Persarum luxus.

Lacedęmoniorũ frugalitas.

Caput sine futura.

Dẽtes vno ex osse.

Ossa quinque cubitorum.

Dionysiophanes.

Posidonius.

Philocyõ.

Callicrates.

atq;

atq; Phliasii suos ab equitatu interemptos. Horum omnium sepulcra facta sunt plena. Nam aliorum sepulcra quæ ad Platæas ostendũtur, ea sunt (quantum ego accipio) ab ijs excitata, qui erubescebãt se à pugna abfuisse, cũ sero superuenissent. Quippe tumulus illic visitur, qui dicitur Æginetarum: quẽ ego audio decẽ post hanc pugnam annos rogatu Æginetarum ab Cleade Autodici viro Platęensi illorũ hospite, excitatum fuisse. Græcis statim à cęsorum humatione in agro Platęẽsi inito consilio visum est bellum Thebis inferendum, petendumq; eos qui cum Medis sensissent: & in primis Timegenidem & Attaginum, qui principes factionis extitissent: & ni eos dedidissent, non prius ab vrbe discedendum, quã eã euertissent. Hoc vbi decreuêre, vndecimo à pugna die mouentes obsedêre Thebanos, iussos dedere quos dicimus viros. Abnuentibus dedere Thebanis, agrũ eorũ populabant, murumq; adoriebant. Quibus ab agro vastãdo nõ discedentibus, vicesimo die Timegenides ad populares ita inquit: Viri Thebani, quandoquidem Græcis ita constitutum est, nõ prius abscedere ab oppugnatione Thebarum, quã aut eas expugnauerint, aut nos dedideritis, absit vt nostra causa Thebanus aher amplius vexetur. Sed siue per causam deposcendi nos, pecunias cupiunt, pecunias eis de publico demus. Nã & publicè cũ Medis sensimus: nõ aut tẽ nos soli. Siue re vera deposcentes nos vrbem obsidẽt, nosipsi in disceptationẽ exhibemus. Eum Thebani sanè probè & oportunè locutum arbitrantes, euestigiò caduceatorem ad Pausaniam misêre, velle se viros dedere. Ea re inter eos conuẽta, Artaginus ex vrbe profugit, cuius liberos ad se Pausanias adductos culpa absoluit, negãs pueros factionis Medicæ esse principes. Cæteri quos Thebani dedidêre, ipsi quidem putabant se crimen refutaturos, ac pecunia elapsuros. Pausanias aũt hoc ipsum suspicans, fortè vbi illos accepit, dimissis omnium sociorũ copijs, Corinthũ deductos supplicio affecit: Hæc hactenus, quæ ad Platæas & ad Thebas gesta sunt. Artabazũ Pharnacis filiũ, vt è Platęis fugiẽs porrò se prripuerat, Thessali, cũ ad ipsos venit, hospitio inuitatũ interrogabant de reliquo exercitu, ignari prorsus rei ad Platæas gestæ. Ille intelligens si oẽm veritatem pugnæ referret, aditurum se vitæ discrimen cũ suo exercitu (fore enim, vt oẽs cognita re ipsum adorirentur, ideòq; ne apud Phocẽses quidẽ retulerat quippiam) ad Thessalos ita locutus est: Equidẽ viri Thessali maturo (vt certitis) quàm celerrimè peruenire in Thraciã, missus cũ hac exercitus parte ad quoddã negotium transigendum. Mardonius ipse cum suo exercitu aderit, nostris vestigijs insistens, cui hospitium & officium præstate. Hæc enim vos in tempus præstitisse non pœnitebit. Hæc fatus, copias festinabundus per Thessaliam Macedoniamq; agebat, rectà Thraciam versus, tanquam verè properans ac regionem mediterraneam præcidẽs, peruenit Byzantium, permultis sociorũ in itinere relictis, qui à Thracibus obtrũcati sunt, quòd fame atq; labore erãt enecti. Ex Byzantio nauigijs transmisit in Asiã. Hunc in modum redijt. Quo autem die ad Platæas pugnatum est à Persis, ea die contigit hoc apud Mycalem Ioniæ geri. Cùm apud Delon Græci considerent, ij qui vnà cum Leutychida Lacedæmonio nauibus venerant, eò appulsi sunt è Samo legati, Lãpon Thrasyclei, & Athenagoras Archestratidæ, & Hegesistratus Aristagore filius, missi à Samijs clam Persis ac tyrãno Theomnestore Androdamantis filio, quẽ Persę tyrannum Sami constituerant. Hi cũ adierunt duces, verba fecit Hegesistratus multa & varia: Fore enim, vt si tantummodo hos viderent Iones, à Persis deficerent, nec Barbari expectarent: etiam vt expectarent, tamen non aliam prædam talem isti reperirent. Præterea deos inuocans obsecrabat, vt Græcos Græci liberarent, vlciscerenturque Barbarum: facilia dicebat factu esse, quia naues illorũ segnes essent ad cursum, nec pares Græcis ad prælium. Si quid verò apud hos suspicionis subesset, ne dolo deducerentur, dicere paratos esse se, vt in horũ nauibus pro obsidibus agerentur. In his obsecrandis cùm multus esset hospes Samius, sciscitabatur eum Leutychides, siue hominis gratia, volens audire nomen, siue casu, id deo agente: Samie hospes, quid est tibi nomen? Ille respondet, Hegesistrato. Leutychides interpellata reliqua

Græcorũ sepulcra.
Cleades.
Timegenides.
Attaginus
Artabazi fuga.
Mycala.
Lampon.
Thrasyclei.
Athenagoras.
Hegesistratus.
Theomnestor.
Leutychides.

eius oratione,ſi quam inſtituerat: Accipio,inquit,pro augurio Hegeſiſtratũ. Hoſpes Samie, effice tu nobis, vt & tu & tui iſti comites nobiſcũ nauigetis data fide, Samios promptos eſſe ad ineundam nobiſcum ſocietatem. Hęc locutus,& rem pariter exequi aggreſſus eſt. Nam cũ Samij extẽplo fidẽ,interpoſito etiam iureiurando, dediſſent,de ſua ſocietate cum Græcis,Leutychides dimiſſis domum cęteris legatis, iuſſit eum cuius nomen pro augurio acceperat,ſecum nauigare. Greci eum illic diẽ cõmo rati,poſtridie pulchrè litauêre,haruſpice Deiphono Eueniį filio Apolloniata,ex Apollonia, quę eſt in ſinu Ionico. Huius patri Euenio res huiuſmodi contigit: Sunt in hac Apollonia ſacrę Solis oues,q̃ interdiu ſecundũ flumẽ paſcũtur, quod è monte Lacmone per Apolloniadẽ agrũ fluit in mare iuxta Oricum portũ. Eas noctu ſtabulantes in antro,nõ procul ab vrbe,cuſtodiũt delecti viri,diuitijs & genere inter populares ſuos ſplendidiſſimi,ſingulis annis ſinguli, quod ex oraculo quodam Apollonia tę eas oues ꝑmagni faciãt. Ibi Euenius hic,cũ aliquãdo delectus ad cuſtodiẽdas oues non excubaret vigilans,ſed obdormiſſet,ingreſſi antrum lupi,circiter ſexaginta oues trucidarũt. Id vbi iſte animaduertit,rem ſuppreſſit, neminiq̃; aperuit, habens in aĩo totidẽ merçari,quas ſubſtitueret. At Apolloniatæ vbi acceperũt (neq; eñ eos quod geſtum erat latuit) adductum in iudicium Eueniũ condẽnauerunt, vt quia vigiliam edormiſſet,viſu priuaretur. Quem poſteaquam excæcauerũt,mox eis neq; pecora fœtificare, neq; humus pro conſuetudine fructum ferre. Erant autem illis pecora & in Dodona & in Delphis. Interrogati prophetæ cauſam mali preſentis, reſponderunt cauſam eſſe, quia cuſtodem ſacrarum ouium Eueniũ iniquè luminibus orbaſſent (ſe enim immiſiſſe lupos) nec prius ab illius vltione ceſſaturos, quàm ei ſatisfeciſſent ex ijs,quæ in eum perpetraſſent,vt ipſe ſibi ſuo arbitrio ſatisfactũ putaret. His perfectis, daturos ſe Euenio tale donum,quod habentem pleriq; hominum putarent beatum: Hæc Apolloniatis ſunt reddita oracula. Quæ Apolloniatæ ſilentio ſupprimentes, quibuſdam è ciuibus exequenda delegauerunt. Iſti hunc in modũ putarunt exequẽda: Euenium in ſtatione ſedentẽ adeunt,eiq̃; aſſidentes alijs de rebus verba faciũt,do nec deueniunt ad miſerãdam hominis calamitatem. Ita introducta eius rei mẽtione, percontantur quam mulctam optaret, ſi eam vellent pendere Apolloniatæ. Hic qui oraculum non audiſſet, ſe optare dixit duo prædia ciuiũ, quos nominabat, quorum patrimonia omnium Apolloniatarum putabat eſſe pulcherrima, & præterea domicilium,quod in vrbe ſciebat eſſe optimum. Horũ ſi cõpos effectus eſſet, non infenſum ſe poſthac fore dicebat,ſed hac ſatisfactione contentũ. Hoc cũ reſpondiſſet Euenius, tum ij qui ei aſſidebant excipientes: Eueni,inquiunt, hanc tibi ſatisfactionem Apolloniatæ pro ereptis oculis tibi rependunt, ex oraculo eis reddito. Euenius, vbi oẽm rem audiuit,indigno animo tulit ſeſe fuiſſe deceptũ. Ciues ea prędia à dominis mercati, huic, qui illa optaſſet,dedêre, qui mox deinde inſitam diuinationem obtinuit, vnde celebratiſſimus euaſit. Huius Eueniį filius fuit Deiphonus, qui ductus à Corinthijs exercitui vaticinabatur. Quanquam illud quoq; audiui, Deiphono negotiũ in Græcia fuiſſe exhibitum: quòd ſe filium Eueniį, cuius non eſſet, nuncuparet. Poſtq̃ litauêre Græci,claſſem è Delo Samum verſus ſoluerunt: quã cũ Samũ applicuiſſent, ad templum Iunonis eam locauêre,ſeſe ad prælium nauale apparantes. Eorũ curſum ad ſe eſſe Perſæ audientes,& ipſi cæteras naues ad cõtinentem reducũt,præter Phœniſſas,quas abire permiſerant. Non enim cenſebant pugnam naualem ſibi eſſe capeſſendam, cũ pares hoſti non eſſe ſibi viderentur. Incontinentem aũt ideo nauigabãt, vt eſſent ſub ſuo peditatu,qui apud Mycalem agebat,præcepto Xerxis ab alijs copijs relictus ad Ioniam tutandam,numero ſexaginta millia,duce Tigrane,oĩm Perſarum & ſpecie & ſtatura eminentiſſimo. Ad hunc exercitum conſtituerant refugere duces Perſicę claſſis, ſubductisq̃; nauibus, munimẽta valli circũdare, in illarũ ſuumq̃; preſidium. Hoc inito conſilio,profecti ſunt ad Potnienſiũ templũ Mycales, præterueĉti ad Gęſonẽ & Scolopoëntẽ, vbi Cereris Eleuſine cernit templũ, quod Philiſtus Paſi

Solis oues.

Euenius.

Euenius excęcatur.

Euenius vates.

Deiphon' vates.

Tigranes.

Gęſon.

Scolopis.

Philiſtus.

clis

clis filius condidit, ſectãs Neleũ Codri filium in colonia Mileti locãda. Ibi ſubductas naues munimento circundederũt: & è ſaxis ſtipitibuſq; felicium arborum, quas ipſi exciderunt: & circũ munitiones depactis ſudibus ſe inſtruxerunt, tãquam & obſidendi & victoria potituri. In vtrũq; eñ caſum ratione inita ſeſe apparabãt. Hos abijſſe in continentẽ poſtquã accepêre Græci, tanquã eos Barbari effugiſſent, ægrè ferebãt, incerti quid agerent, retróne ſe reciperent, an tenderẽt in Helleſpontum. Tandem neutrum horũ viſum eſt eſſe faciendũ, ſed porrò eundum in continentem. Præparatis igitur ad pugnam naualẽ tabulatis, alijſq;, quibuſcunq; opus erat, ad Mycalẽ nauigant: & cúm proximè caſtra hoſtiũ venêre, neminẽ ex aduerſo obuiam ferri vident, ſed naues intra muruin ſubductas, & magnam vim peditatus pro littore diſpoſitam. Ibi primũ Leutychides nauẽ littori applicãs, quã maxim è appropinquare poterat, Ionesꝑ Neleus Codri. Leutychidis ſtratagema.

pręconẽ cõpellabat inquiẽs: Viri Iones, quicũq; è vobis me exauditis, intelligite quę dico. Nihil enim horũ quæ vobis mando, intelligunt Perſæ: vbi pugnam conſeruerimus, debetis ante oĩa reminiſci libertatis. Deinde teſſeræ Hebes. Hoc qui è vobis nõ audijt, ab eo qui audijt diſcat. Huius facti eadẽ mẽs fuit quæ Themiſtoclis ad Artemiſium: quod videlicet hęc verba ſi laterẽt Barbaros, inductura ad obſequẽdũ Ionas eſſent: ſin delata ad Barbaros, redderent eis Græcos ſuſpectos. His per Leutychidem admonitis, ſecundo loco Græci naues littori admouent, & ex illis in littus egreſſi, ſeſe ad pugnandũ inſtruebãt. Quod facientes cùm cernerent Perſæ, & ſcirent Samios fuiſſe adhortatos, arma Samijs adimunt, ſuſpicati illos ſentire cum Græcis. Quippe Samij exceptos circa Atticã Athenienſes à Xerxe, & illuc claſſe Barbarorũ deuectos, redemerãt oẽs, Athenasq; cũ viatico remiſerãt. Quõ noĩe nõ in minimã ſuſpicionẽ venerant, quòd quingenta hoĩm capita hoſtiũ Xerxis liberaſſent. Præterea Mileſijs, tanq̃ maximè locorum gnaris, Perſæ imperant, vt cõpita q̃ ad cacumina Mycales ferunt cuſtodiant: eo cõſilio facientes id, vt Mileſij ab exercitu abeſſent. Hunc in modum ab ijs Ionibus, qui aliquid rerũ nouarum molituri vidẽbant, ſi facultatem nacti eſſent, Perſæ ſibi ꝓcauerunt. Iidem facta ex gerris teſtudine, ſeſe cõſtipauerãt. Græci vbi inſtructi fuêre, ire in Barbaros tendunt: q̃bus euntibus, aduolauit in vniuerſum exercitum rumor, caduceumq̃; ſupra fluctus poſitum apparuit. Rumor autem huiuſmodi ad eoſ ferebaẽ: Græcos acie in Bœotijs ſuperaſſe Mardonij copias. Multis aũt ſignis res q̃ diuinitùs fiunt, declaranẽ: etſi tunc eodem die cõtigit vtraq; clades, ea q̃ ad Platæas accepta, & quæ ad Mycalem accipienda erat. Fama quæ huc ad Græcos venit, reddidit eos multò ferociores, & ad ſubeundum vltro periculum alacriores. Alterum etiã quiddã cõcurrere cõtigit, vt ad vtranq; pugnã eſſent Cereris Eleuſinæ tẽpla. Nã apud ipſum Cereris fanum (vt à me ſuperius demonſtratum eſt) in agro Platæenſi pugna cõmiſſa eſt, & item in Mycale, iuxta Cereris delubrum pugna erat committenda: vt non ab re venerit ad iſtos fama victoriæ Pauſaniæ atq; Græcorum. Nam pugna ad Platęas diluculo diei geſta eſt, apud Mycalem veſperi. Quarum vtranq; eodem eiuſdem menſis die geſtam eſſe, nõ diu pòſt ab his rem repetentibus declaratum eſt. Ante rumoris aduentum ſubibat iſtos timor, nõ tã de ſeipſis, q̃ de Græcia, ne Mardonio ſubijceretur. At vbi fama hæc ad eos aduolauit, impenſius atq; properãtius ad congrediendum proceſſerunt: tanto animo Græcis ac Barbaris in pugnam tendentibus, tanquam inſulæ eis & Helleſpontus propoſita præmio eſſent. Athenienſes, & qui iuxtà erant, inſtructi penè ad dimidium copiarum, iter tenebant per littus atque planitiem. Lacedæmonij autẽ, & deinceps collocati, per cõfragoſa & montes. Quæ dum Lacedæmonij circuibãt, interim Athenienſes in altero cornu ꝓliabantur: Perſæ, quoad ſibi gerra mansêre recta, ſeſe defenſauêre, nihilò inferiores hoſtibus. Poſtea verò q̃ Athenienſium, & eorũ q̃ cum Athenienſib. erãt, copiæ adnixæ ſunt, vehementius ſe mutuò adhortãtes, vt laus operis ipſorũ eſſet, nõ Lacedæmoniorũ, tum comutari iã res, & deiectis gerris Græci cõferti impreſſionẽ facere in Perſas: illi accepto impetu perdiu reſtitêre. Ad poſtremũ in munitiões refugere, cũ q̃bus pariter irruperũt

Hebes teſſera. Artemiſij. Samij. Res diuinitùs futuræ ſignis declarantur. Cereris delubra. Platæarũ pugna. Mycales pugna.

Athe-

Athenieſes,& Corinthij,& Sicyonij,& Troezenij:ita em̃ erãt ij in acie collocati. Vbi uerò & murus captus eſt,ibi Barbari nõ roboris memores eſſe,ſed fugæ,præterquam Perſæ. Hi ſoli ad paucos redacti pugnabãt, Græcis aſſiduè in murũ irruentib⁹. Quorũ duo duces,Artayntes, & Ithramitres, claſſiarij exercitus duces effugerunt: totidẽ pugnantes occubuerũt,Mardontes,& pedeſtrium copiarũ dux Tigranes. Adhuc dimicãtib⁹ Perſis, ſuperuenêre Lacedęmonij ac ſocij, qui eos qui ſupererãt trucidauerũt. Ipſorum quoq; Græcorum complures illic cecidêre, & cũ alij ex Sicyonijs,tum eorum dux Perilaus. Quinetiam Samij,qui in exercitu Medorum militabãt, quibus adempta arma fuerant, ubi viderunt ſtatim ab initio pugnam pertinaciorem, quoad poterãt Græcis ſuppetias ire. Quos inchoaſſe cernẽtes alij Iones,ita & ipſi à Perſis deficientes adorti ſunt Barbaros. Mileſijs præceptum erat, vt exitus viarum cuſtodirẽt, Perſarum ſalutis gratia, vt ſi qui caſus(quẽadmodũ accidit) eos deprehẽdiſſent, Mileſijs ducib⁹ ſalutem ſibi ad Mycales cacumina compararẽt. Huius quidem rei cauſa Mileſij illic collocati fuerãt,nẽue ſi pugnæ adeſſent,aliquid innouarẽt. At illi è contrario prorſus quàm iuſſi fuerant fecêre:alijſq; quæ ad hoſtẽ ferebant vijs, in Barbaros ingruêre,& ad extremum in eis mactãdis omnium extitêre hoſtiliſſimi. Hunc in modum Ionia iterum defecit à Perſis. In hoc prælio pręclariſſimã inter Græcos opera nauauerant Athenieſes, & ex Athenieſibus Hermolycus Euthœni filius uir in Pãcratio celeber: cui poſtea contigit,ut bello inter Athenienſes & Caryſtios in pugna, apud Cyrnum agri Caryſtij facta,cæſus in Geræſto iacuerit. Secundum Athenieſes egregij extitêre Corinthij Troezenijq;,ac Sicyonij. Græci perquàm multis Barbarorum alijs in pugna,alijs in fuga interfectis,eorũ naues incenderunt,totumq; murum egeſta illinc in littus præda, & quibuſdam pecuniarum theſauris repertis. Vbi caſtra atq; naues cremauêre,vela fecerunt. Et cũ Samũ appulſi eſſent,conſultabant de gente Ionica transferenda,& vbinam in Græcia illam locari oporteret,cuius ipſi imperium obtinerẽt. Neque em̃ videbãt eis fieri poſſe, vt per omne tempus Ionibus tutandis præeſſent:ſperãdum eſſe,vt Iones à Perſis rebellaſſe gauderent. Ad hæc magiſtratus Lacedæmoniorum cẽſebãt emporia nationũ Græcarũ,quæ cũ Medis ſenſiſſent, eiectis incolis,danda cum territorio Ionibus habitãda. Atheniẽſes è contrario, non eſſe principatum Ioniæ ſummouendum, nec Lacedæmonijs de ipſorum colonijs cõſultandum. Et cũ in hoc contenderent Athenienſes, libenter eis ceſſêre Peloponenſes. atque ita Samios,& Chios.& Leſbios,ac cæteros inſulanos,qui ſecum militabãt, ad ſocietatis fœdus adegerunt: data acceptaq́ue fide cũ iureiurãdo, ſe pmanſuros in ſocietate neq; ab ea deſcituros. Hoc iureiurãdo accepto,ad pontes ſoluendos nauigauerũt,rati adhuc illos intentos ſe eſſe inuêturos. Et illi quidẽ in Helleſpõtum nauigabãt. Ii verò Barbari qui profugerant,nõ ita multi, cũ ad cacumina Mycales pueniſſent,ſe Sardis recipiebãt. Qui dũ iter faciunt,Maſiſtes Darij filius,qui pugnę malè geſtæ affuerant,conuiciari Artayntæ cũ alijs multis probris, tũ verò dicere, illum muliere fuiſſe ignauiorem, ita illam præfecturã adminiſtraſſe, dignũq́ue omni malo eſſe, qui de regia domo malè meritus eſſet. Apud Perſas ſummo opprobrio dat̃,audire ſe muliere eſſe ignauiorem. Artayntes vbi multa audijt,indignè ferẽs, acinacẽ in Maſiſtẽ ſtringit,interficiẽdi auidus: quẽ irruentẽ cernẽs Xenagoras Praxilai fili⁹, Halicarnaſſe⁹,vt ſtabat à tergo,hoĩem mediũ arripit, ſublatũ humi allidit, intereaq́; ſatellites Maſiſtis affuêre. Eo facto Xenagoras & ipſi⁹ Maſiſtis gratiã inijt, & Xerxis cui⁹ fratrẽ ſeruaſſet. Quippe ab eo ob hãc rem totius Ciliciæ præfectura donatus eſt. Nihil hoc amplius inter viam Barbari egerunt,Sardisq́ue peruenerunt, vbi rex erat,& eo tempore,quo prælio nauali malè geſto Athenis, illuc profugerat. Sardibus autem tunc agens, adamabat vxorẽ Maſiſtis, quæ & ipſa illic erat. Ea cum potiri non poſſet, neque donis miſſitandis, neque vi, quam afferre nolebat fratris Maſiſtis reſpectu: quæ res & mulierem retinebat, probè gnaram, non ſe coactum iri vi: ibi Xerxes cætera prohibitus huc euaſit, vt filio ſuo Dario in matrimoniũ daret filiam huius mulieris,

Ithramitres.
Mardõtes.
Tigranes.
Perilaus.
Ionia rurſus Græciæ reſtituta.
Hermolycus.
Gereſtum.
Ioniæ trãſlatio.
Maſiſtes.
Muliere ignauior.
Xenagor. Praxilai.
Xerx. amores.
Darius.

ac Maſiſtis:

ac Masistis: existimans si hoc feciſſet, commodius se illa potiturum. Contracto matrimonio, alijsque ex consuetudine celebratis Susa profectus est. Eò postquam peruenit, & vxorem Dario domum duxit, ita demum ab vxoris Masistis amore cessauit, adamata ex familiaritate nurus Masistis filia, cui nomen erat Artayntæ. Qua cùm potiretur, processu temporis res patefacta est. Hunc in modum: Amestris vxor Xerxis, amiculum quod ipsa texuerat, grande atque distinctum, & spectatu dignum, viro donauit. Quo ille delectatus atque amictus, ad Artayntam se confert, atque vbi se oblectauit cum ea, iussit à se petere mulierem quæ optaret sibi fieri in remunerationem obsequij. Omnia enim quæ peteret impetraturam. Ad hoc illa respondens (debere tot familiæ infortunio) Dabisne mihi, inquit, quit quid à te petiero? Xerxes omnia alia potius eam petituram ratus, cum iurerando promisit. Qui postquam iurauit, mulier intrepidè amictum popoſcit. Xerxes enimuero recusare nō ob aliud, quàm quòd vereretur Amestrin: ne sic illa rem, quæ agebatur, iampridem suspicata deprehenderet: offerre ei & vrbes, & immensam vim auri, & copias militum, quibus nemo preter illam esset præfecturus. Eximium autem donum est apud Persas, exercitu donari. Verùm cùm non posset persuadere mulieri, amiculum dedit. Quo dono illa supra modum læta, eo gestando gestiebat. Amestris vbi mulierem habere amiculū sciuit, & rem gestam, non in puellam cōcepit odium, sed in illius matrem, penes quā culpam, & quam huius rei auctorem esse credebat, exitiū machinatur. Obseruato itaque tempore, quo vir suus Xerxes regalem instrueret cœnam, quæ cœna semel quotānis eo die, quo rex creatus est, instruebatur. Cœnæ nomē Persicè Tycta, græcè τέλειον, id est, perfecta: in qua rex solum caput ornatur, Persasque strenis donat. Hoc die obseruato, Amestris à Xerxe petijt, vt se Masistis vxore donaret. Xerxes id indignum factu nefariumq; arbitrari, vxorem germani dono dari: eamque insontem negotij illius, cuius causa vxor sua eā flagitaret. Tandē huius precibus euictus & institito, quo nefas est, regia cœna proposita orātem non exorare, inuitus admodum annuit, tradensq; vxori, ac iubens facere, quod liberet, germano ad se accersito, ita inquit: Masista, tu Darij filius es, idemq; mihi frater, præterea vir eximius, tamen cum ista mu liere, cū qua contuberniū habes, noli habere: in cuius locū dabo tibi filiam meam, cū qua contubernium habeas. Istā autem, quam in matrimonio habes (non enim mihi videtur habenda) missam facias. His verbis stupefactus Masistes: Domine, inquit, quā tu mecum orationem habes importunā, qui vxorem, ex qua liberi mihi sunt adolescentes & filiæ, quarum vnam tu filio tuo duxisti vxorē, iubes me relinquere, quæ mihi est ex animi mei sententia, vt filiam tuam in matrimonio ducam? Equidem rex, etsi magnifacio me dignari coniugio filiæ tuæ, tamen neutrum istorum faciā: Tu verò, qui nequaquam necesse habes, noli me cogere: alius non inferior me existet maritus filiæ tuæ, sine me meę vxoris consuetudine frui. Hęc ille cū respondisset, percitus ira Xerxes: Atqui, inquit, ita tecum Masista agetur, vt neque iam tibi filiam meā nuptū dem, neque tu cōsuetudine tuæ diutius fruaris, vt discas accipere oblata. Masistes his auditis, extra abijt, hactenus locutus, domine nondum interemisti. Hoc interim tempore dū Xerxes cum fratre colloquitur, Amestris accitis satellitibus Xerxis, vxorem Masistę excarnificat, mamillas pręcidit, easq; canibus abijcit: pcidit nares, aures, labra, linguam, atque ita excarnificatam remittit domū. Harū rerū cùm nihil audisset Masistes, metuens tamen aliquid sibi esse mali, cursū se domū pripiebat. Vbi verò mutilatam vxorem vidit, confestim inito cū liberis cōsilio, abijt Bactra cum illis & alijs quibusdam, tāquā prouinciam Bactriam ad defectionem inducturus, & plurimum mali regi facturus: quod & contigisset (vt mihi videt) si occupasset ad Bactrios & ad Sacas ascēdere. Etenim præses erat Bactriorum, à prouincialibusque diligebat. Sed hæc eū perpetraturū Xerxes audiēs, missis aduersus hominē copiis, & ipsum & liberos & copias in itinere trucidauit. De amore Xerxis & nece Masistæ hæc hactenus. Græci à Mycale profecti Hellespontū uersus, primū circa Lecton stationem habuerūt, à ventis

Amestris.

Exercitu donari apud Persas eximium.

Tycta cœna.

Telion cœna.

Xerx. ad Masistem.

Amestris crudelitas in Masistę vxorem.

Masistę & liberorū cædes.

Lecton.

tis intercepti. Inde ſoluentes, Abydon tenuerunt, pontesq́; quorum præcipuè cauſa illuc ierant, credentes ſe adhuc eos intentos eſſe inuĕturos, cũ reperiſſent ſolutos, de liberabãt. Leutychidi & qui cũ eo erant Lacedæmonijs, videbatur in Græciã redeundum: Athenienſibus autem & eorum duci Xantippo, illic manendum, vt Cherſone ſum tentarent. Itaq; Peloponnẽſes quidem abiére: Atheniẽſes verò Abydo in Cher-

Seſtus obſidetur. ſoneſum traijciunt, ac Seſtum obſident. Huc, poſtquam auditũ eſt Græcos in Helleſpõto adeſſe, tanquam ad omnium eius tractus vrbium validiſſimo muro præditam, conuenêre cùm alij ex alijs circà oppidis, tum ex Cardia Oebazus Perſa, qui arma è pontibus illuc comportauerat. Tenebant autem id oppidum indigenæ Æoles, iunctis Perſis pariter & magna ſociorum frequentia. Tyrannidem illius prouinciæ obtinebat Xerxis prætor Artayctes, ille quidem Perſa, ſed dirus tamen & facinoroſus, qui Xerxem Athenas tendentem ex Eleunte circumuenit, petitis Proteſilai Iphiclo geniti pecunijs. Etenim eſt in Eleunte Cherſoneſi Proteſilai ſepulcrum, & ei fanum circunie ctum vbi inerat ingens vis pecuniæ, necnõ phialæ aureæ, argenteæq;, & æs & veſtis, aliaq; donaria, quę Artayctes rege donante compilauit, cũ his verbis eum circunueniſſet: Here, eſt hoc in loco domus viri Græci, qui cum militum copijs terrã tuã adortus, meritas morte pœnas dedit, eius mihi domum dato, vt diſcant alij nõ militare aduerſus regionẽ tuã. Hæc dicẽdo facilè erat perſuadere Xerxi, vt largiretur ſibi domũ eius viri, de quo nihil ſuſpicabat iſtũ ea ſentire. Enimuero ſentiebat Artayctes Proteſilaum in prouinciã regis militaſſe, quod videlicet Perſæ omnem Aſiam ſuam eſſe arbitrabantur, & eius ſemper qui potitur regno. Hic poſtquam pecunijs ab rege donatus eſt, eas ab Eleũte ad Seſton exportauit, fanũq; cõſeuit & coluit: & quoties Eleuntem ibat, in penetrali cũ mulieribus concumbebat. Tunc autem ab Athenienſibus obſidebatur nullis rebus præparatis, quæ pertinerent ad tolerandã obſidionem, quam non expectauerat, ex improuiſo à Græcis inuaſus. Illi, poſteaquam ſibi obſidentibus aduenerat autumnus, grauari peregrinam à patria expeditionem, quoniam murum expugnare non poſſent. Itaq; orare duces ſuos, vt ſe illinc reducerent. Duces negare ſe prius id facturos, quàm aut murum expugnaſſent, aut ipſos reſpub.

Fames mira. Athenienſium accerſiſſet. Adeò res illa eis cordi erat. At ij qui cũ Artayćte intra muros erant, in omnem adducti calamitatem, adeò, vt funibus lectorum elixis veſcerentur: vbi iam ne hæc quidem habẽbant, ita ſub noctẽ capeſſerunt fugam cùm alij Perſæ, tum Artayctes & Oebaſus, delapſi à poſtériori murorum parte, quæ præcipuè deſtituta ab hoſtibus erat. Poſtquã illuxit, Cherſonitani è turribus rẽ indicauêre Athenienſibus, portasque patefecêre. Athenienſium pleriſque fugientes Perſas perſequentibus, alij vrbem tenuére. Oebazum in Thraciam fuga elapſum, Thraces Abſin-

Pleſtorus. thij exceptum, Pleſtoro indigenæ deo ritu ſuo immolauerunt: cæterũ eius comites aliter interfecerunt. Artayctes aũt cum ſuis init a poſterius fuga, cũ pauci eſſent, ſuper Ægos fluenta circunuenti, cũ perdiu ſeſe defenſaſſent, partim occubuerunt, partim viui ſunt capti. Quos Græci alligatos Seſtum duxerunt, interque eos Artayctem

Salſurę oſſa reſilijt. cum filio ſuo. Fertur à Cherſonitanis, vni eorum, qui iſtos ſeruabant, dum carnẽ ſalſam torret, tale oſtẽtum extitiſſe: Offa illa ſalſurę prius impoſita reſilijt, palpitauitq;, quemadmodum piſces recens capti. Qua de re cũ circumfuſi admirarentur, Artayctes oſtentum vt vidit, accito viro, qui ſalſuram coquebat: Hoſpes, inquit, Athenienſis, non eſt, quod hoc metuas oſtentum, quod non tua cauſa extitit, ſed mea, Proteſilao qui eſt apud Eleuntem ſignum dante, qui mortuus ac ſale conditus, habet à dijs poteſtatem, eum à quo iniuriam excepit, vexandi. Nunc igitur ei donaria reſtituere in animo habeo. Pro pecunijs quidem quas è templo ſuſtuli huius dei, centum talenta pendam: pro mea verò ipſius ſalute ac filij, ducenta. Hęc pollicens Xantippo Athenienſium duci non perſuaſit, tum ſua ſponte animato, tum ab Eleuntinis exorato, quò Proteſilaum vlciſcerentur, vt hominem interimeret. Itaque adductum hunc in littus, in quo Xerxes traiectum iunxerat, vt alij aiunt, in tumulum vrbi Madyto imminen-

imminentem, depactis humi asseribus suspenderunt, filio eius ante patris oculos lapidibus obruto. His actis, Athenienses in Graeciã remeauerunt, portãtes tum alias pecunias, tum verò arma pontium, tanquã apud templa reposituri. Nec aliud praeterea quidpiam gestum est per eum annum. Huius Artayctæ, qui suspensus est, auus paternus fuit Artembares, qui orationem quandam habuit apud Persas, quam orationem excipientes Persę, ad Cyrum detulerunt, in hæc verba: Quandoquidem Persis Iupiter principatum dedit, & ex viris tibi Cyre Astyage deiecto, agedum demigrantes ex hac regione, quam exiguam habemus & asperam, obtineamus meliorem aliam. Multæ sunt nobis confines vrbes, multæ longinquæ: quarũ vnam incolentes, efficiemur admirabiliores apud plerosque. Decet autem hoc eos viros facere, qui possunt. Nam quando facultas nobis praestabitur melior, quàm dum multorum hominum imperium habemus, & vniuersæ Asiæ? Hac oratione audita, Cyrus haudquaquam admiratus, iussit eos illud facere, sed ita, vt iubendo admoneret, se post hac præpararent non ad imperandum alijs amplius, sed alijs parendum. Natura enim comparatum esse, vt è mollibus regionibus molles viri existant, neque ex eadem terra admirandæ fruges & egregij bello viri gignãtur. Hac Cyri sentẽtia Persæ superati, à sua destiterunt: prę optaruntq; exile solũ incolentes imperare alijs, quàm campestre colẽtes, alijs seruire.

Artayctes suspensus.
Artembar.
Cyri sentẽtia.
Molles viri ex regiõib. mollibus.

Herodoti Halicarnassei historiarum libri
noni & vltimi, Finis.

OMNIBVS NOBILITATIS VIRTVTVMQVE ORNAMENTIS CVMVLATISS. VIRO D. IOHANNI GOGRAVIO, PRINCIPIS CLIVENSIS CONSILIARIO, CONRADVS HERESBACHIVS S.

HErodotus Halicar. prẽter nouem historiarum libros, quos Musarũ nominibus inscripsit, compendium quoque reliquit, quo Homeri vitam complexus est, id quod Suidas eiusdem poëtæ vitam succinctè suoque more perstringens testatur. Nempe ἐν τῷ ἔπει ad finem, τέλος inquit, ὁ ἱστορικὸς ἐγραψεν βίον ἐπέων, μέχρι τοῦ ἀρμοδιώτερον. Hunc libellum cùm nuper latinum à me factum Herodoto apprimendũ curassem, visum est quantulum id cunque est tuis virtutibus consecrare, cùm alijs plerisque causis adductus, tum quòd tu pro exactissimo tuo iudicio, proque auita atque innata integritate non nisi castissimos auctores diligas οὐκ ἀλλοκοτικῶς Homero omnis virtutis eruditionisq; parenti (vt Iustiniani verbis in Pandectas præfantis vtar) tantum tribuas, adeoque eius poëtæ ingenio delecteris, vt idẽtidem laxãdi animi causa, Homeri carmina ad testudinem decantare consueueris: maximè verò, quo dicamentum aliquod, atq; μνημόσυνον extaret necessitudinis nostrę iam olim inter parentes nostros coalitæ: sed quam nos iam inde à pueritia domi atque peregrè linguarum, meliorumque studiorum commilitio firmatam, etiamnum in eandem Principis nostri aulam asciti religiosè fouemus. Nam vti nihil tum in omnibus obeundis negocijs, tum in aulis maximè principum suauius magisque necessarium, quã fidus & syncerus amicus: ita nulli sunt fermè amici, vel constantiores, magisque fidi, minusq; fucati, q̃ studiorum similitudine copulati. Bene vale, & hanc nostram qualemcunque opellam boni consule, meque quod facis mutuiter amare perge. Ex Hamboech,
Nonis Nouembris. 1526.

HERODOTI HALICARNASSEI DE GENERE VITAQVE HOMERI LIBELLVS A CONRADO HERESBACHIO LATINITATE DONATVS.

HERODOTVS Halicarnaſſeus de genere, vita, atque adeò ætate Homeri ſtudens q̃ veriſſima referre, hæc tradidit: Cùm vetuſta illa Æolicorũ ciuitas Cuma primùm conderetur, eôdem cùm aliæ permultæ omnisque generis conuenę confluxerunt, tum è Magneſia illuc plerique commigrarunt: inter quos fuit Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, homo fortunæ non perinde amplæ, attamen expeditæ. Hic Homyretis Cumani filiam duxit vxorem, procreatq; è legitimo toro fœmineam prolem, cui nomen indidit Critheidi. Moxque ipſe Melanopus vnà cum vxore vita functus eſt, commiſſa interim filia Cleonactis Argiui tutelæ, quo familiariſſimè vti conſueuerat. Porrò tempore interiecto, accidit fortè, vt puella iſta è furtiuo concubitu prægnãs deprehenderetur: id quod pauliſper ſuppreſſum dum Cleonax reſciuiſſet, vehementer rei indignitate commotus, Crithe ida ſeorſum ad ſe accerſitam acerbè obiurgauit, commemorans commiſſi apud populares ſuos infamiam. Poſtremò huiuſmodi quidpiam quo illam excuteret, commiſcitur: Cumani iã tum in Hermei ſinus receſſu ædificantes, vbi Smyrnam ciuitatẽ extruxiſſent: Theſeus autem volens vxoris ſuę memoriã relinquere, ab vxoris noĩe Smyrnam appellauit; quippe id vxori nomen erat. Theſeus autem è primarijs Theſſalorum fuit, qui Cumam ædificabant, ab Eumelo Admeti filio ortus, vitæ facultatibus apprimè inſtructus. Hoc loco Cleonax per occaſionem Critheida obtruſit Iſmeniæ Bœotio, ex his qui coloniã illuc duxerant in primis ſibi amico. Progreſſu deinde temporis, Critheis cum alijs mulierculis ad feſtum quoddam egreſſa, iuxta fluuium Melitem, vt quę partui iam vicina eſſet, Homerum peperit, non cęcum, ſed videntem, nominatq; eundem Meleſigenem, à fluuio videlicet, ad quem editus eſſet. Etiã num apud Iſmeniã ſe Critheis cõtinebat: à quo poſtea digreſſa, manuaria induſtria ſe filiumque alebat, aliunde alia ſumens opera: vnde filium quoque quantum potuit, honeſtis diſciplinis erudiuit. Erat autem eo tempore Smyrnæ quidã nomine Phemius, qui iuuentuti illic literas muſicenque tradebat. Hic cùm citra vxorem viueret, Critheidem cõduxit: quæ lanam illi exerceret, quam à diſcipulis mercedẽ acceperat. Illa verò induſtria multa atq; elegantia freta, Phemio cœpit impẽsè placere, adeò, vt tandẽ Phemius eam verbis ad coniugiũ ſolicitaret, referens cũ alia quibus ei fidem facere cõfidebat, tum pręcipuè, quod Meleſigenẽ in filiũ eſſet adoptaturus, liberaliterq; ſimul & aliturus inſtituturusq;. Siquidẽ hunc cernebat iam mirã quandã & ingenij & indolis ſpem de ſe polliceri. Perſuaſa igitur Critheis, Phemio aſſentitur. Meleſigenes cùm naturæ bonitate præſtãs, tum cura accedente inſtitutioneq;, cõtinuò oẽs ſui ordinis adoleſcẽtes facilè p̃uertit: atq; non ita multò pòſt eruditionis auctibꝰ creſcẽs, nihilo ipſo Phemio in diſciplinis factus inferior. Et cũ ipſe Phemius vita functus, vniuerſa ei legaſſet, paulo pòſt Critheis quoq; fato cõcedit. Meleſigenes ita ludo p̃fectus, ſuiq; iam iuris effectus, in magna fuit hominũ admiratione, nõ apud ſuos modò, verũ apud externos etiam, qui peregrè frequentes illuc mercatus gratia cõuenerant. Erat enim Smyrna emporiũ celebre, vnde frumẽta, quæ eôdẽ è vicinis agris abundè conuecta, à peregrinis coemebantur. Externi autẽ cùm ab opere ceſſarent, Meleſigeni libenter vacabant. Commodum inter hos Mentes fuit nauicularius, qui è finibus Leucadis ſoluens, nauem meritoriam in eius vſum cõparauerat, qua frumẽta Smyrna deueheret, vir (quantũ illa ferebant tẽpora) & eruditus, & multarum rerum vſu

Cuma.

Melanopꝰ.

Critheis.

Hermei ſinus.

Smyrna.

Theſeus.

Meleſigenes.

Phemius.

Mentes.

vſu exercitus. Hic Meleſigeni perſuaſit, vt relicto ludo ſecum nauigaret, accepturus & mercedem, & quæ ad profectionem eſſent neceſſaria. Ad hæc Meleſigenes quãdiu iuuenis eſſet, vrbes regionesq; ſpectare operæprecium fortè ducebat ſibi, qui cõſcribendę poëſeos iam argumentũ in animo concepiſſet, qua nimirum occaſione potiſſimum eũ arbitror pellectum. Proinde relicto ludo cũ Mente nauigabat Meleſigenes: quoq; cunq; locorum appulit, ſtudioſè vniuerſa rimatus, cõtemplabat ſi quid eſſet loci alicuius peculiare ac vernaculum, memoratuq; dignum: adeo, vt appareat commẽtarios eum profectionis ſuæ deſcripſiſſe, eorumq; quæ quóq; loco luſtrando didicerit. Porrò cũ ex Hiſpania Thuſciaq; delati in Ithacam deueherẽtur, contigit Meleſigenem oculis iam ante parũ valentem, extremè laborare: ita, vt Mentes negotiorũ gratia in Leucadem traiecturus, eum apud Mentorem Alcimi filium Ithacẽſem reliquerit, hominem ſibi vehementer amicum: multis precibus adigens eundem, quo Meleſigenis curam haberet tantiſper, dum è Leucade reuerteretur ipſe. Mẽtor verè ægrotãtem Meleſigenem ſedulò curauit, vir nimirum facultatibus pollens: quiq; ob egregiam æquitatẽ hoſpitalitatemq; inter cæteros Ithacenſes, maximè prædicaretur. Atque hìc accidit, vt de Vlyſſe multa Meleſigenes percontãdo cognoſceret. Narrantq; ipſi Ithacenſes, tum viſum eum amiſiſſe ibidem. Atqui ego affirmare non dubitẽ, iam tũ eum conualuiſſe, ac poſtea apud Colophonẽ prorſus cæcũ factũ, id quod ipſi quoque Colophonij mecum fatentur. At verò Mentes è Leucade Ithacam reuerſus, Meleſigenem recepit, cũ quo iã inde diu vltro citroq; nauigauit, donec Colophonẽ appulſo eueniret, vt in veterem morbum reciderit: quem vbi effugere non daretur, viſu putatur priuatus. E Colophone iã cæcus Smyrnam reuerſus, ad poëmata conſcribenda animum cõuertit. Tempore deinde interiecto, cũ Smyrnæ victu neceſſarijsq; deſtitueret, conſtituit Cumam proficiſci: commodumque Hermi prata tranſiens, ad eum locum peruenit qui appellatur Nouus murus, Cumanorum coloniam. Qui locus poſt Cumam habitabatur annis octo. Hìc memoratur primùm Meleſigenes pro coriarij officina conſiſtens, huiuſmodi quædam carmina recitaſſe:

Commẽtarij profectionis Homeri.

Mentor.

Homeri cõcitas.

Nouus murus.

Αἰδῶθι ξεινίων μιχρημένον ἀλλὰ λάμοιο,
ἔι πόλιν αἰπεινὴν κυμῶν ἐριώπιδα κέρην
ναίετι, Σκρλάνης πόδα νίατον ὑψικόμοιο,
ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ θείς ποταμοῖο
ἔρμω λιπόντος ἢν ἀθάνατ@ τίμιτο ζώῃ.

Sardana, cuius hic commeminit, mons eſt ad Hermum fluuium Nouumq; murum ſitus. Coriario nomen erat Tychio, cui continuò auditis verſibus viſum eſt hominem recipiendum, commiſeratione nimirum motus, cũ videret oculis tã miſerè multatũ, iuſſit pręſentibus ſecum frui. Meleſigenes ingreſſus ſutrinam, confidentibus illic poëſim ſuam oſtendit: Amphiarai in Thebas expeditionem, atq; hymnos in deos à ſe ſcriptos. Et cùm inter fabulandum crebras ſententias in medium multamq; eruditionẽ afferret, in magna habitus eſt ab auſcultantibus admiratione. Atq; iam tũ apud Nouũ murum agens, è poëſi victus ſubſidia habebat. Oſtẽditur ad noſtra vſq; tempora ibidem locus, vbi Meleſigenes ſedens carmina ſua exhibuerit. Qui locus in magna illic habetur veneratione ab incolis, memoraturq; populus arbor ab Homeri aduentu in eodem loco enata. Porrò egeſtate poſtea adactus, cũ vix alimẽta haberet, ſtatuit in animo Cumam ad feliciorem ſucceſſum reuerti. Iturusq; hæc pronũciauit carmina:

Sardana. Tychius.

Amphiarai expeditio

Hymni deorum.

Ἄλφα πόλις μι φέρουσιν ἐς αἰόλοιον πόλιν ἀνδρῶν.
τῶν γὰρ ἐ, θυμὸς πεφόρηται, μῆτις ἀρίστη.

Proficiſcẽs igitur Cumam è Nouo muro, per Lariſſam iter fecit, vtpote compendioſiſſimum. Vbi, vt Cumani narrant, flagitãte ſocero, epigrãma hoc ſcripſit Midæ Phrygum regi Gordij filio, id quod etiam nunc in Gordij cippo inſcriptum viſitur:

Χαλκῆ παρθένῳ ἐμὶ μίσου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι,
ἐς τ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃσι, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπράτε σελήνη,
ἠ ποταμοὶ ῥέωσιν, ἀναβλύζῃ τε θάλασσα
ἀντῆ τῆδε μίνυσα πολυπλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ
ἀγγελίω παρίῆσι, Μίδας ὅτι τῆδε τέθαπται.

Reuerſus autem Cumam, in ſenũ paſſim conuẽticulis carmina ſua quæ fecerat oſtendit, colloquijq; ſuauitate auſcultantes in ſui admirationem facilè protraxit. Intelligẽs igitur Cumanos poëſim ſuam recipere, pergit eoſdem conſuetudine ſua oblectare, ac poſtremò huiuſmodi conditionem proponere, vt ſi publicè eum alere vellẽt, vrbẽ Cumanorum celeberrimam ſe redditurum. Qui præſentes hęc audierant, inſtitutum probabant: addentes ſe quoq; adiuturos, ſi petitionẽ ſuam ad ſenatum referret, vt votis ſuis fieret ſatis. Meleſigenes his verbis erectus, collecto ſenatu in Curiã proceſſit rogatoq; eo cuius id muneris erat, vt in ſenatum duceretur: ille nihil recuſans, vbi opportunum videbatur, hominem deduxit. Hic conſiſtens Meleſigenes, eadem verba habuit in ſenatu, quæ paulò antè in conuenticulis de alimentis præſtandis propoſuerat. Vbi dixiſſet, egreſſus pro curia ſedebat. Interim dum ſenatores agitarent, quidnã par eſſet homini reſpondere, viſumq; eſſet tum ei qui deduxerat, tum alijs omnibus quotquot in conuenticulis Meleſigenem audierant, petitionem admittendam: vnus tantum è ſenatoribus refertur Meleſigenis poſtulatis calculo ſuo repugnaſſe, interq; alia multa, hæc quoq; commemoraſſe: Si ſemel τυφλὸν hoc eſt cæcos, alendos ſuſcipiãt, futurum vt continuò turbam habeant & multam & inutilem. Atq; hîc primùm Homeri nomen Meleſigeni inditum, à cæcitatis videlicet calamitate. Nam Cumani cæcos τυφλὸς appellant. Iamq; inde qui prius Meleſigenes, nomen obtinuit Homeri. Breuiter hæc ſententia euicit, perq; prætorem fuit approbata, qua contendebatur non alendum Homerum. Hæc cùm illi nunciaretur, vehementer commotus, his verſibus calamitatem ſuam deplorabat:

Homeri nomen.

Ἴσην μ' ἀΐδην δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι
πάσιν ἀνθρώποις ἐπὶ γαῖαν μητρὸς ἀπ' ἄλλων
ἦ ῥα τοτ' ἐπύρωσαν βελέων Διὸς αἰγιόχοιο
λαοὶ φρίκωντ' μάργων ἐπιβώτορες ἵππων,
ἠπλάτεροι μαλεροῖο πυρὸς κρίνοντες ἔρηα,
ἀνθρώπων σμύρνη· ἀλιγείτων τ' ἀστυάνακτον.
ἦν τε δι' ἀγλαὸν ὕδωρ ἱεροῦ μίλητ'
ἔνθεν ἀπορνύμενοι κῶροι Διὸς ἀγλαὸ τέκνα
ἔβλαπτον κλαίοντες δ' ἴαχον χθόνα εἰς πόλιν ἀνδρῶν.
αἶψ' ἀπαχνυόμενον ἰερὴν ὅτε φυλὸ ἀοιδὴν.
ἀφραδίην τῷ μὲν τε καλῶν τις φράσατ' ἀνδρῶν
ἔς σφιν ἰδιοίσιν ἐν λιμήσατο πότμον.
πῆρα δ' ἐγὼ τὴν μοι θεὸς ὤπασε γενομένῳ περ
τλήσομαι ἀκράαντα τὰ φίρτατα θυμῷ
εὐδίστι μοι φίλα γῆ· μίνυθ' ἱστορίης ὑπ' ἀγκαῖς,
κύμης ὃ μαίνεται μίγα· λίμα θυμὸς ἐπ' ἀγχῆ.
λᾶας ἀλωόμενον ἔοικε ἀλίγον περὶ τε.

Cuma abiens ad Phoceam contendit, imprecans interim Cumanis neminem vnquã fore clarum poetã, qui tam ſtupidos celebraret. In Phocea autem eodẽ modo ſibi victum parauit, in conuenticulis videlicet paſſim carmina ſua oſtentans. Erat autem eo tempore in Phocea Theſtorides quidam, qui pueros illic literas docebat, homo fidei parum probatæ. hic ſubodorata poëſi, huiuſmodi verbis Homerũ adoriebatur: Paratum ſe inquiens & miniſtrare ei, & victum ſuppeditare, ſi carmina quæ meditatus eſſet, deſcribere pateretur, & alia ſubinde faciens, ad ſe deferret. Homerus iam miniſterij alicuius, atq; adeo neceſſariorum indigens, recipiendam hanc conditionem putauit. commoratusq; apud Theſtoridem, minorem illam fecit Iliadem, cuius initiũ eſt:

Theſtoridis.

Ilias minor Homeri.

Ἰλιον ἀείδω, καὶ Δαρδανίην ἴππωλον,
ἣν περὶ πολλὰ πάθον Δαναοὶ θεράποντες Ἄρηος.

Phocaidem quoq; quam vocant, Phocenſes apud ſe conditam ab Homero aſſerunt. Iam verò Theſtorides, vbi Phocaidem atq; alia pleraque ab Homero communicata deſcripſiſſet, conſtituit è Phocea diſcedere, Homeriq; poëſim pro ſua venditare. Vnde factum vt cùm Homeri non perinde curam haberet, ille ad Theſtoridem huiuſmodi ſit vſus diſticho:

Θεστορίδης θυνητοῖσι ἀνωΐστων πολίων περ
ὀνλὶν ἀφραστότερον πλάσσατο νόον ἀνθρώπειον.

Atqui

Atqui Theſtorides relicta Phocea, in Chium conceſſit, vbi erecto ludo, carmina illa pro ſuis euulgans, egregiam ſimul & laudem ſibi parauit, & fructum haudquaquam vulgarem. Porrò Homerus ſuo eodemq; more viuere pergebat apud Phocēſes, nimirum è poëſi victum vbiq; habens. Tempore deinde non ita multo pòſt, viri aliquot è Chio eruditi, audientes eadem carmina quæ iā ſępius in Chio à Theſtoride pro ſuis recitari audierant, indicabant in Chio hæc ipſa à quodam ludi magiſtro pro ſuis cum magno fructu oſtentari. Homerus intelligens continuò Theſtoridem eſſe, magno ſtudio properabat in Chium trāſmittere. Et cū portū adijſſet, neq; offendiſſet nauē qua traijceret, eſſent autem qui pro lignis deuehendis in Erythręam ſoluere pararent, bel lè conuenire videbatur, ſi per Erythręā iter faceret. Accedēs igit nautas, flagitauit vt comitem ſe nauigationis reciperent, multis blādisq; vſus verbis, quibus quod poſceret perſuaderet. Nautæ admittentes hominis preces, iuſſerunt nauem eū conſcendere. Quo impetrato, Homerus confidens in naui, his verſibus nautis bene precatur:

κλῦθι ποσιδάων μεγαλοσθενὲς ἐννοσίγαιε.
ἴλυρυχόρε μεδέων, ἠδ' ἑκατηβόλε ἰλικιῶν.
δὸς δ' ὕμμορον καλὸν τε, ἀπήμονα νόσον τε δόσθαι
ταύταις, οἱ νῆας πομποὶ ἁδὶ' ἀρχοὶ ἔασι.
δὸς δ' ἐς ὑπώρεαν ὑψικρήμνοιο μίμαντος,
αἰδοῖον μ' ἐλθόντα βροτῷ ὁσίων γε κυρῆσαι
φῶτά τε τισαίμην ὃς ἐμὸν νεὸν ὑπεροπεύσας
ὠλύσατο ζῶνα ξεῖνον, ξεινίην τε τραπείην.

Vbi verò ſecundo vento Erythræam appuliſſent, Homerus in naui id temporis ſtabu labatur. Poſtero die nautas rogauit, vt aliquem pręberent, qui ad vrbem eum perduceret. Illi obſecuti, ducem itineris vnum è ſuis permiſerunt. Cumq; iam pergendo ad Erythræam appropinquaſſet, depræhendiſſetq; vrbē aſperam atq; montoſam, in hęc prorupit carmina: Erythręa.

πότνια γῆ πάνδωρε, δότειρα μηλίφορβε ἔλβε,
ὡς ἄρα δὴ τοῖς μὲν φωτῶν εὔοχθε ἐτύχθης.
τοῖσι δὲ δύσβωλε, τρηχεῖ' ὅδε ἐχολώθης.

Ingreſſus deinde Erythræorum vrbem, percontatur de naui. Et cū fortè quidam occurriſſet ſalutaturus, qui eum in Phocea vidiſſet, ab hoc contendit, vt ſecum diſpiceret, ſicubi nauis appareret, qua in Chium tranſmitteret. Atq; vbi in portu naualibus que nullum reperiretur traiectitium nauigium, Ille Homerum ad eum locum ducit, vbi piſcatorię nauiculę ſtationem habebant. Et fortè fortuna incidit in quoſdam, qui in Chium erant traiecturi. Hos adiens precatur, vt Homerum tranſportarent. Verū illi nullis precibus permoti, non recepto Homero ſoluerunt. Homerus autem hęc cecinit carmina:

ναῦται ποντοπόροι συγχερῶ ὠκαλίγκιοι ἄτῃ,
πλωχάσιν ἀιθύῃσι βίον δύσζηλον ἔχοντες,
αἰδεῖσθέ ξεινόδιον Διὸς σίβας ὑψιμέδοντος.
δμῳὴ γὰρ μείτοπις ξεινὸς Διός, ὅσπ' ἁλίτητος.

At verò in altum iam prouectis contigit, vt aduerſo vento rapti, eôdem vnde ſoluerant recurrerent, vbi etiamdum Homerum in littoris crepidine cōſidentem offenderunt. Qui cognito nauis recurſu, hunc in modum eos alloquitur: Vos, ô peregrini, vētus inuaſit aduerſus. Verùm nunc adhuc me accipite, & ſecundo vento nauigabitis. Piſcatores autem pœnitentia ducti, quòd prius hominem non receperant, compellato eodem, iubent conſcendere (ſi velit) nauem. Recepto Homero rurſus vela faciunt. Cumq; exacto itinere litto appuliſſent, piſcatores ad ſua quiſq; opera digreſſi, Homerum in littore ea nocte relinquunt. Vbi diluxit, itineri ſe accingēs oberransq;, ad eū locum peruenit, qui appellatur Pinus: illicq; quieſcenti noctu pini fructus incidit, quem aliqui σρόβιλον. alij κῶνον appellant, Homerus verò hos cecinit verſus: Pinus locus. σρόβιλος. κῶνος.

ἄλλη τίς σε πτύκτη ἀμείνονα καρπὸν ἵησιν
ἴδλης ἐν κορυφῇσι πολυπίτυος ἠνεμοέσσης,
ἔνθα σίδληρος ἄρηρε πιχθονίοισι βροτοῖσι
ἔσπετε νῦν τ' ἂν μιν κυβερνῆται ἁδρὸν ἔχωσι.

Cebrenia. Eo enim tempore Cumani Cebrenia ad Idam montem ædificare parabant, vbi ferrum tum effodiebatur. Cæterùm illinc abiens Homerus, vocem caprarum, quæ ibidem fortè pascebantur, secutus, in canes incidit pastorales: qui cũ ferocius eum adoGlaucus. rirentur, vociferabatur. Quod audiens Glaucus, id eñ erat caprario nomen, accurrit festinanter, compellatosq; canes ab Homero excussit. Atq; vbi diu multumque admiratus fuisset, quod nimirum cæcus existens eò locorum peruenerit, tandem accedens rogabat quisnam esset, & cuius rei indigens, quibusq; modis ad inhabitata il la vastaq; loca diuerterit. Homerus omnem suam calamitatem commemorans, ad commiserationem Glaucum pertraxit. Siquidem homo erat (vt apparet) cordatus. Excipiens igitur Homerum ad suum deduxit tugurium, incensoq; igne cœnã instruxit: qua apposita iussit cœnare secum hospitem. At verò cũ canes à cibo abstinentes nõ cessarẽt suo more cœnitantẽ adlatrare, Homerus Glaucũ his versibus alloquit:

γλαῦκε πίπων ἐπιὼν τόδ' ἔπος τὸ ἐνὶ φρίσι θέσθω.
πρῶτον μὲν κυσὶ λοιγὸν ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσι
λοῦσαι, ὡς γὰρ ἄμεινον, ὃ γὰρ ἢ πρῶτον ἀκούει,
ἀνδρὸς ἐπερχομένου, ἢ ἐς ἔρκια θηρὸς ἰόντος.

Hęc audiens Glaucus, lętatus est admonitione illa, habuitq; in magna hominem admiratione. Post cœnam mutuis colloquijs oblectabantur. Nam Homerus vbi errores suos vrbesq; quas adijsset, enarrasset, Glaucus hæc audiens præ admiratione stupebat. Eratq; iam tum cubãdi tempus, & quieti se dederunt. Postero die Glaucus cogitauit ad herum suum proficisci, animo hæc de Homero indicandi. Proinde cõmissis socio capris pascendis. Homerum intra tecta reliquit, promittens se quàm festinãBolissus. tissimè iturum. Degressus ad Bolissum (id erat vicino huic loco nomen) heroq; suo adito, narrauit de Homero, quemadmodum res habebat, quod nimirum pro miraculo hominis aduentum duceret, demum rogat quid facere conueniat. Herus parum delectatus hoc nuncio, cœpit cum Glauco expostulare, qui quoslibet citra delectũ errones mutilosq; reciperet aleretq;: tamen præcepit vt hospitem ad se perduceret. Glaucus verò ad Homerum reuersus ea narrauit, iussitq; sequi se in vrbem: fore eñ
Homerus apud Chiũ hæc ei ad felicem fortunę successum. Quibus non grauatim assentiens Homerus caprarium sequitur, Hic Chius Glauci herus, vbi in colloquium cũ Homero venisset, reperisset q; hominem esse cordatum, multaque rerũ peritia instructũ, cœpit suadere ei vt apud se commoraretur, liberorumque quos habebat adolescentes formandorũ curam susciperet. Ille accepta conditione, pueros sibi concreditos erudiuit. Interim
Cercopes. Batrachomyomac. Epicichlides. Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, & alia omnia quæcunq; iuuenilia ludicraque huius poëtæ extant, apud Chium illũ condidit in Bolisso. Hincque cœpit per vrbem inclarescere. Iam verò Thestorides vt primũ intellexit Homerum adesse, nauigãs è Chio fugam capessit. Deinde progressu temporis Homerus impetrata ab hero Chij visendi copia, vrbem adijt, ludumque illic instituit, & pueros carmina docebat. Id cũ magna felicitate Chijs facere videretur, multos sibi admiratores concilia uit. Hinc igitur victum parans tolerabilem, vxorem duxit, è qua duas suscepit filias:
Homeri vxor & filiæ. quarum vna decessit innupta, alteram viro Chio elocauit. Enimuero hîc poëtæ manũ
Mentor. admolitus, gratiam habuit benemerentibus. Et primũ quidem Mentori Ithacẽsi in Odyssea, vt qui laborantem ex oculis sustinuerit in Ithaca: cuius beneficij gratia eundem ampliter poëtæ suæ inferens, Vlyssis fingit socium, cuius fidei Vlysses Troiam nauigans, domum familiamq; concrediderit, tanquã Ithacẽsium præstantissimo atq; æquissimo. Alijs etiã plerisque locis eundem laudibus vehit. Siquidem Mineruã quoties cum aliquo humana specie congredi fingit, Mentori identidem tradit assimulatam deam. Ad hęc Phemio præceptori, simul & eruditionis & nutricationis gratiam
Phemius. in Odyssea retulit in hæc verba:

Odyss. 1. κῆρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλέα θῆκε
φημίῳ, ὃς τε πολλὸν ἰμαίνετο πάντας ἀείδειν.

Et rursum:

ἤτοι ὁ φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀοιδήν.

Memi-

Meminit & nauicularij, in cuius comitatu vltro citroque nauigans, vrbes locaq; plurima colluſtrauit. Huic nomen erat Mentæ. cuius commeminit his verſibus: Mentes.

μέντης ἀγχιάλοιο δαίφρων ἵξομαι εἶναι
υἱός, ἀτὰρ ταφίοισι φιλήρετμοισιν ἀνάσσω. Ibidem.

Habuit etiam Tychio coriario gratiam, nimirum qui venientem ad ſutrinam apud Nouum murum hoſpitio exceperit. Hunc Iliadi inſerſit his verſibus: Tychius.

αἶψα δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον,
χάλκειον, ἐπταβόειον, ὅ οἱ τύχιος κάμε τεύχων, Iliad. 7.
σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος ὕλην ἐνὶ οἰκία ναίων.

A poëſi verò hac inclareſcens Homerus, non per Ioniam ſolùm celebrabatur, ſed in ipſam vſque Græciam multus de eodem ſermo perferebatur. Et cùm iam eruditionis exiſtimatione augeſcentem multi viſerent, inciderunt fortè qui ſuaderent vt in Græciam ſe transferret. Quod conſilium admittens impensè cupiebat adornato itinere illuc demigrare. Commodumque intelligens Argos multis egregijsq; elogijs celebratum, Athenas non item, proinde hanc poëſi ſuæ effingens, in maiori Iliade, nempe nauium catalogo, Erechtheum his verſibus magnificè laudibus vehit: Argos. Athenę ab Homero celebratæ. Iliados. 2.

Λῦμον Ἰριχθῆ τε μεγαλήτορος, ὃν ποτ' ἀθήνη
θρέψε, διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Mneſthea etiam prætorem Athenienſium, tradit in exercitu tã pedeſtri quàm equeſtri ordinando peritiſſimum, idque his carminibus: Mneſthe⁹.

τοῖσιν αὖθ' ἡγεμόνευεν ἀὸς πειτιῶο μενεσθεύς. Ibidem.
τῷ δ' οὔπω τὶς ὁμοῖος ἐπιχθονίων γένετ' ἀνὴρ
κοσμῆσαι ἵππους τε, καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

Aiacem verò Telamonium ipſoq; Salaminios, Athenienſibus in nauium nomenclatura adnumerauit, ſic ſcribens: Salamin. Aiax. Iliad. 2.

αἶας δ' ἐκ σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.
στῆσε δ' ἄγων ἵν' ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.

Poſtremò in Odyſſea Mineruam, poſtquam cum Vlyſſe in colloquium venerit, ad Athenienſium vrbem quam præcipuè colebat, conceſſiſſe fingit:

ἷκετο δ' ἐς μαραθῶνα, καὶ εὐρυχόρους ἀθήνας,
λῦνε δ' ἱριχθῆος πύκινον δόμον. Odyſſeæ. 7

Hæc vbi hunc in modum meditatus cõpoſuiſſet, animo in Græciã traijciendi, cõmodũ profectionem capeſſens, Samum appulit, contigitq; fortè vt eodem tempore Samij Apaturia feſtũ agerẽt. Hîc Samius quidã agnito Homero, vtpote quẽ iã antè in Chio vidiſſet, coëpulones ſuos aggreſſus, indicauit tanti hoîs aduentum. Illi audita multa hominis prædicatione, iubebãt adduci eũ. Cõueniens igit Homerũ Samius, quandoquidẽ, inquit, hoſpes Apaturiorũ feſtũ agit ciuitas, inuitant te cõtribules ad idem feſtũ cõcelebrandũ. Homerus affuturũ ſe dicit, & comitatur inuitantẽ. Porrò cùm iam illuc quò vocatus erat pergeret, in mulieres impegit, q̃ in triuio Curotropho ſacra facerent. Sacrifica ex occurſantis aſpectu indignata, exclamat: Vir, inquiẽs, faceſſas à ſacris. Homerus dictum illud in aïo voluens, rogabat quiſnam eſſet qui loqueretur, & cui deo ſacrificaret. Dux eius indicauit mulierem eſſe, quæ Curotropho ſacrificaret. Quod audiens Homerus, huiuſmodi carmina illius ſacris accinebat: Apaturia. Curotrophos.

κλῦθί μοι ἰυχομένῃ κυροτρόφε, δέσποτα γυναικὸς
τὴν δὲ νέον μὲν, ἀνήνασθαι φιλότητα, ἰυνήν.
ἀλλ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν
ἣν ὥρη μὲν ἀπαμβλύνεται, θυμὸς δὲ μινύῃ.

Vbi verò ad ſodalium collegium acceſſiſſet Homerus, iamq; in limine ædium conſiſteret in quibus epulum inſtructum erat: aliqui narrant iam tum ardente igne poëtã ceciniſſe: alij poſtea accenſum quàm carmina iſta canere inciperet: Pheatria.

ἀνδρές μὲν σίφαν τε παῖδες, πύργοι δ' πόλη τε,
ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος, νῆες δὲ θαλάσσης.
χρήματα δ' αὖξῃ ἔοικεν, ἅτὰρ γεραρὴ βασιλῆος
ἤμενοι εἰν ἀγορῇ κόσμος τ' ἄλλοισιν ὁρᾶσθαι,
ἀιθομένῃ δὲ πυρὸς γεραρώτερος δαὶς ἐΐσθαι.

Ingreſſus autem reclinatusq;, cum cęteris epulo fruebatur, in magno honore admira-

tioneq; ab accumbẽtibus habitus, ibidemq; ea nocte cubile ſibi parauit. Poſtero die conſpicati eum figuli, qui ad viam in figlina lateruunculos tegulasq; coquebant, cùm intellexiſſent hominem eſſe eruditum, compellatum iuſſerunt canere, pollicentes cùm tegulas, tum alia qualia eacunq; eſſent, quæ haberent, ſe illi daturos. Homerus hęc illis cecinit carmina, quæ vocantur Caminus, id eſt, fornax.

Caminus Homeri.

εἰ μὲν δώσετε μισθὸν ἀνίσω ὦ κεραμῆες,
λιῦρὰ ἀγ' ἀθηναίη, καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνῳ.
ἴνα δὲ μιλανθεῖεν κότυλοι, καὶ πάντα μάλ' ἁρά
φρίχθαί τε καλῶς, καὶ τιμῆς ὦνον ἀρίσθαι.
πολλὰ μὲν ἐν ἀγορῇ πωλεύμενα, πολλὰ δ' ἀγυιαῖς
πολλὰ δὲ κερδῆναι ἡμῖν δὲ λὴν ὧς φρονέοντι.
ἢν δ' ἐπ' ἀναιδείην τριφθέντες φῦλον ἄρησθε,
συγκαλέω δ' ἅπαντα καμίνῳ δηλήτορας
σύντριβ' ὁμῶς μάχαρόν τε, καὶ ἄσχιστον, ἀλίγ' ἄβακτον
ὠμόδαμον θ' ὃς τῇδε τέχνῃ πολλὰ κακὰ πορίζει.
πεῖθε πυρίθυσαν, καὶ λώματα, σὺν δὲ κάμινῳ.
πᾶσα κυκηθείη κεραμίων μέγα κωκυσάντων,
ὡς γνάθῳ ἱππείῃ βρύκει, βρύκοι δὲ κάμινος.
πάντ' ἐντοσθ' αὐτῆς κεραμήια λειπὰ πιῆσα.
λιῦρο κ', ἀλλ' ὑγιάτηρ πολυφάρμακε πίρπη,
ἄχρια φάρμακα βάλλε, κάκη δ' ἀντὸς τι κ', ἔργα.
λιῦρε δὲ κ', χείρων ἀγίτω πολίας κενταύρους,
ὅιθ' ἡρακλείης χεῖρας φύγον, ἤτ' ἀπόλοντο,
τύπτοιντο τάδε ἔργα κακῶς, τύπτοι δὲ κάμινον:
αὐτοὶ δ' ὁιμώξοντες ὁρώχτο ἔργα πονηρά.
γηθήσω δ' ὁρόων αὐτῆς κακοδαίμονα τέχνην.
ὃς δ' ἐχ' ὑπερκύψει περὶ ταῦτα πᾶν τὸ πρόσωπον
φλιχθείη, ὡς πάντες ἐπίσκιον τ' ἄδιμα ἕζῃν.

Ereſione Homeri.

At verò in Samo hybernās calendarum feſto, potentiorum ædes oſtiatim adiens, ſtrenam accipiebat. Canebat autem ea carmina, quæ Ereſione, hoc eſt, ramalia, vocātur: ducente eum, comitanteq; vndecunq; frequenti puerorum indigenarum choro:

λῶμα προσιτραπέμισθ' ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο,
ὃς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ βριμᾷ ἠδὲ καὶ ἠΐθεος.
ἀντὰρ ἀνακλίνεσθαι βύραι, πλατὺ γὰρ ἔσεσθαι
πολλὰς, σὺν πλάτει δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα
εἰρύνη τ' ἀγαθὴ, ὅσα δ' ἄγχια μισὰ μὲν εἴη,
κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ καρδίην ἕρποι μάζα.
τῷ παῖδες δὲ γυνὴ κατὰ λιφράδα βάσιν ὄμμιν.
ἤμισυοι δ' ἕξεσι κραταίποδες ἐς τόδε λῶμα
ἀντὰ δ' ὑφαίνοι ἐς δόνιν' ἠλίκτρῳ βιβᾶσα
νεῦμαί σοι νεῦμαι ἰνιαύσιος, ὥς κε χιλιῶν
ἔσην' ἐν προθύροισι, καὶ ἐς μίν τοι λώσῃς, ἐὶ δὲ μὴ
οὐχ ἑσήξομεν, ἢ γάρ συνοικίσσοντι ἐνθάδ' ἄλθομεν.

Atq; hæc carmina poſtea in Samo diu à pueris decantabantur, quoties ad Apollinis feſtum collecti conueniebāt. Ineunte deinde vere, moliebaī Homerus è Samo Athenas proficiſci: ſubuectusq; vnà cum popularibus quibuſdam, ad Ium appulit, vbi ſtationem non ad vrbem, ſed in littore habebant. Hīc contigit Homerum grauiter ęgrotare. Egreſſus igitur è naui in crepidine littoris iacebat ægrotus. Atq; vbi diutius illic ob nauigandi difficultatem in portu remorarentur, ſubinde pleriq; ex vrbe Homero vacabant, eumq; audientes reuerenter obſeruabāt. Iam verò nautis cæterisq; aliquot qui ex vrbe conuenerūt, illic apud Homerum conſidentibus, fortè piſcatorum mini ſtri eōdē appulerūt: qui è nauicula egreſſi, hæc verba habuerunt: Agite verò peregrini, audite nos, num quid eorū quæ proponemus explicabitis? Ibi è præſentibus quidam iubebat eos proloqui. Illi, nos inquiunt, quęcunq; cepimus, reliquimus: quę verò non cepimus, nobiſcum portamus. Et cùm nemo id ænigmatis interpretari poſſet, piſcatores explicabant: ſignificantes nimirum ſe, cū piſcium nihil capere poſſent, deſidētes in ſicco pediculos venatos. Et horum quotquot cepiſſent, abieciſſe: quos non inueniſſent, domum retuliſſe. Quę audiens Homerus, hęc dixit carmina:

Piſcatorū ænigma.

Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάασι
ἴσοι βαθυκλήρων, ἴσοι δ' ἄσπετα μῦλα νεμέσσων.

Atqui

Atqui ex ægritudine hac extremum diem clauſit Homerus in Io, nõ autẽ (vt arbitrã tur aliqui) ænigmatis perplexitate enectus, ſed morbo. Extinctus verò in Io Homerus, à comitibus ſuis atq; ciuibus qui ex vrbe in colloquium cũ eodẽ venerant, in littore ibidem honorifice ſepelitur. Cuius ſepulcro multo pòſt tempore Iẽſes, vbi poëſis eius iam publicata ab omnibus celebraretur, huiuſmodi inciderunt elegiacum:

ἐνθάδε τὸν ἱερὸν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

Porrò quod Æolicus fuerit Homerus, & non Ionicus, neq; Doricus, partim è iam dictis perſpicuum eſſe poterit, partim etiam his coniecturis deprehenditur. Siquidem poëtam tantum qui hominum peculiares mores in ſuam poëſim transferre ſtuduerit, par eſt aut laudatiſſimos excogitaſſe, aut patrios cõmemorare. Iam verò carmina eius expendentes, indidem pronunciabitis. Nam cùm ſacrificij ritũ huiuſmodi quendam referat, aũt ipſe eundem tanquam probatiſſimum excogitauit, aut quòd cũ patrijs inſtitutis conueniret. Sic enim inquit: Homerus Aeolicus.

ἀνίρυσαν μὲν πρῶτα, κὴ ἔσφαξαν κὴ ἔδειραν,
μηρούς τ' ἔκταμον, κατὰ τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
δίπτυχα ποιήσαντες, ἐπ' αὐτῶν δὲ ὠμοθέτησαν.

In his verſibus de ilibus nulla mentio, quibus in ſacrificijs tamẽ vtebantur cęteri, prę terquam vnam Æolicam gentẽ, quę ilia non concremabat. Indicat prętera his quoque verſibus, quòd Æolicus exiſtens, ſuæ gentis ritibus vſus ſit:

καῖε δ' ἐπὶ χίζῃσι ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
λεῖβε νέοι δὶ παρ' ἀνὴρ ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Æoles enim ſoli inteſtina quinq; verubus defixa torrebant, reliqui Græci tribus. Etenim πίμπτα dicunt Æoles pro πέντε. Atq; hęc ſanè de genere, vita, interituq; Homeri, à nobis relata ſint. Cæterùm ętatem Homeri ſi quis diligenter rectéq; ratiocinetur, ex hiſce facilè deprehẽdet. Nempe ab expeditione Gręcorum, quam Agamẽnon & Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum pòſt atq; triginta Lesbus oppidatim habitari cœpit, cùm antea nullam prorſus haberet vrbem. Poſt Lesbum habitatam annis viginti, Cuma Æolica & Phricotis appellata, condita eſt. Porrò à Cuma duodeviginti in Smyrnam Cumani colonias tranſtulerunt, quo tempore natus fuit Homerus. Ab Homero verò nato anni ſunt ſexcenti vigintiduo ad Xerxis vſq; in Gręciam traiectum, qui videlicet iuncto Helleſponto pontibus cum exercitu ex Aſia in Europam penetrauit. Ex his igitur facile fuerit calculo colligere tempus ei, qui prætorum Athenienſium rationem habuerit. Nam à Troiano bello claruit Homerus annis centum ſexagintaocto. Aeolũ mos. Homeri ætas.

Vitæ Homeri per Herodotum traditæ
finis, interprete Conrado
Heresbachio.

COLONIÆ,
Excudebat Godefridus Ceruicornus, ære & impensa Materni Cholini,
Anno à natiuitate CHRISTI milleſimo ſexa-
geſimo ſecundo, menſe Auguſt.

KÖNIGL. KREISBIBLIOTHEK
IN
AUGSBURG